

Corona Aurea coruscantibus gem-
mis: ⁊ preciosissimis conserta
margaritis. ī qua hec per
pulchre ⁊ scientifice
mat̄ie parisiensi
more pertra
ctantur



¶ De laudibus litterarum & scientiæ: quanti sit sapere.

¶ De quidditate animæ rationalis s̃m philosophos & theologos.

¶ De unione animæ ad corpus: Vtrũ uniatur ut forma: aut mediã tibus fantasmatibus coiungibilis: remaneat una tãtum numero in omnibus hominibus mundi.

¶ De conuenientia unionis ad tale corpus.

¶ De simplicitate & compositione ipsius animæ & angelorum.

¶ De uiginti differentiis: quibus anima & angelus iter se differũt.

¶ De imortalitate animæ: recitatis omnibus naturalibus & theologicis rationibus: omniũq; philosophorum: poetarum: & oratorũ auctoritatibus: quæ immortalitatem hanc comprobare uidẽtur.

¶ De cognitione animæ post mortem.

¶ De passione animæ in corpore.

¶ De passiõe animæ & diaboli ab igne corporeo & materiali cõnumeratis quindecim opinionibus: & omnibus pene argumentis ac replicis: quæ ad utranq; partem fieri solent.

¶ De pueris in originali decedentibus.

¶ De uermibus: quibus inferorum manes torqueri perhibentur: & de remorsu conscientiæ.

¶ De sacratissimo corporis & sanguis xp̃i sacramẽto oĩo sciẽtifica.

¶ Quanti uero sit libellus: index post epistolam argumentum: si totum perlegeris: demonstrabit.

¶ Ad Illustrissimum atq; Excellentissimum Principem: & dominum suum: dominum Ioannem Franciscum de Gonzaga Marchionem: Rhodigiiq; comitem: Iacobi Bruti ciuriensis ex castello ab aqua ualli stelline: artium & diuinæ philosophiæ professoris In coronam Auream.

Præfatio.



Vm de magno ac ingēti uirtutum laudūq; tuaꝝ cumulo & præconio īter ægregios & clarissimos uiros q̄ plurima sæpenumero in medium deducanť: Princeps Illustrissime: Quoꝝ alii te religione Numam probitate traianū: consilio solonē illum atheniēsem: Prudentia Fabium illum maximum: liberalitate Iulium Cæsarem: diuitiaꝝ opūq; magnitudine Midam uel Attalum: Rei militaris peritia Pyrrhum epyrrhotarum regē: humanitate clementia morūq; uenustate & philosophicaꝝ cognitione sectarum Marcum Brutū: uel æquare uel supare asserūt. Alii te pietatis affluentissimum: domi splendidum: foris amplissimum: in amicos fidelē: æqtatis & rigidi honesti seruantissimū. Aliq uero simplicis ueritatis amicum minimeq; fallacem. Nōnulli te litteratoꝝ hominū diuerticulum: uel potius alteꝝ mœcænatem. Multi autē te pientissima & speciosissima consorte ac domina pulcherrimorūq; corona liberoꝝ fœlicem prædicāt. Omnes tandem in hanc unam sententiā deueniunt: te consilii magnitudine & ingenio naturali ita præstare & excellere: ut nō modo ea: quæ sapientissimi & magni consilii homines ꝓuident considerantq; ꝑcipias & cōpræhendas: uerūetiam acumine intelligentiæ tuæ abdita & occultissima quæq; ꝓspicias. Non & si omnes reꝝ exitus incerti sint: tu tamen singulari prudentia: qua plurimum poles: propius accedis: & ueluti peritissimus nauita: uel serenitatē: uel futuram tempestatem cognoscis: quando q dem in rebus humanis: si quid fore predixeris: id ineuitabiliter quodāmodo necesse sit: ut in pluribus euenire. Sed cum fumos & thura aspernari semper solitus sis: parum ocii in recēsendis laudibus tuis libenter cōtererem: ni palpo uel assentator abs te iudicari formidarem. Mallo enim uirtutum laudūq; tuaꝝ præconia sicco percurrere uestigio: q̄ assentationis aut adulationis abs te nota sugillari. Sed tamen assentatio non occupat locum: ubi ueritas obtinet principatum. Ignoscas igitur mihi quæso princeps humanissime hæc paucula de te q̄ uerissime prædicanti. Vtrum autem Inclytum & Illustrissimum parentem tuum Lodouicum Gonzagam eximiis uirtutibus tuis æques: an superes: non facile diiudicare ausim: ne si te tan

tum patrem excellete affirmauerim:te offendam ĩ patre: sub quo principe aurea fulsere sæcula:si uero tibi præferã parẽtem: minus præconia tua exequar:q̃ requirãt:cui si par³ & condignũ uirtutibus tuis imperiũ fata præstitissent:tot merita centũ uix urbes equiperarent:cum oẽs quidem uirtutes:quæ principes æternitati sacrare & ipsos fama & gloria immortales reddere solẽt:in te uno cubilia sua posuisse uideantur. Quas ꝓfecto nisi magna ex parte silentio inuoluerem:ante mihi tẽpus ad dicendũ:q̃ dicendi materia deesset. Præconia igiť tua missa faciamus:& ad eos:q te pudicissima & formosissima cõiuge ac domina fœlicẽ prædicãt:sermonẽ nostrũ parũper dirigamus. Verꝝ est profecto:quod affirmant:quinimo iugalibꝰ tedis & re uxoria nullus unq̃ te fœlicior extitit. Delegisti.n.ex uniuersa Italia Illustrem dñam ẜm cor tuũ:cui si aliam comparare uoluero:nec ipsa quidẽ Roma totius orbis dña talem unq̃ protulit: quam uirtutibus aut forma uenustissimæ consorti tuæ equiperare ualeã. Hæc est.n. Antonia Baucia Illustris dña:quã quidẽ eloquẽtia & lepore uerborum hortensiam hortensii filiã:& ipsam corneliam gracchoꝝ matrem exsuperare non iniuria dixerim:pudore priscas sabinas supergrediť:specie uero & uenustate forma atq; pulchritudine:mulieres oẽs & illustres heroidas:q̃s secula nñ a tulerũt longe præcellit. Taceo religionem:pietatem:obseruantiam:deuotionem:modestiam:humanitatem:benignitatem:clæmentiam:liberalitatem immensam:mansuetudinem summæ grauitati cõiunctam:cæterasq; uirtutes:quibus Antonia iter alias illustres matronas:tantum enitet & coruscat:quantum sol inter lucida sidera emicat & refulget. Prætereo ingenii ipsius perspicacitatem:singularẽ prudentiam:sapientiam ineffabilem:regendiq; & gubernandi sciẽtiam:qua non oppida:aut uillas & castella:tantũmodo: uerumetiã ꝓuincias & regna fœlici alite regere & gubernare optime sciret:& mereretur. Patrem Pyrrhum habuit altæ muræ pricipẽ excelsum &:tibi socerum:quẽ Franciscus illustrissimus Andriæ dux progenuit. Huius uero progenitores & proaui magno dominio & p̃claris rebus gestis in gallia primum transalpina:demum in Italia:in quam ex gallia migrauerunt florentes & illustres extitere. Hos ab illo Balthasare:qui cum reliquis duobus magis & regibus Christo nato munera obtulerũt:originẽ duxisse:ueteres illustris domꝰ suæ annales nobis tradiderũt. Maria mater sibi fuit excellẽtissimi uenusini ducis Gabrielis filia:q̃ in ducatu ĩclyto parẽti successit. Gabrieli autem Raimundus præcelsus Taranti princeps ex præclara ursinorum propagine ducens originem pater extitit. Hãc igitur præ

ARGVMENTVM.

¶ Index Argumentũ eorum: circa quæ præsens editio uersatur.


Lucubratio nostra in tria capita principaliter distinguit. In primo namq; de quiditate animæ rationalis: & de iis quæ ad quiditatem ipsius pertinere uidetur pertractaf. ¶ In secundo de imortalitate eiusdem accerrimis rõnibus decertatur. ¶ In tertio uero & ultimo capite. An passibilis sit anima: quæstio non facilis extricaf. ¶ Primum caput principale quinq; partes cõplectitur. ¶ In prima.n.parte: in qua de q̃ditate aiæ agi f. plusq̃ q̃nquaginta phorum opiniones: q uaria & diuersa de aia sensere: breuiter recitanf. Tot ẽt phorum opiniõibus theologicæ diffinitiões seu descriptiões subnectunf: post q̃s de diuersis aiæ uocabulis agif. ¶ In secũda pte grãdis & pdifficilis mouetur q̃stio. ¶ Vtrũ aia rõnalis uniaf corpori: ut forma dans eẽ homini: & cõstitues ipm in eẽ specifico: uel remaneat una tm̃ aia numero in oĩbus hoĩbus mũdi: q sunt: q fuerũt: quiq; futuri sunt. ¶ In hac ergo parte primo fiũt trigita argumẽta: q̃ unitatẽ itellectus possibilis in oĩbus hoĩbus ueluti finxit Aueroys: tertio de aĩa libr. cõprobare uidenf. ¶ Post q̃ Aueroys opinio cõtinẽs qnq; distinctiones dicta q̃tuor & duas cõclusiones q̃ breuissime recitatur. ¶ Demõstraf pterea hãc fuisse sñiam Aristotelis de aĩa itellectiua, q ipsa sit forma hoĩs specifica p quã hõ est hõ: q̃ q̃dẽ positio necessariis ẽt rõnibus demõstraf. ¶ Multis ẽt mediis ĩpugnaf positio. Auerois de cõtinuatiõe: & de mõ cõtinuatiõis itellectus possibilis & agẽtis nobiscũ: & soluuntur replicæ & instãtiæ: quas facere solent aueroistæ circa p̃sentem speculationẽ. Destruif ẽt subsequẽter error illorum: q dixerũt aiam eẽ in hoie: sicut nauita est in nauii: ita q ex aia & corpore fit unũ: sicut ex mouẽte & moto: & eorum qui dixerũt hoiem esse itellectum tm̃: ita q hõ nõ sit qd cõpositũ ex aia & corpore: sed q hõ sit aia utens corpore: sicut petrus non est qd cõpositũ ex hoie & indumẽto: sed est hõ utens indumento ¶ Adducunf postmodũ ẽt media: q̃bus initunf Gregorius ariminẽsis: & Ioãnes duns Scotus ad pbandũ aĩam intellectiuã esse formã hoĩs substãtialem & specificã: cũ multis aliis rõnibus q̃ pbant intentũ. ¶ Postmodũ aũt triginta argumenta in oppositũ facta dissoluunf. In q̃bus q̃dem solutionibus multa scientifica & annotatu digna continenf. ¶ In tertia parte. Vtrũ aia humano corpori cõueniẽter uniaf: questiũcula disoluif. ¶ In quarta pte agitur de simplicitate & compositione aiæ rõnalis. In qua hæc oĩa per ordinem pertractantur.

¶ Quod anima non sit composita ex materia & forma.
¶ Quod materia non est nisi in corporibus.
¶ Quod corporeitas est prima forma: quæ recipitur in materia & quod materia nunquam denudatur a quantitate.
¶ Quod angeli & animæ rationales sunt immateriales & hoc probatur multis rationibus.
¶ Quod neque anima neque angelus est omnino simplex: sed in solo deo est omnimoda simplicitas.
¶ Qualiter sex modis aliquid dicitur esse simplex.
¶ Quod nulla compositio inuenitur in deo: nec compositio ex iis nec compositio cum iis: hoc est dictum quod deus neque est compositus: neque est componibilis. Quod autem non sit compositus probatur quinque rationibus sed quod non sit componibilis tres tantummodo rationes adducuntur.
¶ Quod angeli & animæ componuntur: ex quo est: & quod est siue ex quod est: & esse: aut ex esse & essentia: uel ex forma & esse aut ex substantia & esse: siue ex quidditate & esse: uel ex natura & esse: aut ex potentia & actu: uel ex genere & differentia: aut ex subiecto & accidente: uel scotistico more: ex realitate actuali: & realitate potentiali: & omnes isti modi declarantur: & etiam qualiter in rebus creatis hæc differant.
¶ Tripliciter probatur quod in deo sunt unum & idem esse & essentia: & postea probatur: quod hoc ipsi soli deo conuenit: & quod illa res: in qua esse & essentia idem sunt: non potest esse nisi una & prima.
¶ Quod omne illud: cuius esse est aliud ab essentia: habet esse ab alio: sola autem illa res: cuius esse est idem cum essentia: non habet esse ab alio.
¶ Quod necesse est esse aliquam rem: quæ sit causa essendi omnibus rebus: & quod omnis res quæ non est esse tantum: habet causam sui esse.
¶ Quod esse dupliciter sumitur: uidelicet pro esse essentiæ: & pro esse actualis existentiæ.
¶ Quomodo conueniunt & differunt: quod quid est esse: & quod quid erat esse: & qualiter differat quiditas ab utroque ipsorum.
¶ Quod ens duobus modis capitur nominaliter & participialiter
¶ Vtrum realiter differant esse essentiæ & esse actualis existentiæ in rebus creatis.
¶ Quid prius creatur esse aut essentia.
¶ Quod in creaturis esse & essentia non solum ratione: sed etiam realiter differunt.

¶ Quod dupliciter aliq̃d de aliquo prædicatur:& dupliciter aliquid partcipatur.
¶ Obiectio quædam ꝙ angeli uel animæ nõ componantur realiter ex esse & essentia:cum solutione ipsius
¶ Vtrum præfatæ cõpositiones sint uere:& an sint realiter intelligẽde uel secũdum rationem tantum
¶ Quod in duobus differunt essentia substantiæ simplicis & cõposite.
¶ Quid sit principium indiuiduationis.
¶ Quod in substantiis separatis nõ sunt omnino idem suppositum & natura.
¶ Quod in deo solo suppositum & natura sunt omnino idem.
¶ Quod suppositum & natura faciunt aliquam compositionẽ i substantiis separatis.
¶ Quod in compositis ex materia & forma suppositum & natura realiter differunt.
¶ Quod dominus & deus noster Iesus Christus assumpsit naturam & non suppositum.
¶ Qualiter iste ṗdicationes nõ sunt uere sortes ẽ humanitas.homo est humanitas:sortes est sorteitas:uel Petrus est sua petreitas:licet iste sint uere Gabriel & gabrielitas:& hic Raphael est sua raphaelitas.
¶ Qualiter quæcunq̃ componuntur ex materia & forma:componuntur etiam ex ente & essentia:& ex quo est:& quod ẽ:sed nõ econuerso.
¶ Quod præfatæ compositiones diuersimode se habent in substantiis simplicibus & compositis.
¶ Quod in compositis ex materia & forma quo est : tripliciter dicitur.
¶ Quod in compositis ex materia & forma est duplex cõpositio
¶ Qualiter i substantiis separatis reperiaꝶ genus & differentia.
¶ Quomodo nomẽ generis designat totum ex materia :nomen differentiæ totum ex forma:nomẽ uero speciei totum ex utroq̃.
¶ Hæc igitur sũt:quæ quarta pars primi capitis huius libelli nostri complectitur.
¶ In quinta uero & ultima parte:primi capitis agiturde uigĩti differentiis.Quibus Angelus & anima inter se differunt.
¶ In prima nanq̃ differentia declaratur.
¶ Quod anima unitur corpori ut forma: Angelus nulli corpori unibilis est:ut forma.

¶ Quomodo angeli corporibus uniũtur:& quid sit angelum assumere corpus.

¶ An in corporibus assumptis uideãtur:& ex quo elemẽto corpora assumunt.

¶ In secunda differentia. Qualiter angeli possunt mouere corpora nõ ad formam:sed ad locum. Anima uero separarata nec ad formã:nec ad locum corpus aliqđ mouere põt:q̃uis ricardus circa finem quarti sen. teneat oppositum.

¶ Quod aĩa separata mouere nõ possit aliqđ corpus localiter.

¶ De actione angelorum in hæc iferiora: & quomodo dupliciter possunt angeli agere in mentes nostras.

¶ In tertia differentia qualiter anima per corpus indiuiduat:angelus uero non.

¶ Quod corpus nõ est causa:sed occasio idiuiduationis animæ: & quomodo differunt causa & occasio.

¶ Quomodo corruptis corporibus non cessat indiuiduatio animarum:& ponuntur multa exempla sensibilia.

¶ In quarta differẽtia qualiter oẽs angeli specie differunt ab inuicem:animæ uero numero solum & narrãtur tres opiniones circa distinctionem angelorum. Quod aũt omnes angeli specie differant probatur multis rationibus & auctoritatibus.

¶ In quinta differenjia qualiter angelus est simplicior anima: & consequenter perfectior & nobilior:& ꝙ angeli non intelligunt per abstractionem.

¶ In sexta differentia q̃uo angelus sine fantasmate ĩtelligit aĩa nõ sine fantasmate ĩtelligit:& qualiter cognitio animæ ortum habet a sensu:cognitio uero angeli non.

¶ Vtrum cognitio nostra ortum habeat a sensu & arguitur in utrãq; partem & multæ opiniones recitantur.

¶ Declaratur etiam qualiter & quomodo ortum habeat a sensu cognitio nostra.

¶ Quare intellectus agens dicit potentia actiua:possibilis uero passiua & quomodo distingunt intellectus agens & possibilis.

¶ In septima differentia quomodo angeli intelligunt p species innatas siue inditas:uel su baliis uerbis p species cõcreatas aut infusas:siue etiam connaturales. Anima uero corpori unita nõ intelligit:nisi per species a rebus sensibilibus acceptas: & receptas ĩ intellectu mediante sensu.

¶ Arguitur etiam quod angeli possint itellgere per species abstractas:& soluuntur instantiæ.

¶ Declaratur etiam qualiter angeli intelligant:& quomodo nõ solum intelligunt per species influxas:aut connaturales:uerumetiam cognoscunt res in uerbo diuinam essentiam intuendo.
¶ Quid sit cognitio matutina & uespertina:& quomodo hae duae cognitiones adinuicem distinguantur.
¶ Qualiter eae duae cognitiones ab Augustino ponuntur in angelis:circa quas etiam nonnulla dubia mouentur
¶ Vtrum cognitio rerum in uerbo sit perfectior:q̃ cognitio ipsarum in propria natura.
¶ An res habeat uerius esse in seipsa an in mente diuina
¶ Vtrum angelus possit simul intelligere res in uerbo:& in propria natura.
¶ Vtrum aliter possint plura simul intelligere.
¶ Quid causae est:q plura non possunt simul intelligi.
¶ Quae sit operatio angeli:quae mensuratur tempore:& q̃ non.
¶ Quod tempus illud non est idem cum tempore: quod mensurat motum primi mobilis.
¶ In octaua differentia qualiter anima nostra non eadem potentia singularia & uniuersalia cognoscit:sed intellectu uniuersalia: sensu uero singularia: Angelus uero una & eadem potentia intellectiua:& singularia & uniuersalia cognoscit.
¶ Quomodo angeli singularia & particularia cognoscunt.
¶ Quod angeli cognoscunt singularia & particularia per se:directe & irreflexe: Anima uero nõ itelligit singularia:nisi idirecte reflexe:q & p accidẽs. Elucidãt aũt oĩa haec qualiter & quomodo.
¶ Vtrum anima intelligat singularia.
¶ A qua materia abstrahit naturales:& a qua matematicus.
¶ In nona qũo itellect⁹ agẽs & possibilis nõ sunt i angelo & aĩa nisi equoce:& q̃ fuit nccitas ponẽdi itellectũ agẽtẽ & possibilẽ i nobis.
¶ In decima dĩa qđ angelus sine discursu & rõciatõe itelligit. Aĩa uero nõ nisi rõcinãdo:& discurrẽdo de notis ad icognita:itelligit.
¶ Quid sit discurrere siue discursus.
¶ Quod in scientia nostra triplex discursus inuenitur.
¶ Quid cãa e qđ angeli nõ ꝓprie dicunt rõnales:sed itellectiui: & hoĩes aũt non intellectiui:sed rõnales ꝓprie appellantur.
¶ Quod tres sunt operationes intellectus:& q̃ opatio illaꝝ trium deo:quae angelis:& quae hominibus conueniat.
¶ Qđ intellectus & ratio nõ sunt duae potẽtiae:sed una tm̃:& quomodo differunt ratio & intellectus.
¶ In undecima differentia infrascripta oĩa continent. Et primo.

¶ Quod in angelis non sunt poteniæ ita distinctæ sicut in anima.
¶ Quid sit ratio superior & inferior: & quomodo nõ sunt duæ potentiæ: sed una tm̃.
¶ Quod aliquis actus attribuitur rationi dupliciter.
¶ Quis motus rationalis debeat attribui rationi superiori: & quis inferiori.
¶ Quod consensus in actum attribuitur superiori rationi: delectatio uero: seu delectationis complacentia inferiori.
¶ Quando peccatum dicitur esse in inferiori ratione: & quando in superiori.
¶ Qualiter & quomodo in superiori uel inferiori ratiõe peccatum contingere potest.
¶ Quomodo debeat intelligi. Quod omnis malus est ignorans.
¶ Qualiter in peccato primi parentis tres concurrerunt: uidelicet ipse Adam: Eua & serpens: & quid per hæc tria debeat intelligi.
¶ Quid sit sinderesis: & q ipsa nunq̃ potest peccare.
¶ Probatur etiam q possit peccare: & soluunt argumenta.
¶ Q. d' sinderesis in nullo potest extingui: nec in ipsis damnatis q̃dẽ
¶ Arguitur etiam in oppositum: quod uidelicet possit extingui: & soluuntur instatiæ.
¶ De multiplici acceptione huius nominis consciẽtia & unde dicatur hoc nomen.
¶ Qualiter differant sinderesis & conscientia.
¶ Quid sit conscientia: & utrum ipsa possit errare.
¶ Qualiter per sinderesim: rationem superiorem uel inferiorem & conscientiam fiat syllogismus in anima:
¶ Quomodo conscientia quasi quodam syllogismo perficitur.
¶ In duodecima differentia. Qualiter tam animæ: q̃ angeli mouẽtur circulariter recte & oblique circa bonũ & pulchꝝ: sed differẽter.
¶ Quid sit motus rectus circularis: & obliquus.
¶ In tertia decima differentia: Quomodo angeli loquũtur quibusdam nutibus & signis sine uocis expressione: Anima uero coniuncta non nisi per uoces & signa exteriora conceptus suos potest exprimere.
¶ Quod angeli inferiores illuminantur per superiores. Et hoc multis rationibus & auctoritatibus comprobatur.
¶ Quod unus angelus alium illuminat: & illuminando eum purgat: non ab immunditia: aut a culpa: sed a nescientia.
¶ Qualiter intelligatur illud prime Io. tertio uidebimus eum sicuti est. Et illud Gregorii quid est quod non uideant: qui uidentem

omnia uident?
¶ Arguit͂ q̄ unus angelus non illuminat aliũ:& soluitur obiectio.
¶ Q d᷑ angeli loq̄nt͂ adiuicē:multis rōib⁹& auctoritatib⁹ ꝯprobat͂
¶ Q d᷑ aliqua forma tripliciter existit in materia:& similiter forma intelligibilis tripliciter existit in intellectu.
¶ Q uid sit loqutio angeloꝝ:& quomodo loquant͂ ad inuicem:aut quomodo unus angelus alteri loquatur.
¶ Q uod loqutio angeloꝝ differt ab illuminatione in duobus.
¶ Q uæ sit loqutio & lingua angelorum.
¶ Q uod duplex est loqutio in angelis:sicut & in nobis.
¶ Septem mediis arguit͂. Q d᷑ angeli loqutione non indigeant:& q̄ i ipsis nō sit ponēda loqutio:& soluunt͂ argumenta & instantiæ.
¶ Q d᷑ un⁹ angelus pōt audire plures sibi loquētes:& unus sanct⁹ plures ipsum inuocantes.
¶ Q d᷑ in patria intima etiā corporis oculo corporali uidebuntur.
¶ V trum inferiores angeli superioribus loquantur.
¶ Q ualiter loqutio potest esse in nobis & in angelis sine illuminatione. Illuminatio autem semp habet loqutionem adiunctam.
¶ Q uomodo & qualiter unus angelus alium illuminat.
¶ Si indifferenter angeli superiores inferioribus loquātur:& inferiores superioribus.
¶ V trum distantia localis loqutionem angelorum impediat:& soluuntur duo dubia:quæ fieri solent.
¶ Q uid significet clamor ille:quo seraphin clamasse dicuntur: Esaiæ.sexto.
¶ V trum unus angelus possit loqui alteri angelo:siue etiam duobus absq; hoc:Q uod alii loqutionem eius percipiant.
¶ V trum angeli deo loquantur:& quomodo sibiipsi loquitur angelus.
¶ Qui sint nutus & signa in angelis.
¶ In quarta decima differentia.Q uod nusq̄ legitur deum dixisse de angelo faciamus angelum ad imaginē & similitudinem nostrā. sicut legitur de homine.
¶ Q uid sit imago:& unde dicatur.
¶ Q uid sit mens:& unde dicatur.
¶ Q uod tria mens intelligit deum:seipsā:& res materiales:& declaratur in qua cognitione istorũ increatæ trinitatis similitudo cōsistat
¶ Q uid sit similitudo.
¶ Q uomodo anima est ad imaginem & similitudinem dei.
¶ Q uo tres sunt similitudines:seu similitudinis differentiæ.

ARGVMENTVM.

¶ Quod angelus dicitur speculum & signaculũ dei: aĩa uero imago & similitudo. Reliqua uero creatura uestigium.
¶ In quo reperiatur expressior imago dei uel in aĩa uel in angelo.
¶ Quis sit nobilior homo uel angelus.
¶ In. 15. differentia. Quod angelus potest dici ꝑsona: aĩa uero nõ.
¶ Quid sit persona: & ꝙ tria sunt de rõne personæ.
¶ In Laurentiũ uallam de hoc nomine persona.
¶ Qualiter sine logica & phĩa studia humanitatis ignorantur.
¶ In. 16. differentia. Quod deus est oĩno imutabilis a parte ante: & a parte post: Homo uero ante & post mutabilis est: sed angelus: qui est medius inter deũ & hominem: est mutabilis ante electionem: sed post electionem imutabilis.
¶ In. 17. differentia. Quod tam angelus: q̃ homo peccauit diuinã similitudinem appetendo: sed angelus dei potentiam: Homo uero dei scientiam.
¶ Vtrũ diabolus dei æqualitatem appetierit: & arguitur qnq; mediis ꝙ non. Narrantur etiam tres opiniones: quarũ ultima approbatur: & soluũtur argumenta in oppositũ facta.
¶ De pctõ diaboli multa narranť: & concluditur: Quod peccauit appetendo esse ut deus. Sed li ut potest dicere uel equiperantiã: uel similitudinẽ. Si similitudinẽ: dupliciter etiam potest intelligi: & oĩa ibidem declarantur.
¶ Quod nullus potest appetere esse deus uel ãgelus: imo nihil põt appetere altiorem gradum naturæ.
¶ Vtrum diabolus in primo instanti suæ creatiõis peccauerit: aut malus esse potuerit.
¶ Quomodo exponiť illud Io. 8. Ille homicida erat ab initio.
¶ Vtrũ aliqua mora fuerit inter creationẽ & lapsum angelorũ.
¶ Vtrum magnus diabolus fuerit excellentior oĩbus angelis: seu fuerit primus inter omnes angelos.
¶ Vtrũ pctm̃ diaboli fuerit causa aliis angelis peccandi.
¶ Vtrum plures fuerint angeli ruentes & peccantes: q̃ stantes & permanentes.
¶ Quid causæ est: ꝙ plures fuerũt angeli stãtes: q̃ ruẽtes. In hominibus uero est oppositũ: qa plures dãnanť: q̃ saluantur.
¶ Quod malũ est triplex. Naturæ culpæ & pœnæ.
¶ Vtrum ex omni ordine ceciderunt angeli.
¶ In quo p̃cise fuerit pctm̃ diaboli.
¶ Quod ad peccatum superbiæ reducitur peccatũ diaboli.
¶ Vtrum peccatum Adæ fuerit in hoc: ꝙ appetierit esse: ut deus.

¶In.18.differentia. Quomodo post peccatum diabolus fuit obstinatus in culpa:ita ꝙ nõ potest pœnitere:sed homo post peccatũ potest pœnitere:& a culpa resipiscere.

¶Quare diabolus est obstinatus & pertinax in culpa nec põt pœnitere.

¶Diabolicæ obstinationis tres causæ recitantur:quaꝝ ultima magis approbatur.

¶Quis sit finis uiæ hominis:& angeli:

¶Quare homini data fuit longior uia:q̃ angelo.

¶Quid causæ est. Quod peccatum homĩs fuit remediabile:peccatum autem diaboli non:Idest cur deus misertus fuit homini peccanti. Angelo autem minime. Adducuntur autem septem rationes cur deus misertus fuit humanæ naturæ in peccatum prolapsæ: & non ruinæ angelicæ: quarum ultima ualidior est: & magis quadrans.

¶Quod anima illa benedicta christi habuit omnem sciẽtiam sed non omnipotentiam.

¶In.19. Quod natura angelica nõ fuit assumptibilis a uerbo: sed humana tantum.

¶Vtrum natura humana præ aliis fuerit assumptibilis a uerbo.

¶Quid sit potentia obedientialis.

¶Quod propter tres rationes congruum fuit naturam humanã: & non aliam a uerbo assummi.

¶Quod natura humana est magis ad similitudinem dei:q̃ angelica:si diuina natura consideretur.s̃m ꝙ est in personis per relationes originis distincta:& s̃m ꝙ est exemplar totius creaturæ: & s̃m alia duo quæ ibi narrantur.

¶Vtrum si homo non peccasset:filius dei humanã carnem assumpsisset:& narrantur duæ opiniones:quaꝝ utraꝙ est probabilis:sed secũda magis consonat dictis sacraꝝ litteraꝝ & sanctorum.

¶Propter duas rões natura angelica nõ debebat assũmi a uerbo.

¶Quod non fuit congruum naturam irrationalem assummi.

¶In.20.& ultima differentia. Quod numerus angeloꝝ non solũ excedit numerum omnium hominum præsentium præteritorum atꝙ futurorum:uerumetiam numerum omnium rerũ materialium & sensibilium.Hoc autem probatur ratione ꝓbabili & auctoritatibus.

¶Narrantur plures opiniones circa numeꝝ intelligentiaꝝ:& substantiarum separatarum.

¶Quomodo exponitur illud Daniel.7.millia milliũ ministrabãt

ei. & decies millies centena milia assistebant ei. Et recitant duæ expositiones.

¶ Hæc igitur sunt: quæ in quinta & ultima parte primi capitis huius libelli nostri recitantur. Et sic prædicta omnia primũ caput cõplectitur.

¶ Secundum caput principale in duas partes distinguitur. In prima nanq; parte animæ rõnalis immortalitas ualidissimis ratiõibus concluditur.

¶ In secunda uero de cognitione animæ rationalis post mortẽ nõnihil determinatur.

¶ In prima igitur parte hic ordo seruatur. Primo enĩ quattuor supra decem fiunt argumenta: quæ animã cum corpore simul interire: atq; utrũq; morte pariter deleri concludere uident. Quibus etiã argumentis subnectuntur multæ auctoritates aristotelis: quibus uidetur nõnullis: Aristotelem tenuisse animam rationalem ad corruptionem corporis interire.

¶ Has autem aristotelicas auctoritates quædam sacrarum dicta litterarum subsequuntur: quæ aĩam cum corpore simul emori resonare uidentur.

¶ In decisione uero quæstionis primo distinguitur quod tripliciter aliquid dicitur esse nõ ens: & de triplici morte: postea ponũtur duo mortalitatis modi: uidelicet generalis & specialis. In quibus tria ponuntur esse in deo: propter quæ ipse solus est ĩmortalis: & tria ponũtur esse in omni creatura: propter quæ creatura quælibet dicitur esse mortalis.

¶ Declaratur etiã quod solus deus proprie est.

¶ Deinde recitantur opiniones illorũ: qui dixerunt animã rationalem ad corruptionem corporis interire. Quibus positio catholicæ fidei subsequenter copulatur.

¶ Probatur postea. Quod anima rationalis sit forma substantiua: & non adiectiua: idest forma habens esse absolutum & subsistens: & a corpore minime dependens. Et ad ꝓbationem huius conclusionis quinq; rationes adducuntur. ¶ Concluditur etiam multis rationibus. Quod neq; intellectus: neq; uoluntas sunt potẽtiæ organis corporalibus affixe: quia intellectus in operatione sua nullum organũ sibi appropriat: aut determinat: & idem iudicium est de uolũtate.

¶ Obiicitur tamen & instatur dupliciter. Quod anima rationalis non habeat esse subsistens: sed a corpore dependens: & soluuntur obiectiones.

¶In quibus quidem solutionibus continetur. Quod hoc aliquid dicitur dupliciter.

¶Posthæc aũt quinq; & uiginti rationes per ordinem recitantur: quæ animæ rõnalis imortalitatem luce clarius demonstrant & ostẽdunt.

¶In iis autem rationibus multa etiam pulchra continentur: & primo ꝙ operatio intellectus per senium non debilitatur aut impeditur. Si autem in operatione intellectus fatigatio aut debilitas accidit: hoc est propter debilitatem uirium: quibus intellectus ad intelligendum indiget: uidelicet imaginationis memoratiuæ & cogitatiuæ uirtutum.

¶Declaratur postmodum ꝙ in antiquis & senibus uiget prudentia & sapientia: & adducuntur multæ auctoritates Oratoꝝ & poetarum ad probandum intentum: quas etiam pulcherrima auctoritas diui Hieronymi fulcit corroborat & confirmat.

¶Ostenditur etiam quod deus sit summe iustus: apud quem nullũ bonum irremuneratum: & nullum malum remanet impunitum.

¶Innuitur preterea. Quod boni uiri in hoc mundo aduersa fortuna præmuntur: & affliguntur. Mali uero lætantur: & bonis fortunæ elati dies suos in uoluptatibus corporeis & pessimis flagitiis ducunt.

¶Quæritur ĩsuper. Quid causæ est. Quod deus permittit bonos in hoc mundo torqueri & affligi: malos uero & scelestos lætari: & secunda fortuna extolli.

¶Probatur etiam quod in hoc mundo nullus potest esse beatus: & concluditur. Quod neq; in bonis fortunæ: neq; in honoribus aut pulchritudine: neq; in potentia: neq; in ualitudine corporis: nec in aliqua re uitæ præsentis beatitudo consistit: & ꝙ nihil horum potest hominem beatum efficere.

¶His autem uiginti & quinq; rationibus duo etiam exempla conglutinata sunt: quæ nobis suadere uidẽtur: ut animæ rationalis immortalitatem inconcussa mente teneamus.

¶Concluditur adhuc & firmiter tenetur: hanc fuisse mentem & sententiam Aristotelis de anima rationali: Quod ipsa esset immortalis & incorruptibilis: & hoc ex multis auctoritatibus ipsius luce clarius demonstratur.

¶Sed post auctoritates aristotelicas multorum aliorum philosophorum oratorũq; & poetarum pœnæ omnium auctoritates recitãtur: qui omnes animæ rationalis immortalitatem firmiter tenuerunt.

¶ Confirmatur tandem intentum dicto etiam euangelico: auctoritate illius: qui nec fallit: nec falli potest: cui quidem auctoritati sacro sancte matris ecclesie determinatio & auctoritas grauissima præmittitur.

¶ Soluuntur tandem argumenta in oppositum facta: in quarum calce solutionum euidenter ostenditur. Quod auctoritates illæ aristotelicæ: nec non & sacrarum litterarum: quæ ab aduersariis adducte fuerunt: ut perniciosissimam ipsorum opinionem comprobarent: non fuere ab ipsis intellecte: utpote qui uerum sensum & sententiam ipsarum deprauare atque extorquere conati fuerunt. Et sic terminatur questio de immortalitate animorum.

¶ In secunda parte secundi capitis agitur de cognitione animæ rationalis post mortem in qua hæc infrascripta continentur.

¶ Vtrum anima exuta corpore aliquid intelligat.

¶ Quod anima post mortem intelligit: sed de modo intelligendi narrantur sex opiniones: quarum ultima approbatur: & in qua declaratur. An anima separata intelligat per species acquisitas: uel per species infusas: aut per species conseruatas: siue etiam intelligat per species innatas: aut per species nouiter abstractas.

¶ Per quas species animæ damnatorum intelligunt.

¶ Vtrum anima separata omnia naturalia cognoscat.

¶ Vtrum animæ separatæ mutuo se cognoscant: & anima alicuius hominis: alterius animam hominis cognoscat: cuius quidem in hoc mundo nullam cognitionem habuit.

¶ Quod anima separata habet perfectam cognitionem de aliis animabus separatis: de angelis autem imperfectam.

¶ Quod boni cognoscunt bonos: mali malos: boni malos: & mali bonos: & iterum boni cognoscunt eos: quos in uita nunquam uiderunt. Et hoc dicitur ex intentione beati Gregorii pontificis max.

¶ Vtrum anima separata singularia cognoscat.

¶ Vtrum localis distantia animæ separatæ cognitionem impediat.

¶ Vtrum animæ separate cognoscunt ea: quæ hic aguntur.

¶ Quod animæ mortuorum possunt habere curam de rebus uiuentium: etiam si statum ipsorum ignorent: ueluti etiam nos de ipsis.

¶ Quomodo animæ mortuorum possunt scire facta uiuentium.

¶ Quid causæ est. Quod mortui qualitercunque uiuentibus apparent.

¶ Quod habitus & actus scientiæ hic acquisitæ remanebit post mortem in anima separata.

¶ Quod species intelligibiles sunt aliquando in intellectu i actu aliquando uero in potentia:nonnunq̃ autem in habitu: uidelicet medio modo inter potentiam & actum.
¶ Quid sit memoria intellectiua.
¶ Qualiter debeat intelligi. Q̃d intelligentia orit̃ ex memoria.
¶ Quod in anima separata remanebit memoria intellectiua:q̃uis mēmoria sensitiua per mortem deleatur.
¶ Quod omnium eorum:quorum recordatur anima coniūcta potest recordari & reminisci separata.
¶ Arguitur ꝙ anima separata nō reminiscitur omnium eorum quorum recordata fuit coniuncta.
¶ Vtrum Petrus apostolus recordatur se christum abnegasse & mortaliter peccasse. ¶ Si nō. ¶ Cōtra est dictum ꝓpheticū Misericordias dn̄i incternū cātabo. ubi dicit Gregorius. Quō misericordias domini incternū cantabūt: qui peccatorum prius cōmissorum nō meminerūt: Si sic:uel Petrus habet uelle:uel nolle ex illo actu:idest uel placet:uel displicet. Si primū: Petrus ē peccator. Si secūdum Petrus nō est beatus:imo miser. quia tristatur de hoc Et ad hoc argumentum dantur multæ solutiones. Et sic terminatur secundum caput principale huius libelli nostri.
¶ Tertium & ultimum caput principale libelli huius in partes duas distinguitur.
¶ In prima parte pertractatur. ¶ Vtrum anima unita corpori passibilis sit. ¶ In secunda uero. ¶ Vtrum anima corpore soluta ab igne corporeo & materiali pati possit
¶ In hac ergo secunda parte primo fiunt sexdecim argumenta cum multis replicis & instātiis:quæ probare conātur. Quod nullus spiritus pati possit ab igne:neq; anima:neq; diabolus:quibus argumētis auctoritates etiam Augustini: Damasceni:& Bernardi subnectuntur:quæ hoc idem concludere uidentur.
¶ Probatur subsequenter auctoritatibus & rationibus: ꝙ anima patitur ab igne corporeo & materiali:& quomodo iustum est Quod per corporalia puniatur.
¶ Declaratur etiam utrum per alia elementa anima puniat̃: aut cur magis ab igne punitur:q̃ ab alio elemento. Et utrum ignis ille sit eiusdem speciei cum igne:qui est apud nos.
¶ Inuestigatur preterea modus:quo anima uel diabolus ab igne pati possit. Et circa hoc quindecim opiniones recitantur. Ex quib⁹ tres supra decem reprobantur:& unaquæq; suo loco ueris rationibus refellitur. Quartadecima opinio ꝓbabiliter potest sustine-

ri. Sed quintadecima & ultima opinio approbat̄ tanq̄ uera & tenetur: cū sit de mente nō solum Augustini & sancti doctoris: uerūetiam Ricardi de media uilla & Ioānis duns Scoti. ℂ In decisione autem quæstionis multa anno:atu digna continentur: utputa
ℂ Quod tripliciter aliqd pati dicit̄: & q̄ triplex est passio.
ℂ Quod spiritus pōt uniri corpori tripliciter: & q̄ tripliciter etiā aliqd dicit̄ esse i loco: & multa alia: q̄ cā breuitatis omitto. ℂ Post decisionē uero q̄stionis adducunt̄ acerrima & ualidissima durandi argumēta cōtra uerā determinationē: & quintādecimā opinionē: cū nōnullis aliis instātiis: qbus rn̄det ex itentione Petri de palude & Ioannis capreoli. ℂ Demū argumēta principalia in oppositū facta ex intentione theologoꝝ dissoluunt̄. ℂ Post solutionē argumentoꝝ nōnulla de pueris in limbo existētibus elucidātur: & ultimo loco q̄ sint illi uermes: quibus inferoꝝ manes torqueri phibentur: & q̄ sit maior pœna: ignis an uermis. Multa postmodū enarrant̄ de remorsu conscientiæ ex intentione poetaꝝ & oratorū. Et sic tertiū & ultimū caput huius opusculi nostri absoluitur.
ℂ In calce aūt huius libelli Orationē quādā pro sacratissimo corpore xpi exarandā atq̄ iprimendā duxi. Cōplectitur. n. difficultates quasdā nō paruas: q̄ circa sacramētū hoc mirabile solēt occurrere. Quibus elucidatis & patefactis finem facio scribendi.
ℂ Præmittit̄ aūt huic operi: uel loco proemii: uel quasi quoddā p̄ambulū & introductio siue dispositio ad ipsum de laudib⁹ litterarum opusculū. In quo hæc aristotelica propositio Natura oēs homines scire desiderāt: multis primū auctoritatibus: deīde sex rationibus comprobatur. In prima autem ratione hæc per ordinem continētur.
ℂ Quod scientia est perfectio animi nostri: & bonum hominis proprium quod ab ipso nunq̄ potest eripi.
ℂ Quod bona exteriora: uidelicet corporis & fortunæ possunt amitti.
ℂ Vtrum scientia: quam habemus in hoc mundo: quantum ad habitum: quantum ad actum: & quantum ad modum post mortem remaneat. Fiunt argumenta multa pro utraq̄ parte & deciditur quæstio
ℂ Vtrum damnati habeant illam scientiam: quam in hoc mūdo habuerunt: & si remanet in ipsis habitus scientiæ.
ℂ Si collatio & discursus in ipsis remaneat.
ℂ Quod neq̄ per mortem: neq̄ per peccatum aufert̄ ab homine scientia.

¶ Quod demones ꝓpter peccatum non perdiderūt scientiam quia naturalia remanserunt integra & splendida ipsis.
¶ Quod demones doctissimi sunt & ingenio acuti.
¶ In secunda ratione hæc continentur.
¶ Quod intelligere est propria operatio hominis.
¶ Quod homines sine litteris sunt ueluti pecora.
¶ In tertia ratione.
¶ Quod homo per scientiam deo similis efficitur.
¶ In quarta ostenditur.
¶ Quod homo per scientiam maxime cæteros homines excellit:& præstat ipsis.
¶ Et iterum q̄ littere excellunt aurum:atq; argentum.
¶ In quinta probatur q̄ omnia bonum appetunt & desiderant.
¶ Quod bonum sit triplex. Vtile delectabile & honestum.
¶ Quod scientia sit bonum utile delectabile & honestum.
¶ Quod utilitates conferant homini studio litterarum.
¶ Quod sciētia hominē illustrat. & ex ignobili nobilem efficit.
¶ Quæ scientia homini conferat.
¶ Cuius doctoris doctrine debeamus incumbere:ut bonis moribus & optimis litteris perficiatur anima nostra.
¶ Quod sciētia maximam delectationem & uoluptatem homini confert & exhibet.
¶ Quod plurimum honestatis continet in se scientia.
¶ Quod scientiaꝝ:quædā sunt laudabiles:& q̄dā honorabiles.
¶ Quæ scientiarum sit maxime honorabilis.
¶ Quam mala:q̄ pestifera:q̄q; perniciosa sit ignorantia.
¶ Vtrum ignorantia sit peccatum.
¶ Quod omnes sacerdotes & religiosos doctos & litteratos esse q̄maxime congrueret & expediret.
¶ Quod in omni homine ignorantia mala est:in sacerdote aūt & religioso pessima.
¶ Quod sacerdotes & religiosi non solum deberent habere bonam latinitatem. Verumetiam sermonem cultum & ornatum ipsos habere expediret:& hoc auctoritatibus sanctorum comprobatur.
¶ Vtrum religiosi possint incumbere arti poeticæ.
¶ Vtrum possimus incumbere carminibus Iuuenalis & Martialis sine peccato.
¶ Vtrum in studiis humanitatis & litterarum sæcularium possit esse aliquid peccati.

ARGVMENTVM

¶ Vtrum aliqua scientia uel aliquæ artes sint prohibitæ.
¶ Quod omnes dominos & principes orbis terrarum maxime conuenirct & expediret esse doctos.
¶ Quod nulla est deterior ignorantia eorum: qui ignari sunt: & tamen se scire: & doctos esse arbitrantur.
¶ In sexta & ultima ratione determinatur.
¶ Quod finis ultimus in cognitione consistit.
¶ Quod duplex est beatitudo, siue fœlicitas: & utraq; in cognitione consistit.
¶ De uisione diuinæ essentiæ, Comprehensione & fruitione.
¶ Quid sit frui.
¶ Vtrũ beatitudo in actu intellectus: an ĩ actu uolũtatis cõsistat.
¶ Quæ sit nobilior potentia intellectus: an uoluntas.
¶ Quod neq; in fabulis: neq; in figmentis poeticis debemus ingenium nostrum exercere.
¶ Quod anima nostra magis delectatur in cognitionẽ rerũ subtilium: q̃ infimarum.
¶ Quod cognitio rerum subtilium & altissimarum: quãtumcũq; minima aut iperfecta sit: maiorem perfectionem & uoluptatẽ confert homini: quã quælibet perfecta cognitio rerum infimarũ.
¶ Quod animæ rationalis cognitio perdifficilis est circa quam tres maximæ difficultates occurrũt. Prima circa quiditatẽ: qd sit. Secunda circa immortalitatem. Vtrum sit immortalis. Tertia circa pœnalitatem. An separata a corpore pati possit. Et circa has tres difficultates libellus iste pricipaliter uersatur: qui quidẽ plus in secessu: q̃ in fronte pollicetur.

stantissimi corporis dominam:tantis uirtutibus decoratam:talibusq; proauis & progenitoribus illustrem:iugali uinclo: & fœlicibus tædis princeps amplissime:tibi copulasti::quæ pulcherrima speciosissimaq; prole ac sobole te parentem effecit. Tibi enim ex Maribus primum Ludouicum atq; Federicum enixa est:quorum adolescētia: Spectatissimaq; & magnæ spei indoles:duo Martis fulmina in re militari futuros esse ostendit. Quod cum multa argumenta pro culdubio fore prænuncient:hoc uel uno fit notius. Quod Charolus octauus gallorum Rex:uisis adolescentibus Neapoli:quibus fidelissimum atq; integerrimum secretarium tuum Georgium Rainerium Alemannum:uirum utiq; frugi:& singulari probitate insignē: ducem ac comitem dederas:inter amplissimos ductores suos:& fidissimos Martialium equitum suorum præfectos non sine magno stipendio ipsos collocare minime paruifecit:& fidelissimorum maiestati suæ comitum assistentium numero adiecit. Aulam enim regiam uenustissimis conspectibus suis exornant:& eandem suis præclaris facinoribus plurimum illustrāt. Et cum maiestas illa regia ipsos plurimi faciat:non inuidentur(ut moris est)a cæteris sed omnes heroas & primores illius gentis: cum omnibus curialibus ob ingenuas uirtutes & suauissimos mores suos:quibus plurimum enitent:ad se diligendum alliciunt. De his autem hactenus: Pyrrhum postremo & Ioānem franciscum:quos ecclesiastica dignitate præfulgere decreuisti:edidit in lucem. Ex altero aūt sexu Barbaram ante alias:Illustrissimam matrem tuam:uirtute & probitate:nulli illustri matrone comparabilem:re & nomine referentem: Dorotheam postea: Susannam:Helleonoram: Camillam: & Antoniam tibi peperit. Non ergo mentiti sunt:qui te excellentissima Domina:& spectatissima liberorum corona: fœlicem esse dixerūt. Hæc igitur cum ita sint:existimaui mea non parum interesse:tanti gratiam principis:aliquo mihi præuio munusculo cōciliare. Parthorum enim regem(ut Seneca tradit)sine munere salutare: phas quōdam fuit nemini. Sed cum res tam angusta domi mihi sit:ut ne pauper quidem possim appellari:quoniam:ut Martialis testatur. Non est paupertas habere nihil. Quo munere:tuam mihi gratiam conflabo? Non æs conflatile:non preciosas gemmas:aut margaritas:non indicos lapillos:non chrysendeta:uel argentea pocula:nō toreumata:non stragula:uel tabulas pictas:non tyrias abollas:aut ardentes getulo murice lenas:non siculos aut calabros:uel barbaros sonipedes:ostro auroq; insignes:non uertagos:aut uenaticos canes:nec uolucrū prædones possideo. Sed hæc quoq; tua magni

tudine minora sunt. Quid igitur offerã? Id quod Socraticus eschi-
nes: Qui cæteris amplissima p̃ceptori munera offerẽtibus: cũ tenu
issimæ eẽt fortunæ seip̃m obtulit. Totũ.n.dat & præbet: qui semet-
ip̃m impendit. Meip̃m igit̃ tibi dedo: trado: ac tribuo: & hebes inge-
niũ: q̃lecũq; ẽ: tibi offero meũ: quo p̃ciosius hẽo nihil. Dicabo inquã
tibi nouas primitias: aureũq; & sciẽtificũ de aĩa libellũ: quẽ aureã co
ronã p̃ciosissimis cõsertã lapillis appellare constitui. In quo quidẽ li-
bello cõficiundo: plurimũ studii: plurimũ ope: plurimũ laboris atq;
uigiliaꝝ cõtuli: & oratianum amplexus cõsiliũ: nonũ in annũ pres
si: atq; decoxi. Elucubrationẽ autẽ hanc exordiri cœpi: dũ corrigiæ
magnifico & amplissimo domino Borsio: principi humanissimo: na
turaliq; ingenio: & singulari prudentia precellenti: plutarchi uitas:
& Appianum Alexandrinum elucidarem. Quã perdifficilẽ ꝓuin-
ciam ideo suscepi: ne ingenii mei uires admodum exiles: plurimo si
tu obductæ torpescerent. Cui quidẽ opi extremã manũ & limã im-
posui: dũ in florentissima Venetiaꝝ urbe Aristotelis transphisica: &
diuum Thomã aquinatẽ super sentẽtias in Monasterio sancti Sal-
uatoris profiterer. Nam a fratrib⁹ sanctæ Mariæ a gratiis: q̃bus biẽ
nium dialecticã & theologiã ꝓfessus sum: ad sanctum Saluatorẽ me
transtuli. Mallo.n.ibi esse ubi aliquo numero sim: q̃ illic ubi solus sa
pere uidear. Accipe igitur princeps Illustris hanc auream coronam
preciosissimis cõsertã lapillis. Quæ si tibi placuerit: non frustra ela-
borauero: nec tot uigiliæ meæ ĩ cassum euolabũt. Totam uero ma
teriam: circa quam uersatur editio: index argumentũ: post hanc epi
stolam exaratum: si totum perlegeris demonstrabit. Ne autem ran
cidulis & illepidis orationum mearum cõtextibus fastidium tibi pro
pinem: salebrosisq; ac incomptis uerborum anfractibus tuæ aures
clementiæ obtũdere aut obstrepere uidear: hãc impolitam & incul-
tam epistolam: ad calcem usq; deducam Me profecto frugi prĩceps:
& domina piẽtissima ad extremos usq; cineres: & ultimos rogos: sin
gulari obseruantia: & intimo quodam affectu: ueluti fidele mancipi
um uobis & filiis uestris deuinctum habebitis quibus cum liberis
meis plurimum facio commendatum. Valete atq; utinam ambo
bus nestoreos: sed lætos dent uobis fata dies.



Sereniſſime princeps:& excellentiſſimũ dominium ſupplicat celſitudini. V. nomine Iacobi Bruti nouocomẽſis lectoris religioſiſſimorũ fratrũ ſancti ſaluatoris:ut cum idem Iacobus nouũ ac præclarum in theologicis opus ediderit:de ĩmortalitate animæ rationalis:cum multis aliis annexis catholicæ fidei non parum profuturis:quod quidem opus auream coronam præcioſiſſimis cõſertam lapillis appellauit:ipſumq; perſpicacium ingeniorũ uoluptati ac perfectioni:quinimo catholicæ fidei:ac cõmuni totius chriſtianæ religionis utilitati imprimi uelit. Eadem celſitudinis. V. ſublimitas clæmenter ipſi concedere dignetur. Ne quis præter Ioannẽ tacuinum prædictum opus in terris excelſi dominii ueſtri intra decenniũ imprimere uel imprimi facere:aut in alienis terris impreſſum uendere poſſit: ſub pena contrafacientibus amiſſionis librorũ:& decem pro uno quoq; libro aureolorũ:ſic ut tertia mulctæ pars ſit accuſatoris: tertia pro arbitrio ſublimitatis. V. ad pias cauſas diſtribuenda. Id uero:quod ſupererit pro damno & iactura prædicti Ioannis tacuini. Qui cum eodem Iacobo Bruto præfatæ ſubtilitatis. V. celſitudini humiliter ſe commendant.

.M.cccc.xcvi. Die.xiii. Nouembris.

¶Quod ſupraſcripto ſupplicanti concedatur. Vt petit.

Magnificus dominus Marinus de garzonis

Magnificus dominus Conſtantinus de priuolis

Magnificus dominus Andreas leze

Magnificus dominus Bartholomæus Victurius

¶Iacobi Bruti Nouocomensis ex Castello ab Aqua clurii Vallis tellinæ: Artium & diuinæ philosophiæ professoris de laudibus litterarum opusculum



Vmmum & omnino mirandum illud totius naturæ iubar & specimen Aristoteles: cui diuo perhibente Hieronymo uidetur infusum quicquid naturaliter capax est hominum genus: & in quo ultimum naturam fecisse conatum: suus cōmentator testatur Auerroys: cum diuinū illud opus: qđ ens ipsum: inquātū ens: speculatꝛ cudere atq͂ exculpere uellet: in hæc uerba prorupit. Natura inquit: hoc est naturali appetitu oēs hoīes scire desiderant. Quā ꝓpositionem. M. Cicero Romanæ fons uberrimus eloquentiæ latinis litteris illustrauit dicens. Oēs. n. trahimur & ducimur ad cognitiōis sciētiæ cupiditatē: in qua excellere pulchrum ꝑutamus. Labi autē & errare: nescire: decipi: & malū & turpe ducimus. Et iterum. Itaq͂ cū simus necessariis negociis curisq͂ uacui: tūc aliqd scire: discere: & audire auemus. Atq͂ in eūdem sensum sunt uerba Quintiliani primo oratoriarum institutionum libro sic dicentis. Plures inuenies: & faciles in excogitando: & ad discēdum prōptos. Quippe id est homini naturale: ac sicut aues aduolatū equi ad cursum: ad sæuitiā feræ gignunꝛ: ita nobis propria est mētis agitatio atq͂ solertia. Vnde origo animi cælestis crediꝛ. Hebetes uero & indociles nō tam ꝑm naturā hoīs edunꝛ: q̄ ꝓdigiosa corpora & monstris insignia. Hunc naturalē scientiæ cognitionis appetitum prisci illi philosophi explere cupientes tantos labores & erūnas subire nō recusarunt: ut aīum suum uariis doctrinis excolerent. De quibus late Hieronymus ad Paulinum scribens dicit. Legimus ī ueteribus historiis quosdam lustrasse ꝓuincias: nouos adiisse populo: Maria trāsisse: ut eos: quos ex libris nouerāt: corā quoq͂ uiderent. Sic Pyctagoras mēphiticos uates: sic Plato egyptum: & archytam tarentinū: eāq͂ orā italiæ: quæ quondā magna græcia dicebatur: laboriosissime ꝑagrauit: ut qui Athenis magister erat & potens (cuiusq͂ doctrinā achademie gymnasia personabāt) fieret ꝑegrinus atq͂ discipulus: mallens aliena uerecunde discere: q̄ sua impudenter ingerere. Ad Titū Liuium lacteo eloquētiæ fonte manantē: de ultimis hispanie galliarūq͂ finibus quosdā uenisse nobiles legimus: & quos ad cōtemplationē sui roma non traxe-

rat: unius hominis fama pduxit. Apollonius: siue ille magus: ut uulgus loquitur. siue phus: ut pyctagorici tradunt: intrauit persas: pertransiuit caucasum: albanos scytas massagetas opulentissima indie regna penetrauit: & ad extremū latissimo phison amne transmisso peruenit ad bragmanas: ut hiarcam in trono sedentem aureo & de tantali fonte potantem inter paucos discipulos de natura de moribus ac de cursu dierum ac siderum audiret docentem Inde per elamitas babylonios chaldeos medos assyrios parthos sirios phoenices Arabes palestinos reuersus alexandriam: perrexit ad ethiopiā: ut gymnosophistas & famosissimā solis mēsam uideret in sabulo: Inuenit ille uir ubiq; qd disceret: & sp pficiēs sp se melior fieret. ℂ Hæc ille: In hanc eandem quoq; sententiam concurrit lactantius firmamus in principio diuinarum institutionum: cum dicit. ℂ Magno & excellēti ingenio uiri cū se se doctrinæ penitus dedidissēt: qcquid laboris poterat impendi: contemptis omnibus publicis & priuatis actionibus ad inquirendæ ueritatis studium contulerunt: existimantes multo esse præclarius: diuinarum humanarumq; rerum inuestigare: ac scire rationem: q̄ struendis opibus aut cumulādis honoribus inhærer̄. Quibus rebus: quoniā fragiles terrenęq; sunt & ad solius corporis pertinent cultum: nemo melior: nemo iustior effici potest. Erant quidem illi ueritatis cognitione dignissimi quam scire tantopere cupiuerunt: atq; ita: ut eam omnibus rebus anteponerent. ℂ Sed cum ingenium hominum a labore ad libidinem & delectabilia. quæq; ꝼm sensum procliue sit: pauci admō sunt: qui ueris scientiis: in quibus animorum perfectio: & ipsa ueritatis speculatio maxime consistit: operam nauare uelint. ℂ De quibus diuinus doctor. Thomas ille Aquinas ueritatis præceptor in aureo opere illo: quod summa contra gentiles intitulatur: sic dicit. ℂ Non nisi cum magno labore studii ad ueritatis inquisitionem perueniri potest. Quem quidem laborem pauci subire uolunt p amore scientiæ: cuius tamen mētibus hominum naturalem deus inseruit appetitum. ℂ Hæc ille. ℂ Cur itaq; tā p utile cognitionis & scientiæ desiderium homini naturaliter insit: sex principales rationes: q̄uis topicas & suasibiles Intentionis nostræ propositum in hoc opusculo est assignare & adducere. In quibus magna litterarum præconia & eximias scientiæ laudes pro modulo meo recensere constitui. Pate faciam igitur & declarabo: Quanti sit sapere: Quantumq; no-

billitatis & excellĕtie: quantum decoris atq; splendoris: quătūue perfectionis & refugii cōferant homini studia litterarū. luce clarius elucidabo. ¶ Erit ergo præclarū hoc opusculum in tot partes uel capitula principaliter distinctum: quot sunt rationes præfatam propositionem comprobantes. Postq̄ autē uatias & multiplices perfectiones quas scientia & littere multifariam complectuntur: superis fauentibus cōnumerauero: materiam. atq; Argumentum: uel potius nobile & excellens subiectum: circa qd̄ principaliter uersari est animus: cōmode atq; oportune pponā

¶ RATIO PRIMA



PRIMA igit rō. ¶ Cur mortales oēs. Natura scire desiderent. quæq; singularē litterarū. Excellĕtiam Amplitudinēq; Luce clarius demōstrat: talis ē. ¶ Omne imperfectū naturaliter dsiderat suam perfectioné. Phisicorum. scdo: Aia hois d se ē iperfecta fm potētiā itellectiuā ut patet ex. iii. de anima Quia anima pueri est tanq̄ tabula rasa: in qua nihil est depictum: Ergo anima naturaliter suam perfectionem desiderat. Sed prima eius perfectio fm potentiam intellectiuam est scientia: Ergo naturaliter homo scire desiderat. Quod autem scientia sit hominis perfectio: rationibus & auctoritatib⁹ comprobatur. ¶ Magister enī sententiarum in prima distinctione secundi dicit: & phi etiam q̄ plures hoc asserunt: Q d anima posita est in corpore: ut scientiis perficiatur. ¶ Ideo : M. Cicero in primo officiorum in proposito sic dicit. Prim⁹ honestatis locus: qui in ueri cognitione cōsistit: maxie naturam attingit humanam. ¶ Et in scdo officiorum sic etiam inqt. Quid est enim per deos immortales: optabilius sapientia? quid præstātius: quid homini melius? hanc igitur qui expetunt: phi appellātur: Cuius studium qui uituperat: haud sane intelligo: qdnā sit quod laudādū putet. ¶ Ad hoc etiam multe possunt rationes adduci quarum prima talis est. ¶ Sicut se habet sensibile ad sensum: ita intelligibile ad intellectum: Sed sensibile ē perfectio sensus: ergo ēt intelligibile est pfectio intellectus. Sed qa ois similitudo claudicat qnq; pedib⁹: ideo i hoc deficit ista. qa excellēs sēsibile corrūpit sensū: sed excellēs itelligibile: nō corrūpit itellectū imo magis pficit ipsum. qm̄ itellect⁹ pficit in maxio itelligibili. ¶ Prætea Sicut se hn̄t uirtutes mōales ad uolūtatē: ita uirtutes hit⁹ & itellectuales ad itellectū: Sed morales uirtutes pficiūt uo-

lūtatē:ergo ēt hīt⁹ itellectuales p̄ficiūt itellectū. ℂ Ampli⁹ Illđ ē hois pfectio:qđ ē ei⁹ ꝓpriū & naturale bonū. Sed scia:ē est hmōdi:ergo sciētia est hois pfectio. Maior nota est ex terminis: & mīnor ꝓbatur. Illud est naturale & ꝓpriū homis bonū:quod homini semp adhæret:quod ab ipso nunq̄ pōt auferri:quod nunq̄ homo potest amittere:quodq̧ semp hoiem comitat̄. Sed scientia ē huiusmodi. Ergo scientia est ꝓprium hois bonū. Maior nota est Minor uero multipliciter ꝓbatur. Vnde Salustius in prologo iugurthio dicit: Quot bona corporis sicuti diuitiæ pulchra facies & huiusmodi breui dillabunt̄:sed præclara animi facinora: sicut aīus imortalia sunt. Et in ꝓlogo catilinario sicut dicit. Diuitiarū & forme gloria fluxa atq̧ fragilis est. Virtus clara æternaq̧ habetur. Hæc aūt ꝓbatione non indigent. Quia negare ea:quæ patent ad sensum:est imbecillitatis intellectus:ut phūs quoq̧ affirmat. Patet.n.sensu. Quot forma siue pulchritudo parum durat Morbo.n.uel ætate deflorescit:ut alibi Salustius affirmat. Vnde Ouidius de arte. ℂ Forma bonū fragile: quātūcunq̧ accedit ad annos:fit minor. Et spacio carpit̄ ipsa suo.

ℂ Nec semper uiolæ:nec semper lilia florent
ℂ Et cadit amissa spina relicta rosa
ℂ Et tibi iam uenient cani formose capilli
ℂ Iam uenient ruge:quæ tibi corpus arent.
ℂ Et Virgilius in buccolicis sic dicit.
ℂ O formose puer nimium ne crede colori
ℂ Alba ligustra cadunt: Vacinia nigra leguntur.

De diuitiis palā ē:q͞a pricipes eas a nobis extorq̄re possunt. Naufragio ēt & multis aliis modis p̄dunt̄. Fures etiā p̄nt furari:& latrones auferre. Eas ēt quocūq̧ prexerrimus:nō semp nobiscum asportare possumus. Ideo pp̄ hi diuitiæ nō p̄nt appellari bona hominis ꝓpria. Vn̄ Ambro. Nō sunt hois bona:q̄ secū afferre non pōt. Sūt ergo diuitiæ bona fortunæ. Scia aūt nō est sic:q͞a nullus ipam auferre pōt:q̄ ueluti fidissima comes.comitat̄ hoiem quocūq̧ ierit. Vn̄ Boeti⁹ in prio philosophice cōsolatiōis sic dicit.

ℂ Has saltem nullus potuit peruincere terror
ℂ Ne nostrum comites prosequerentur iter

Quā bene etiā & q̄ recte. M. Cice. in orone pro. A. Licinio Archia in ꝓposito loquitur dicēs. Ceteræ res neq̧ tēpoꝝ sunt: neq̧ ætatū oium:neq̧ locoꝝ: Sed lraꝝ studia adolescentiā agūt: senectutē oblectāt:secūdas res ornāt:aduersis ꝓfugiū ac solatiū præ

bent:delectāt domi:nō ipediūt foris:pnoctant nobiſcū:pegrinā tur:rusticanť. Quod ſi ipi hæc neq; attigere:neq; ſenſu noſtro guſtare poſſemus:tamē ea mirari deberemus:ēt cū in aliis uide remus. ℭHæc ille patet igiť. Quod litteř nūq̄ nos ꝺrelinquūt: ſed ſemp noſtrū comitanť iter. Ponūt exēplum. V. Maximus & Tullius cicero paradoxo prio de Biante illo philoſopho:qui fuit unus e ſeptem ſapientibus græciæ:cuius cum patriā cæpiſſet hoſtis:& multi ita fugerent:ut etiā multa de ſuis rebus aſportarent. admonitus a quodam:ut & ipſe idem faceret. Ego uero inquit idem facio. Nam omnia Bōa mea mecum porto. Ille hæc ludubria fortune:ne ſua quidem appellauit:quæ nos miſeri appelamus bona. Non ergo ſunt bona ꝓpria hoīs diuitie:ſed littere Diuitie eni:& ſi nōnūq̄ nos ſupſtites & uiuētes minime derelinquunt:in morte ſaltem ſunt relinquēde:qm̄ iuxta ſententiā apl'i Nihil intullimus in hūc mūdum:nec dubium eſt:quia nihil au feremus. Et oratius in hodis hoc idē aſſerit dicens. Linquenda tellus:& domus & placens uxor. Littere uero nec in ipſa morte hominem derelinquunt. Vnde ouidius de Arte

Iam molire animum qui durat:& aſtrue formam.
Solus ad extremos permanet ille rogos.

Species eni intelligibiles:ut in ſumma ꝯtra gētiles diuus quoq; thomas aſſerit:indebiliter recipiūtur in intellectu poſſibili. Vn̄ Scotus in. iiii. S. diſt. xlv. q. pria. in ꝓpoſito dicit Q d ualde indignū eſſet tantū laborare circa ſciam & uirtutes:ſi deſinerēt eē in morte:& Valde irrationale eſt:q; maneāt:qn eoꝝ act⁹ poſſint haberi. ℭHæc ille. Magiſter uero ſententiaꝝ dicit i. iii. di. xxxi. Q d̄ ſcia' ꝭm actū & modū ſuū:q nūc eſt:nō ꝭm ſui eſſentiā tolletur Ipſa eni uirtus ſciæ remanebit:ſed aliū tenebit uſum & modū. ℭHæc ille. Ecce uides qualiter hit⁹ ſciæ poſt mortē' remanebit. Eſt igiť Scia Bonū hoīs ꝓpriū. Sed qa p̄dicta uerbā magiſtri diſficultate nō carēt:ideo ipſa ex intentōe theologoꝝ:q recta ſenſerunt:& p̄cipue ex itentione thome illius aqnatis ſup. iii. S. diſtinctione. xxx. q̄ſtiōe. ii. articulo q̄rto elucidare ꝯſtitui. ℭDiciť ergo ꝭm p̄fatū doctorē Q d̄ i ſcia:quā mō hēm⁹:ē tria ꝯſideraſ:ſcilicet hitū actū & modū. Mod⁹ aūt ē:qm̄ intellect⁹ noſter cū fantaſmate itelligit. Nā in ſtatu uie ueꝝ ē:quod phs dicit in. iii. d̄ aīa Q d̄ nequāq̄ ſine fantaſmate itelligit aīa:nō ſolū quātū ad acqrēdum ſciam:ſed ēt quo ad cōſideratione coꝝ:quæ qs iā ſcit: quia fantaſmata ſe hn̄t ad itellectū:ſicut ſenſibilia ad ſenſū. ℭActus

aūt sciæ ꝓprius est: ut cognoscat cōclusiones resoluendo eas ad pria pricipia p se nota. ℂ Habitus aūt est qdā qlitas hoiem habilitans ad hūc actū. ℂ Modus aūt intelligēdi prædictus accidit humanæ anime ex duobus. Vno modo ex hoc. Quod anima humanæ est ultima. ꝭm naturæ ordinē in gradibꝰ intellectꝰ. Vn̄ se hēt intellectus eiꝰ possibilis ad oia intelligibilia: sicut se hēt materia prima ad oēs formas sensibiles: Et pp hoc nō pōt in actū exire: priusq̄ recipiat reꝝ species. Quod fit p sensum & imaginationem Alio mō qa est forma corporis. Vn̄ oportet Q đ operatio eius sit opatio totius hois. Et ideo cōmunicat sibi corpꝰ: nō sicut instrumētū: p quod opereꝛ: sed sicut repræsentās obiectū: scilicet fantasma. Et inde cōtingit: ꝙ aia nō pōt intelligeꝛ sine fantasmate ēt ea: q̄ prius nouit. ℂ In aia uero sepata a corpore remanebit natura aiæ: sed nō remanebit Vnio ad corpꝰ in actu. Et ideo ea cōsiderata in natura sua tm̄ nō indigebit fantasmatibus: quantū ad ɔsideratione eoꝝ: q̄ ṗus sciuit. Sed solū quātū ad ɔsideratōem eo & de nouo dēt scire. Et iō ea: q̄ priꝰ sciuit poterit cōsideraꝛ: n̄ q dē utēdo fātasmate: sed ex hitu sciæ priꝰ hito. Ea uero q̄ an̄ nesciuit n̄ posit sciꝛ: nisi q̄tenꝰ ex iis: q̄ scit: elici pn̄t uel iquātū aliæ spēs ei diuinitus infūdūꝛ. Diceꝛ eni qđ ꝭm id qđ hēt mō aia ī nā sua n̄ possit intelligere sine corpore aliquo mō est ualde familiare illis qui ponūt aiam cū corpore deficere: qa ut dꝛ & primo de aia: Si nulla operationū quas habet aia posset esse sine corpore: nec ipsa sine corpore esse posset: cū opatio naturalis consequaꝛ naturā ℂ In actu aūt sciæ duo cōsideranꝛ: scilicet motus inqsitionis & rationis discurrentis: & terminus: scilicet certitudo: q̄ habeꝛ đ cōclusionibus: ꝭm ꝙ iā sunt reducte in pria principia. Motus aūt ille impfectionis est quātum ad necessitatē discurrendi: ut certitudo causeꝛ. Et ideo in beatis nō remanebit actus sciæ quātum ad necessitatē discursus: sed quātum ad certitudinē tm̄. Et ideo uideꝛ dicendū ꝭm ꝙ Quidā dicūt: ꝙ in p̄ria quātū ad aias sepatas erit alius modꝰ iītelligendi: qa sine fantasmate cōsiderabunt: sed post resurrectionē poterit esse uterq; modus: inquātū aia nō subiacebit corpori: sed ex toto ei dominabiꝛ Actus aūt scie aqsite mutabiꝛ: qa remanebit quātū ad terminum: sed nō quātum ad discursum in sanctis. In dānatis aūt nō est remotū: qn ēt collationis necessitas remaneat. Et ideo remanet: habitus scie q̄tum ad substātiam Dicere autē ꝙ hitus remāeat & actus nullo mō: uidetur absurdum. qa habitꝰ nihil est aliud: q̄ habilitas ad actum. ℂ Hæc ꝓ declaratione uerboꝝ magistri: q̄ supius annotauimꝰ ex intentio

ne sancti doctoris dicta sunt. ℭ Sed qa teste pħo.ii.celi & mundi Opposita iuxta se posita magis elucescunt: ut uerita sdictorũ magis elucescat: huic certissime conclusioni nostræ cõtrariã opinionem recitabo. Dicunt enim aliq̃ Quod scia: quã modo habem⁹: p mortẽ totaliter tollet: & q̧ habitus sciæ hic acquisite nullomõ remanebit in aia separata. Et hanc friuolam & absurdam positionem suam rõnibus & auctoritatibus cõprobare conant. ℭ Prio per id qd apostolus dicit prime ad Cor. xiii. Sciẽtia destruet. Sed accidẽs: qd destruit: totaliter tollit: ergo scia: quã modo hẽmus p mortem totaliter tollet. ℭ Præterea fides est magis spiritualis: q̃ scia. Sed fides tollet: ergo & scia. ℭ Item. consideratio sciæ est de delectabilibus maxime: Si ergo scia hic acquisita remanet: aliqs magnus Magister plus habebit d gaudio: q̃ aliqua uetula: quæ erit maioris charitatis. Quod uidet absurdum. Videmus enim Quod quidã minus boni in hoc mundo scia pollẽt: aliis magis bonis scia carentibus. Si ergo habitus scientiæ remaneret etiam post mortem in anima sequeretur. Q d aliqui minus boni etiam in futuro statu essent potiores aliquibus magis bonis Q d ur iñcõueniẽs. ℭ Ampli⁹ Aiæ sepatæ hẽbũt sciam p influẽtiã diuini lũinis: ergo illi: q sunt in pr̃ia: cognoscũt oia: quoꝝ sciam hic habuerũt: & multo plura & meli⁹: qa uidẽt & cognoscũt in uerbo. Si ergo scia h acqsita in aia sepata remãeat: sequeret q̧ due erũt forme uni⁹ speciei in eodẽ subiecto: qd est ipossibile. Et ẽt cũ scia nõ sit nisi ad cognoscẽdũ: sequeret: q̧ frustra in eis pteritã scia remaneret. ℭ Item hitus ordinat ad actũ. Ergo ubi act⁹ nõ remanet: neq; hitus remanere põt: qa frustra remaneret. Sed actus scie: q modo est: nõ remanebit in pr̃ia. quia ɔsideratio sciarũ est in intelligẽdo cũ fantasmate: nõ solũ in accipiendo sciam sed ẽt in cõsiderãdo ea: q̃ aliqs iã didicit. Vñ læso organo imaginatiõis ipedit opatio intellectus ẽt in aliis: q̃ prius sciebat. Ergo nec scia remanebit. ℭ Vlteri⁹. Scia: quã nũc hẽmus cõsideratio est collatiua. Sed iste modus cõferendi nõ erit i pr̃ia: qa tunc sequeret Quod esset ibi studiũ & disputatio Quod est absurdũ. Ergo scia hic aqsita nõ remanebit i pr̃ia. ℭ Ampli⁹. dicit pħus in pdicamẽtis. Q d hitus est q̃litas de difficili mobilis a subiecto: Sed ab egritudine uel ab aliquo huiusmodi qñq; corrũpit scia: Sed nulla est ita fortis imutatio in hac uita q̃ ea q̃ ẽ p mortẽ. Ergo uidet Q d hitus sciæ p mortẽ corrũpitur. ℭ Sed contra est Quod diuinus ille orator: & doctor eloquẽtissimus Beat⁹ Hieronim⁹ in epistola ad paulinũ dicit. Discamus in terris: quorum

ſcientia nobis pſeueret in cælo. Ergo ſciētia poſt mortem remanebit. ℂ Præterea conſtat ꝙ illi q ſunt in inferno aliqd cognoſcunt de iis: q̄ prius cognouerūt: ſicut patet de diuite epulone: q ſuoꝶ memoriā habebat. Luce. xv. & etiā dictū fuit ſibi recordarē qa recepiſti bona in uita tua: & Lazarus ſimiliter mala. Sed conſtat ꝙ in inferno poſitus nō addeť alia cognitio: q̄ hic habuerūt: ergo prior ſcientia in eis remanebit. ℂ Amplius dictū eſt ſupra ex auctoritate Magiſtri ſententiaꝶ & philoſophoꝶ. Quot aīa poſita eſt in corpore ut ſciētiis perficiať: ſed fruſtra poneretť ad h̄ niſi poſt corpus ei ſcia remaneret. Ergo ſcientia remanebit. ℂ Cæteꝶ ſcia eſt bonū animi ut patet. Si ergo p̱ mortē deſtrueretur ſcientia: iam cōnumerareť inter bona extriſeca & tēporalia: & inter bona corporis & fortunæ. quod uideť abſurdum. ℂ Ad hæc ſ̄m Saluſtiū ex auctoritate ſupius inducta. Bona extrinſeca uidelicet corporis & fortunæ finem habent: & breui dillabunť: ſed præclara animi facinora ſicut aīus: īmortalia ſunt. Sicut enim aīa eſt īmortalis: ita ſcia quæ eſt in ipſa nunq̄ delebiť. Et ſic ſcia poſt mortem remanebit: neq; cum corpore deſtrueť: Vn̄ Plynius ad caniniū ruffum. Effinge aliqd, & excude: quod ſit ꝑpetuo tuū. Nam reliqua reꝶ tuaꝶ poſt te aliū atq; aliū dominū ſortienť: hoc nunq̄ tuū deſinet eſſe: ſi ſemel eſſe cæperit. Et Apuleius de deo ſocratis ſic inquit. Si laudas aliquem: quia generoſus ē: parētes eius & ꝓgenitores laudas. Si laudas aliquem: qa diues eſt: h̄ fortunæ debeť. Si laudas aliquē: qa ualidus: egritudine & morbo fatigabiť. Si laudas aliquem: qa uelox: in ſenectute abiet. Si laudas aliquē: qa formoſus eſt: expecta modicum & nō erit. Sed ſi laudas eū: qa bonis moribus & artibus doct⁹ ē: & uade eruditus: & quātū licet hoī ſapiens: tūc ipm̄ uiꝶ laudas: qa nec a patre hereditariū: nec caſu pēdulum: nec ætate mutabile: nec cū corpore caducū. ℂ Hæc ille. In hāc ſniam cōcurrit Seneca in epiſtolis ſuis: cū dicit Lauda hoīem i eo: qd̄ nec dari: nec ab eo unq̄ eripi pōt. & qd̄ eſt ꝓpriū hoīs: inquātū homo eſt. Sed h̄ nec eſt domus: nec ueſtis pulchra: nec familia formoſa: nō es cōflatile: nō gēme: nō margarite: nō īnumerabilia ꝑdioꝶ iugera: nec īgentes diuitiæ uel opes: ſed aīus bene inſtitutus: & ratio ꝑfecta. ℂ Hæc ille. Nō ergo ſcia cū corpe deſtruiť: ſed poſt mortem indelibiliter in aīe remanebit. R n̄deo dicēdū q̄uis hæc q̄ſtio ſatis ſupq; ſupius elucidata & enucleata ſit. pro maiori tn̄ declaratione dicēdū eſt: etiā ſ̄m thomā in prima parte. q. xcii⁰. Quot

Quidam posuerunt habitũ sciæ non esse in ipso intellectu: sed i uiribus sensitiuis.s. imaginatiua cogitatiua & memoratiua: & q̄ spẽs intelligibiles non conseruanť in intellectu possibili. Et si hæc opio uera esset: sequereť Quot destructo corpore habitus scientiæ hic acquisitæ totaliter destrueret. Sed qa scia est in intellectu: qui est locus spẽrum: ut dicitur in tertio de anima: oportet Quot habitus sciẽtiæ hic acqsitæ: partim sit in ipsis uiribus sensitiuis: & partim in ipso intellectu. Et hoc pōt considerari ex ipsis actibus: ex qbus habitus sciæ acqriť. Nam habitus sunt similes actibus ex qbus acqrunť: ut dr̄ in scdo ethoꝝ. Actus aũt intellectus ex qbus in p̄senti uita scia acqriť: sunt p cõuersionẽ intellectus ad fantasmata: q̄ sunt in p̄dictis uiribus sensitiuis. Vñ p tales actus & ipsi itellectui acqriť facultas q̄dam ad cõsiderandũ p spẽs susceptas: & in p̄dictis inferioribus uiribus acqriť quædam habilitas: ut facilius p cõuersionem ad ipsas itellectus possit intelligibilia speculari. Sed sicut actus itellectus principaliter qdẽ & formaliter est in ipso itellectu: Materialiter uero & dispositiue in iferioribus uiribus: Idem etiam dicẽdũ est de habitu Quãtũ ergo ad id: qd̄ aliqs p̄ntis sciæ habet in iferiorib⁹ uiribus: nõ remanebit in aia separata: Sed quãtũ ad id: qd̄ habet in ipso itellectu: necesse est ut remaneat: qa ut dr̄ in libro de longitudĩe uitæ. Aliq̄ forma dupliciter corrũpiť. Vno modo p se. s. cũ corrumpiť a suo cõtrario: ut calidũ a frigido. Alio mō p accidẽs.s.p corruptionẽ subiecti. Manifestũ ẽ aũt: q̄ p corruptionẽ subiecti Scia q̄ est in itellectu humano: corrũpi nõ pōt: cũ itellectus sit icorruptibilis: sicuti ifra demõstrabimus. Similiter etiã nec p cõtrariũ corrumpi pñt spẽs itelligibiles: q̄ sunt in itellectu possibili: qa itentiõi intelligibili nihil est cõtrariũ: & p̄cipue quãtũ ad simplicẽ itelligentiam: qua itelligiť qd̄ qd est: sed quãtũ ad opationẽ: qua itellect⁹ cõponit uel diuidit: uel etiã rõcinať. sic iuenitur cõtrarietas in itellectu: s̄m qd̄ falsum in ꝓpositione uel argumẽtatõe est cõtrariũ uero. Et hoc mō iterdũ scia corrũpiť p cõtrarium: dum scilicet aliqs p falsam argumẽtationẽ abduciť a scia ueritatis. Et iõ p̄hs in libro p̄dicto ꝓponit duos modos: qbus p se scia corrumpitur. s. obliuionẽ ex parte memoratiuæ: & deceptionẽ ex parte argumẽtatõis falsæ. Sed hoc nõ habet locũ in aia separata. Vñ dicẽdũ est q̄ hītus sciæ: s̄m q̄ est in itellectu: manet in aia separata: nec p morte destruiť. Nec argumẽta in oppositum facta obstant.

¶ Ad primũ ergo dicẽdũ Quod destrueť scia quãtũ ad modũ:

& quãtum ad actũ mutabitur: sed quãtum ad habitum remane-
bit: ut patet ex auctoritate magistri sniarꝝ supius inducta: & ex
lis: quæ supius ãnotata sunt. Vñ ad pbationẽ hui⁹ iducit aposto
lus: nũc cognosci ex parte. ℭ Ad ẽm dicif quod modus impfe
ctionis est essentialis fidei: & de rõne eius: sed mod⁹ cognoscẽdi
p fantasmata nõ est de rõne sciæ: sed accidit ei ex cõditiõe subie-
cti. ℭ Ad tertiũ dicẽdũ qđ sicut ẽm staturam corpis aliqs min⁹
bonus erit maior aliquo magis bono: ita nihil phibet aliquẽ mi-
nus bonũ habere aliquẽ habitum sciæ in futuro: quẽ non habet
aliqs magis bonus. Sed tñ hoc nihil est in compatione ad alias p
rogatiuas: quas meliores habebũt. Et ideo nõ est icõueniẽs Q đ
ille q habet minorẽ charitatẽ: habeat plus de gaudio quãtũ ad ali
quẽ actum: cũ tñ habeat minus gaudiũ de deo: qđ est pmiũ essen
tiale. ℭ A d qrtũ dicẽdum qđ utraq sciã nõ est uni⁹ rõnis. Ideo
nullũ incõueniẽs seqtur. Cognoscere etiã aliqd plurib⁹ modis:
nõ est frustra: sicut etiã xpus habuit sciẽtiam naturaliũ reꝝ: quæ
in uerbo cognoscebat. ℭ Ad qntum dr. Q uod ille modus co-
gnoscẽdi accidit sciæ ex statu eius in quo est. Nõ: n. fantasma est
obiectũ ppinquũ & pprium intellectus: cum sit itelligibile in po
tentia nõ in actu: sed spẽs intellecta est p se obiectũ eius. ℭ Ad
sextũ dicẽdũ ꝙ nõ erit ibi necessario actus sciæ quãtũ ad discur-
sum: sed quãtum ad terminũ certitudis. Et pterea nõ oportet ibi
esse studiũ uel disputatio quãtum ad bonos: qa oĩum illoꝝ: q cõ
siderare uellent: in uerbo cognitionẽ poterũt accipe: uel p illu-
minationẽ supioꝝ habere. Dãnatis aũt nõ uacabit disputare pe
naꝝ pondere pssis. ℭ Ad septimũ & ultimũ dicẽdum Q uod rõ
illa pcedit de corruptione sciæ: quãtum ad id: quod est de necessi
tate & ex parte sensitiuaꝝ uiriũ. ℭ Et sic cessant oẽs instantiæ.
ℭ Et qũis de actu sciæ plene & cumulate superius disseruerim⁹
& elucidauerimus: exercitii tñ grã. ℭ Q uerif utꝝ actus sciẽtiæ
hic acqsitæ maneat in aĩa sepata. ℭ Et Arguebatur aduersarius
Q uod nõ. Q uia dicit phs in prĩo de aĩa Q uod corrupto corpo
re. aĩa neq reminiscif: neq amat. Sed cõsiderare ea: quæ pri⁹ no
uit: est reminisci. Ergo aĩa sepata nõ põt habere actũ sciæ: quam
hic acqsiuit. ℭ Præterea spẽs itelligibiles nõ erunt potẽtiores in
aĩa sepata: q̃ in aĩa corpori unita. Sed p spẽs intelligibiles nõ pos
sumus modo itelligere: nisi conuertẽdo nos sup fantasmata: si-
cuti supra ostensum est. Ergo nec anima separata hoc poterit:
& ita nullo modo per species intelligibiles hic acquisitas anima

separata intelligere poterit. ¶ Ad hæc scdm phm in ethicis. Habitus similes actus reddũt actibus: per quos acqruntur: Sed habitus sciæ hic acqritur per actus intellectus conuertẽtis se supra fantasmata: Ergo non potest habitus alios actus reddere. Sed tales actus nõ competũt aiæ sepatæ. Ergo anima separata non habebit aliquẽ actum scientiæ hic acqsite. ¶ Ad hanc qstionẽ. Respondet̃ ẽm pfatũ thomã ubi supra Quod in actu est duo cõsiderare. s. spẽm actus: & modum ipsius. Et spẽs qdem actus consideratur ex obiecto: in quod actus cognoscitiuæ uirtutis dirigit̃ per spẽm: quæ obiecti similitudo est. Sed modus actus pensat̃ ex uirtute agentis: sicut Quot aliqs uideat lapidem: cõtingit ex specie lapidis: q̃ est in oculo. Sed q acute uideat: contingit ex uirtute uisiua oculi. Cũ igitur spẽs intelligibiles remaneant in anima sepata: sicut dictũ ẽ: status aũt aiæ separatæ nõ sit idem: sicut modo est: seqtur q ẽm spẽs intelligibiles hic acqsitas anima sepata intelligere possit: quæ prius intellexit: non tñ eodem modo. s. p conuersionẽ ad fantasmata: sed per modum cõueniẽtem aiæ separatæ. Et ita manet qdem in anima separata actus scientiæ hic acqsitæ: sed nõ ẽm eundẽ modũ. Nec obstat: qa dictũ ẽ supra: q actus mutabit̃: quia mutabit̃ solũ quãtũ ad discursũ: sed nõ quãtũ ad terminũ: sicut plene supius elucidauimꝰ. ¶ Ad primũ ergo dicẽdũ qd memoria equocũ ẽ: & duobꝰ modis accipit̃. Vno mõ put est potẽtia aiæ: put dicemꝰ q tres sũt potẽtiæ ĩ aĩa realit̃ distictæ. s. memoria itelligẽtia & uolũtas. Et hoc mõ memoria ẽ qdã pprietas & uis aiæ: q̃ impssa retinet: sicut dicit phs in tertio d aĩa q aĩa est locus specierꝝ. Ista ergo uirtus retinẽdi dr̃ memoria q̃ abstrahit a qualibet differentia temporis: quia est psentium pteritorum & futuroꝝ: ut dicit magister sen. in pri. di. iii. & Aug. in qrto lib. de trinitate. Alio mõ accipit̃ memoria pro potẽtia sẽsitiue ptis: q̃ habet organũ in postrema pte capitis: & est thesaurus itentionũ sensibiliũ cũ sensu: nõ a sensu acceptarum ut Auicenna dicit. Phs ergo loquitur de reminiscentia ẽm q memoria pertinet ad partem sensitiuã: nõ aũt ẽm q memoria est quodãmodo in intellectu: & est potẽtia aiæ disticta: eo mõ: quo dictũ ẽ. ¶ Ad ẽm dicẽdũ q diuersus modus ĩtelligẽdi nõ puenit ex diuersitate spẽrũ: sed ex diuerso statu aiæ ĩtelligẽtis. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q actus: p quos acqrũt̃ hitꝰ: sũt siles actibꝰ: quos hitꝰ cãnt: qtũ ad spẽm actus: ñ aũt qtũ ad modũ agẽdi. Nã opari iusta: sed ñ iuste. i. dlectabiliter: cãt habitũ iustitiæ politicæ: p quẽ delecta-

erit pro nunc hanc unicã adducere rõnem, quæ talis est:

Illud est propria operatio hominis: inq̃tum homo: per quod differt a cæteris animantibus. Sed per intelligere differt homo a cæteris animantibus. ergo intelligere est propria hominis operatio. Maior & minor note sunt: sed pro corroboratione minoris extat auctoritas. A. Gelii dicentis. Humanitas est eruditio & institutio: quam in bonas artes dicimus. Hanc qui appetunt sinceriterq; cupiũt: ii humanissimi appellandi sunt. Huiusce enim rei dignitas & noĩs amplitudo præcæteris animãtibus soli homini data est: ideoq; & humãitas appellata. Hæc ille. Patet ergo q̃d p scire & intelligere differt homo a brutis. Ex quo cõsequẽter infertur. Quot iter pecus: & hoiem ignauũ uirtuteq; carentẽ: qui aium suum bonis moribus & litteris erudire: polire atq; excolere negligit: paꝝ aut nihil interest. Vñ recte p spũs sancti citharedũ dicitur. Homo cũ in honore esset: nõ intellexit: idest itelligere neglexit: cõparatus est iumẽtis isipientibus: & similis factus est illis. Et alibi etiam p eũdem diuinũ Vatem dr. Nolite fieri sicut equus & mulus: q̃bus nõ est intellectus. Vbi dicit Ambrosius. Cur intellectũ tibi adimis: quẽ tibi creator attribuit? Cur te iumentis cõparas: a quibus uoluit te deus segregari dicens. Nolite fieri sicut equ⁹ & mulus: q̃bus nõ est intellectus? Quid interest inquit Cicero in tertio officioꝝ. Vtrũ ex homine q̃s se cõuertat in bæluã? an sub hominis figura imanitatem gerat bæluæ? Quã etiã sententiã in libro de consolatiõe. Boetius usurpauit dicens. Quid interest bæluam esse: an sub hominis figura animum bæluæ gerere. Quasi dicat Paꝝ aut nihil interest. Animũ enim bæluæ gerere comprobaẽ. qui ingeniũ suũ uirtutibus: scientificisq; & intellectualibus habitibus non instituit. Vnde Quĩtilianus primo libro oratorie institutionis sic dicit. Hebetes & indociles non tam ƒm naturam hominis eduntur: q̃ prodigiosa corpora: & mõstris insignia. Quicũq; ergo a bæluis secerni cupit: aium suũ pulchris moribus & litteris instituat: sicuti Salustius in catilinario recte nos admonet dicens. Omnes homies: q̃ sese præstare student cæteris animalibus: summa ope niti decet: ne uitam silentio transeant: ueluti pecora: quæ natura prona: atq; uentri obedientia finxit. Sed nostra omnis uis in corpore atq; animo sita est. Animi imperio: corporis seruitio magis utemur. Alterum nobis cũ diis: alterum cum bæluis cõe est. Sed quia dicitur prouer. primo. Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt: quoniam sciẽ

tia nullum habet inimicum præter ingorantem: Ideo multi litteras ludibrio & derisui habentes. Oratianum illud sæpe numero eructāt. ¶ O ciues ciues quærenda pecunia primū ē: uirtus post nūmos. ¶ Nonnulli uero cōsiderātes: quia salustianū illud nūc temporis q̄ maxime uerificat. Virtus hebescere: paupertas pro ꝓbro haberi cæpit: & illud quoq; iuuenalis. ¶ Nil habet infœlix paupertas durius in se. Quā ꝗ ridiculos homies facit. in illud dictum sæpe numero prorūpunt. Malo guttam fortunæ: q̄ uas sapientiæ. Verꝫ est inquā. Quot litterati paupes in obscuro uitam agunt: diuites uero docti & litterati fœlices sunt: sed diuitibus illiteratis nihil deterius. Vnde Cicero in lælio sic dicit. Homine fortunato & insipiente nihil intollerabilius. ¶ Ferunt quoq; solonem illum atheniensem sciscitatum a quodam. Quid esset diues sine litteris: Respondit Diues sine litteris. Ouis aureo uellere Et cū diogenes uideret quēdā diuitem: sed litterarꝫ ignarum sedentem sup lapidē dixit. Lapis sup lapidē sedet. ¶ Sic ergo patet Quot per scire & intelligere differt homo a Brutis: quia est propria operatio hominis inquantum homo: Et ob hoc concludimus. Quot nihil est tam naturale homini q̄ scire: nihil uero tā contra naturam hominis: q̄ ignorare. Natura ergo omnes homines scire desiderant.

¶RATIO TERTIA

TERTIA ratio pricipalis talis est. ¶ Vnūquodq; naturaliter desiderat coniungi suo principio. Sed per scire homo coiūgitur deo: & substantiis separatis. Ergo naturali quodam appetitu omnis homo scire desiderat. Maior nota: qa ortus cuncta suos repetunt. Dicit enim doctor san. i multis locis. Quot oportet in creaturꝭ circulationē quādā iueniri: ut tāq̄ a bono egrediētes i bonū tēdāt. Et Boeti9 de phica cōsolatōe lib. iiii. sic dicit. Repetūt ꝓprios q̄q; recursus. Redituq; suo singula gaudēt. Nec ulli manet stabilis ordo. Nisi fini iūxerit ortū. Minor ꝓbat p phm i. x. ethi. dicētē. Quot hō p scire & itelligere cōiūgit substātiis sepatꝭ. Et ibidē dic. Quot de9 ualde curat de iis q diligūt itellectū: tāq̄ d̄ suis aīcis Hoc ēt Ci. i. li offi. expsse loqr: cū dicit. Illa āt sapia: quā pricipē dixi: rerꝫ ē diuitiarꝫ & hūanarꝫ scia: i q̄ cōtinet deorꝫ & hoium cōitas: & societas iter ipos. Et i lib. de natura deorꝫ sit iterꝫ iqt. Nihil ē: qd̄ p magis diis imortalib9 assimilemur: q̄ p ipm scire. Hoc ēt in odis isinuat Oratius cū de deo optimo maximoq; loquēs dicit. Vn̄ nil mai9

generaṫ ipso nec uiget quicquam simile aut secũdũ: ꝓximos illi tñ occupauit. Pallas honores. Quid ẽ ꝙ post deũ primos honores pallas occupat: nisi ꝙ uiri doctrina & litteris pſtantes: ita alios homines excellunt: ut prope ad diuinitatem eos accessisse arbitremur. Vnde Apuleius de deo Socratis sic dicit. Magna est sapientie dignitas: quæ socratem summo deo coniungit. Nostræ etiã christiane religionis Theologi asserũt hominem peccasse diuinã similitudinẽ appetendo: uidelicet sciam per quã hõ deo assimilaṫ. Vñ dixerat ei diabolus. Eritis sicut dii sciẽtes bonũ & malum. Quãto. n. aliqd plus participat de diuina bõitate: plus deo assimilaṫ. Sed sciẽtia ẽ nobilissima pfectio: & excellẽs dei munus ergo quicũq; aium suũ doctrina & pulchris moribus excolũt & erudiunt: deo q̃ simillimi reddunṫ. Ostendiṫ etiã intẽtũ per hoc nomen deus: quia cũ hoc nomẽ a uidendo & intelligẽdo impositũ sit: ut Damascenus phibet: qm̃ puigil dei oculus simplici ituitu & unico intelligẽda actu præterita oia pñtiaq; & futura: pñtialiter cognoscit: sicut Boeti⁹ quoq; testaṫ. cũ dicit. Quæ sunt: q̃ fuerũt: fiẽtq;: uno mentis cernit in ictu: Quem q̃a respicit oia solus: Verꝫ possis dicere solem. Sequitur ꝙ homo. Per scientiã maxime deo & substantiis separatis assimilaṫ: Imo dico ꝙ uiri litterati dii participatiue possunt appellari. Et pcipue si gratia dei fuerit illustrati. Fretis. n. non modo theologica & Aristotelica: sed etiã Cice. & Quinti. auctoritate uirꝫ malũ: & uitiorꝫ illecebris ipsi citũ nũq̃ sapiẽtẽ: qn poti⁹ ignorãtẽ appellabo: cũ ois mal⁹ ignorãs sit: pꝫo id i ethicis pibẽte. ❡ Sat igiṫ nobis ꝓbasse sit. Q ꝺ scia hoiem deo assimilat. Natura ergo oẽs homines scire desiderant.

❡ RATIO QVARTA



QVARTA rõ pricipalis talis ẽ. ❡ Ois hõ naturaliṫ desiderat id: qꝺ alios hois maxie excellit. Sed p scire cæteris hoib⁹ hõ quã maxie præstat. Ergo naturaliṫ oẽs hoies scire desiderãt. Maior patet q̃a naturaliter hõ appetit dñium & excellentiã sup alios homines. Vnde Cicero in primo officiorum. Huic ueri uidendi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus. Minor ẽt patet per philosophum in primo politicorun. Qui diciṫ ꝙ homines ratione & intellectu uigentes naturaliter sunt domini & rectores aliorum Dicit etiam idem philosophus in. vii. politicorꝫ ꝙ. Sicut &c̃. Sicut aia est pciosior corpe & oi possessione & oib⁹ aliis bõis sic bonũ aiæ pciosi⁹ ẽ oib⁹ bõis extiorib⁹. Si ergo illi dñr

excellere: qui aliis uel opibus uel potētia: aut gloria siue aliquo bonorum exterioꝝ præstare uident: quāto melius & satius: Illi homines cæteris ꝑstabunt: q litteris & doctrina alios excellūt. Vnde Cicero i prio officioꝝ de scia loqns: sic dicit. In qua excellere pulchrum putamus. Ideo recitat. Au. Gellius Quod dum Aristoteles Alexādri illius magni ꝑceptor libros de phisico auditu ꝓfiteretur: recepit epistolā ab Alexādro ī hæc uerba ꝓrumpētem. Egre fero ꝙ ea quæ a te ausi & didici in publicum ꝓfitearis. Ego enim nō tam cupio & delector opibus & potētia alios excellere: q̄tum litteris & doctrina ꝑstare. Propter quod paucos admodum uidemus: qui in litterario cōflictu aliis cedere uelint sed unusqsq;: & si nō i existētia: saltem i apparētia: alios excellere satagit. Volum⁹ enim semp aliis uideri doctiores. Vnde Martia. Diuitias & opes freq̄ns donabit amicus. Qui uelit īgenio cedere rarus erit. Vera igit excellētia est uirtutibus & doctrina ꝑstare. Vnde doctor. san. in libro: qui dicit. ſa ſe. dicit. Quod excellētia hoīs ſm uirtutem cōsiderat. Ideo recte & optime Terētius i Eunucho dicit. Homo homini q̄d ꝑstat? Stulto ītelligens: quasi dicat: nulla alia re homo homini uere ꝑstare dicitur: nisi ꝙ litterati: litteraꝝ ignaros excellunt. Et hæc est uera & ꝓpria hoīs excellētia. Quā rem Cicero in oratore suo: & Quīti. de oratoria īstitutiōe ꝑpendētes: hāc sniam ānotatu dignā ꝓtulerūt. Quare si nihil orone a diis immortalib⁹ meli⁹ accepim⁹: qd tam dignū cultu ac labore ducam⁹: aut ī quo malimus ꝑstare hoībus: q̄ quo: ipsi hoīes cæteris aīalibus præstāt? Hanc igit ueram excellentiam præ oībus aliis rebus sapiens cōcupiuit: cum sapientiæ. septio. cap. in hæc uerba prorupit. Præposui illam regnis & sedibus: & diuitias nihil eē dixi in comparatiōe illius. Hæc comparaui illi lapidem ꝑciosum: qm̄ omne aurum in comparatione illius est tanq̄ harena exigua: & tanq̄ lutum extimabit argētum in conspectu eius. ℭ Loquit enim de sapientia. Item ꝓuerbioꝝ prio. capi. sic dicit: Doctrinam magis q̄ aurū eligite. Melior est enim sapia cūctis opibus ꝑciosissimis: & omne desiderabile huic nō ualet comparari: Vnde Oratius:

ℭ Vilius argentum est auro: uirtutibus aurum:

Quam ob rem Cicero in ſo officioꝝ sic dicit. Optima hæreditas a parentibus liberis tradit: & omni patrimonio præstantior dignitas uirtutis. ℭ Cum ergo bona animi de qbus est sciētia. maxime excellāt bona corporis & fortunæ: & litteræ ꝑciosiores sint cunctis opibus & potentia. Illi uere excellere dicuntur: qui inge-

nium suum bonis artibus & disciplinis excolere minime paruipē dūt:sicuti ēt supius uerba Salustii id luce clarius exprimentia re citauimus:cū dicit oēs hoīes q̄ sese p̄stare studēt cæteris animantibus:summa ope niti decet:ne uitam silētio trāseāt ueluti peco/ra:quæ natura p̄na atq; uentri obediētia finxit &c̄. Patet exēplū quod ponit diuus Hierony. de Platone:qui cū a pyrrhatis capt⁹ fuisset & uenundatus: tyráno crudelissimo paruit:at tñ q̄a p̄hs: maior emēte se fuit. Licet. n. Diony. Præstaret dominio & opib⁹ atq; potentia:tñ Plato q̄a doctus erat & p̄hus:maior dignior atq; excellentior Diony. fuit. cui Plato in ſuū fuerat uenundatus.

℄ Cum igit̄ naturaliter oīs homo excellere cupiat: & maius sit scia atq; doctrīa p̄stareq̄ potentia uel opibus aut quouis alio ex/teriori bono excellere. Natura oēs hoīes scire desiderāt. Sed ad/uerte o lector cādidissime:φ he rōnes:quas adduco: demonstra/tiones nō sunt:sed sunt topice p̄babilesq; & suasibiles:quæ pro/prie p̄conibus uerbi dei cōuenirent.

℄ RATIO QVINTA.

VINTA rō principalis talis est. ℄ Oīs hō natu/raliter bonū appetit & desiderat: & quāto maius ē bonū:tāto magis desiderabile & appetibile ē. Sed scia maxīe hēt rōnē boni:ergo naturali appetitu oēs hoīes scire desiderāt. ℄ Maior patet p p̄hm in p̄io ethicoꝝ dicētē. Oīs ars & disciplīa nec nō & oīs electio bonū q̄ddā appetere uident̄. Vnde bene diffinierunt dicentes Bonū ē:qđ oīa appetūt. Et Diony. li. iiii. de di. no. sic iq̄t. Existentia pul chrum & bonum desiderant:& oīa quæcūq; faciūt pp hoc:quod uidetur eis bonū:faciūt:& omniū existētiū intētio principium & finem habet bonū. Hæc ille. Vnde ex iis uerbis cōmuniter elici/tur talis:maxima a doctoribus. Bonū & pulchrum ab oibus desi derat̄. ℄ Præterea oē:qđ agit:agit pp finem: ut patet per p̄hm in ſo metaphisice. Sed omne. quod agit pp aliquid:appetit illud: ergo oia appetunt finem. Sed bonum & finis coincidunt:q̄a oē bonum habet rōnem finis:ergo oīa bonū appetūt. Vnde Tho. ille Aquinas peripatetice disciplīne præcipu⁹ cultor & uerissimus interpræs in q̄rto sen. di. xlix. sic dicit. In omni ordine mobilium & motoꝝ:opportet secūdos motores ordinari in finē primi mo/toris:p dispositionē ipræssam in eis a primo motore:sicut patet: cū aīa mouet manū:& manus baculū:& Baculus pcutit:quod ē finis itentus ab aīa. Baculus & manus tendūt in finē:ab aīa iten/

tum:p hoc q aĩa in eis iprimit mediate uel imediate. Sed hoc di-stat in motibus naturalibus & uiolentis: q in motibus uiolentis: impræssio relicta a primo motore in secũdis motoribus est pter naturã eorũ. Et ideo opatio cõseques ex tali impssione: est eis diffi cilis & laboriosa. Sed in motibus naturalib9 impssio relicta a pri-mo motore: i secũdis motorib9: ẽ eis q̃si naturalis. Et ideo opatio hanc impssionẽ cõseqns: ẽ cõueniẽs & suauis. Ideo dicit sapiẽtiæ. viii. Quod deus oĩa suauiter disponit: qa unaquæq res ex natu-ra sibi diuinitus indita tẽdit in id: ad quod p diuinã puidentiam ordinatur: fm exigentiã impssionis receptæ. Et qa oĩa pcedunt a deo: inquãtum bonus est: ut dicit Augu. Ideo oĩa creata fm im pressionẽ a creatore acceptã inclinant in bonum appetendũ fm suũ modũ: ut sic i rebus q̃dam circulatio inueniat: dum a bono egredientia in bonũ tendũt. ¶ Hæc ille. In q̃stionib9 uero dispu tatis de ueritate: idem ueritatis pceptor sic dicit. Oĩa naturalia in ea: quæ eis cõueniũt: sunt inclinata hñtia in seipsis aliqd inclina-tionis principiũ rõne cuius eorũ inclinatio naturalis ẽ: ita ut quo dãmõ ipsa uadãt: & nõ solũ ducãt i fines debitos. Violẽta. n. tan-tũmõ ducũt: qa nihil cõferũt mouẽti: sed naturalia uadũt i finẽ inquãtum cohoperant inclinãti dirigẽti p pricipiũ eis iditũ. Q d' ãt dirigit uel iclinat i aliqd ab aliquo: in id inclinat: qd est itentũ ab eo: q inclinat: uel dirigit: sicut in idẽ signũ sagitta dirigit: quo sagittator itendit. Vñ cũ oĩa naturalia naturali q̃dã inclinatiõe sint inclinata in fines suos a prio motore. q est deus: oportet q il-lud: in quod unũquodq naturaliter inclinat: sit idẽ: qd est uolitũ uel intentũ a deo. Deus aũt cũ nõ hẽat aliũ sue uolũtatis finem: nisi seipm: & ipse sit ipa essentia bonitatis: oportet q oĩa alia sint inclinata naturalit in bonũ. Appetere ãt nihil aliud est: q̃ aliquid petere: q̃si tẽdere in aliqd ad ipm ordiatũ. Vñ cũ oĩa sint ordiata & directa in bonũ a deo: & hoc mõ: q unicuiq insit pricipiũ: per qd ipm tẽdit i bonũ: q̃si petẽs ipm bonũ: oportet dicere. Q d' oĩa naturaliter bonũ appetũt. Si. n. essent oĩa iclinata in bonũ sine hoc q hẽrent in se aliquod principiũ inclinatiõis: possent dici di-recta in bonũ: sed nõ appetẽtia bonũ: sed rõne inditi principii di cunt oĩa appetere bonũ: qa unũquodq ex suo motu tendit in id ad quod est diuinitus ordinatum. ¶ Hæc ille ubi supra. q. xxii. Sed notandum est secundum eundem doctorem super prio ethi corum in expositione illius propositionis bonum est: quod om-nia appetunt. Quod non est instantia de quibusdam: qui ap-

petunt malum:q̄a nō appetunt illud sub rōne mali:sed sub rōne boni. Nemo enim respiciēs ad malū opaꝛ̃: ut Diony. dicit. Sitqꝫ igitur malum appetit: appetit illud sub rōne boni: & si nō appetit bonum uere existens: appetit saltē bonū apparēs. Probata est igitur maior: qđ oēs hoies naturaliter bonū appetūt. Nunc uero ꝓbanda est minor: Quod scia est magnū & ꝓcipuum bonum: & ꝙ ipsa maxime habet rōnem boni. Hoc primo patet per auctoritatem philosophi in prio ethicoꝝ dicentis: qđ bona animi sunt maxime bona. Sed scia est bonum animi: ergo scia maxie est bonū. ¶ Item ꝓbaꝛ̃ alio medio sic. Omne bonū uel est utile: uel delectabile: uel honestum. Sed scia est bonum utile delectabile & honestum: ergo scia maxime habet rōnem boni. Maior nota ē. Minor per singula ꝓbaꝛ̃. Et primo ꝓbo qđ scia est bonum utile. Multas enim utilitates cōfert homini scia ꝯm doc. san. in ꝯa ꝯe circa finē libri in illa quæstiōe: utrū liceat Religiosis studere. ¶ Prima. n. utilitas ꝯm ipm: quā conferunt homini: studia litteraꝝ est: quia diriguut & coadiuuant hoiem ad cōtemplandum diuina illuminādo intellectum. ¶ Secūda utilitas est: qa auferunt ea: q̄ possunt nos impedire & remouere a statu salutis: fugādo scilicet errores: quorum mater est ignorantia. ¶ Tertia utilitas est qa cōferūt ad eui tandam carnis lasciuiam: sicut dicit Hierony. ad Rusticū monachum. Nunq̄ de manu & oculis tuis recedat liber. Ama sciētiam scripturaꝝ: & carnis uitia nō amabis. Carnem enim macerāt studia litteraꝝ: & corpus uel pituitæ: uel humori melācolico reddūt obnoxiū. Sed sicut scia libidinem & carnale desideriū extinguit: ita illi ꝓcipue sunt ad capescēdam sciam idonei: qui a carnalibus illecebris maxie sunt alieni. Isaie. xxviii. Quem docebit sciam & quā itelligere faciet auditū? Ablatos a lacte: auulsos ab uberibꝰ. Cōmentator ēt dicit in. vii. Phisicoꝝ. Quod castitas & aliæ uirtutes: qbus cōcupiscētiæ carnis reprimunꝛ̃: ꝓcipue ualēt ad acqrēdas scias speculatiuas. ¶ Quarta est: qa ꝓsunt ad auferēdā cupiditatem diuitiaꝝ atqꝫ auaritiā. Salustius in cathilinario: Auaritia pecuniæ studiū hēt: quā nemo sapiēs cōcupiuit. Et Lactantius in prio diuinaꝝ institutionū sic dicit. Abiecisse quosdā res familiares suas: & renūciasse oibus uoluptatibus cōstat: ut solam nudāqꝫ uirtutē nudi expeditiqꝫ sequerenꝛ̃: ¶ Has oēs utilitates confert homini scia ꝯm doc. san. ubi supra. ¶ Quinta utilitas est: qa scia hoiem illustrat: & ex ignobili nobilē reddit. Vnde Stoici dicebant. Omnes sapientes & doctos liberos esse. Quod ēt Cicero

suis in paradoxis romano illustrauit eloquio. Nullus enim uir doctus seruus aut ignobilis esse potest : nisi forte uolutabro uiciorũ fuerit infectus: quia ut dicit Oratius in odis Dedecorant Bene nata culpe. Cicero in Salustium Mea nobilitas a me incipit: tua uero in te desinit. Sed uiri docti: quorum uirtutes notabilia uitia nõ cõmittantur: nunq̃ ignobiles esse possunt: aut serui. Patet exemplum superius ãnotatũ de Platone: qui Dionysio Tyrãno a Pyratis uenundatus fuit: qui tamen : quia philosophus erat : maior emente se fuit. Habemus etiam exemplum de Terentio comico qui ob suauitatem ingenii a Scipione libertate donatus fuit. Ob hoc etiam artes liberales appellantur non solum propter hoc: q̃a priscis temporibus liberi solum iis operam nauabant: aut ꝙ liberent nos a curis & sollicitudinibus Sed liberales propter hoc maxime appellanť: q̃a hoĩe libero & p̃stanti digne sunt: & q̃a hoĩem nobilẽ liberumq; & ingenuũ efficiunt. ¶ Cicero ĩ Salustiũ An aliquẽ existimas fieri posse ciuẽ ægregiũ: q non iis artibus & disciplinis fuerit eruditus. ¶ Terentius in Eunucho Fac periculum ĩ litteris: fac ĩ musicis: fac ĩ palestra: quæ scire igenuum æquum ẽ. ¶ Iuuenalis. Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ Atria: Nobilitas sola est: atq; unica uirtus. ¶ Salustius in prologo chatilinario. Virtus clara æternaq; habetur: hoc est quia facit homines claros & fama æternos. ¶ Ideo contra nonnullos: qui hac scientiæ nobilitate & splendore illustrari negligunt: Salustius in prologo Iugurthino insurgit dicens Quin pocius prauitas eorum admiranda est: q corporis dediti gaudiis: per luxum & ignauiã ætatem agunt. ¶ Cæterum ingenium: quo neq; melius: neq; amplius in natura mortalium aliud est ĩcultu atq; soccordia torpescere sinũt: cum præsertim tam multæ uariæq; artes animi sint: quibus summa claritudo parať. ¶ Hæc ille. Sũma ergo claritudo & nobilitas ĩ præclaris animi facinoribus & pulchris artibus consistit. ¶ Ex prædictis ĩfero Q đ q̃uis homo a nobili genere & clara familia ortum ducat: q̃uis ĩgentes diuitias possideat: si non sit uirtute præditus: neq; nobilis: neq; ægregius esse potest. Est enim Nobilitas secundum Boetium in .iii. de consolatione Quædam ex meritis parentum laus proueniens. Quare aliena claritudo: si propriam nõ habes: te splendidum non efficiet. ¶ Hæc ille Et .xiii. Metamorphoseos libro sic dicit Ouidius in persona Vlixis de armis Achillis cum aiace telamonio decertantis. ¶ Nam genus & proauos & quæ non fecimus ipsi: Vix ea nostra uoco. ¶ Seneca in trage



diis. Qui genus laudat: aliena laudat Ducere igitur ortum a nobili stirpe & genere: non facit hominem nobilem: sed uirtute & litteris præditum esse: hoc hominem illustrat. Palam est etiam: Q đ neq; diuitiæ hominem illustrant: aut nobilem efficiunt. Fortuna enim non mutat genus: ut Oratius asserit ĩ odis. Vera igitur. Nobilitas in uirtute consistit. ℭ Ex quo infertur: Q đ Satius est a parentibus & progenitoribus obscuris originem ducere: & uirtutis fulgore radiare: q̃ clara stirpe aut illustri genere deriuare: & ignauia atq; soccordia degenerare. ℭ Iuuenalis. ℭ Mallo pater tibi sit thersithes: dũmodo tu sis Eacide similis uulcaniaq; arma capessas. Quã te thersitæ similem producat. Achilles Cicero ĩ Salustium: Noli mihi antiquos obiectare uiros. Satius est enim: me meis rebus gestis florere: q̃ maiorum opinione niti: & ita uiuere: ut ego sim posteris meis nobilitatis initium & uirtutis exemplum. ℭ Solæ ergo litteræ: solæ uirtutes sunt: quæ uere hominem illustrant. ℭ Vtiles etiam ad hoc sunt litteræ: quia instituunt hominem circa regimen sui ipsius & familiæ. Instruunt etiam principes circa regimen urbium & prouinciarum. De iis enim omnibus est moralis philosophia: Ethica enim instituũt hominẽ: quo ad seipsum: qualiter per habitus electiuos circa medium uersantes bon9 fiat. ℭ Iconomica uero hominem edocẽt: quo ad suæ regimen familiæ. Sed politica principes erudiunt: quomodo ciuitates & populos sibi subditos regere debeãt & gubernare. ℭ Habes ergo quãtas utilitates afferant homini litteræ. Est igitur scientia Bonũ Vtile. ℭ Sed quæret Aliquis forte fortuna Quæ nam sciẽtia homini sit utilior. Respondetur: Q đ si loquimur de utilitate quæstus & pecuniarum: nulla ferme nunc temporis utilis inuenitur: quia ut Salustius dicit. Virtus hebescere: paupertas pro probro haberi cœpit. ℭ Iuuenalis: Probitas laudatur & alget. ℭ Boetius de consolatione latet obscuris Clara tenebris. Condita uirtus. ℭ Medicina tamen ẽ ius cæsareum atq; pontificium aliquid æris & pecuniarum acqrunt: iuxta illud: quod uulgo dici solet. ℭ Dat Galienus opes & sanctio iustiniana Ex aliis paleas: ex istis collige grana. ℭ Studia humanitatis quibus ephebia ad artem poeticam & oratoriam institutionem informari solet: multum cõmoditatis & lucri priscis temporibus conferre solebant. Nunc uero pædagogulorum multitudo per totam adeo inoleuit Italiam: & tot Scioli atq; grãmatunculi in domibus ciuium atq; patriciorum grãmati

cem: uel potius stultitiam suam perdocent: ut docti & litterati ui
ri per mendicata suffragia uictum sibi queritent: & Martialis uer
ba nunq̃ uerius: q̃ nũc enunciari possint. Sic enim scribit ad Flac
cum patauinũ uatem. ¶ Pierios differ cantusq; chorosq; sororũ.
æs dabit ex istis nulla puella tibi. Et paulopost. ¶ Præt aquas heli
con & serta lyrasq; deorũ Nil habet: & magnum semper inane so
phos. Et in fine epigrãmatis sic concludit. At circum pulpita no
stra: & steriles chatedras basia sola crepãt. ¶ Alibi etiam cuidam
dicenti si nihil hinc ueniet pangent carmina nobis Audieris dices
esse maronis opus: Martialis respondet. ¶ Insanis: gelidis omnes
quicunq; lacernis Sunt tibi: Nasones Virgiliosq; uides. Et consu
lenti lupo: cui magistro filium traderet: sic etiam Martialis suadet
dicens Nihil sit illi cum libris Ciceronis aut Maronis Artes disce
re uult pecuniosas. Si duri puer uidetur igenii: Præconem facias
uel archytectum. ¶ Philosophi etiam & theologi nunc temporis
mendicat: imo tot magistri in theologicis reperiuntur: ut decem
unico stipe: uel procius quadrante aut obolo uenundari possint.
¶ Si uero utilitatem animorũ querimus: nihil utilius: nihil præ
stantius: nihil salubrius sacris litteris: ueteri. s. & nouo testamento:
quibus saluberrimus præceptis ad uitam dirigimur æternam.
¶ Habemus præterea sacros canones Doctoresq; & theologos:
quibus in speculatiuis atq; operabilibus humanæ mentes cumu
latissime possunt informari. ¶ Habemus rationalem naturalem
& moralem Aristotelis philosophiam. Habemus etiam Metaphi
sica eiusdem: quibus omnibus humanus affatim perficitur intel
lectus. Sed perscrutabitur etiam aliquis Quisnam inter Docto
res & theologos nostræ christiane religionis præponendus sit: cu
ius lectioni q̃ maxime debeamus incumbere. Respondetur: Q̃d
omnes: qui passionibus non subiiciuntur: sed recto rationis iudi
cio diriguntur: asserũt diuum illum Thomam aquinatem omni
bus theologis non iniuria præponendum esse. Vnde Innocentius
pontifex maximus de hoc sancto & Angelico Doctore in diplo
mate Ecce plusq̃ Salomon hic: sic dicit. ¶ Huius doctoris sapien
tia præcæteris: excepta canonica: habet proprietatem uerborum:
modum dicendorum: ueritatem sententiarum: ita ut nunq̃: qui
eum tenuit: inueniatur a tramite ueritatis deuiasse & qui eum im
pugnauit: semper fuit de ueritate suspectus. ¶ Hæc ille.

¶ Pro confirmatione etiã & cõmendatione huius sane doctrinæ Vrbanus papa sic iquit. Attẽdentes q̃ta adeo sciẽtia dotatus fuerit quãtũq; uniuersalẽ ecclesiã doctrinis & sciẽtiis q̃ plurimis illustrauerit: uolumus & tenore p̄sentium uobis iniũgimus: ut dicti beati Tho. doctrinam: tanq̃ ueridicã & catholicã sectemini: eãq; studeatis totis uiribus ampliare. ¶ Vniuersitas etiam parisiẽsis in fauorem doctrinæ sancti doctoris sic ait. Aduertentes qđ sacrosancta romana ecclesia mater omnium fidelium: & magistra fidei & ueritatis præfatum doctorem eximium & uenerabilem: cuius doctrina fulget ecclesia: ut sole luna: nuper sanctorum cathologo ascribendum decreuit diligenti discussione & examinatione habita super uita sancta: & doctrina clara ipsius: ip̄mq; quo ad uitam puram & doctrinam salubrem orbi terrarum dignum & commendabilem prædicauit cupientes & desiderãtes uestigia sancta imitari: dictumq; doctorem gloriosum fœliciter in cœlis regnantẽ apud terrigenas deuotius & celeberius honorari: præsertim cum fuerit uniuersalis ecclesiæ lumen præfulgidũ: gemma radians clericorum: fons doctorum uniuersitatis nostræ parisiensis speculum clarissimum & candelabrum insigne ac lucens per quod omnes: q uiam uitæ & scolas doctrinæ sanæ igrediuntur: lumen uident claritate uitæ famæ clare & scientiæ lucidæ: uelut stella splendida & matutina refulgens. Comperto per dei gratiam dictum cõfessorem beatum & doctorem egregium: nil sensisse docuisse. seu scripsisse: quod scientiæ fidei: uel bonis moribus aduersetur sanam doctrinam sancti Thomæ prædicti & doctoris eximii unanimiter profitemur: & cætera: quæ sequnť. ¶ Hæc ex epistola uniuersitatis parisiensis fideliter extracta sunt: quãuis longum sit hiperbaton. ¶ Qui ergo moribus & uera scientia proficere desiderat: a lectione Thomæ non discedat: quia in tam nitido & perspicuo eius doctrinæ fonte: & agnus ambulare: & elephas natare potest. Nam siue alta metaphisices speculabilia: ipsaq; ueritatis cognitio quæritur: siue peripatetice disciplinæ uerus sensus & sententia desideratur: aut uitiorum atq; uirtutũ omnimoda cognitio efflagitatur: hic est per quem hæc omnia assequi possis. Ea uero: quæ fidei sunt: ita pertractat: ut iis: quæ determinauit nihil addi nihil ue subtrahi posse uideatur. Errores autẽ hæreticorum & gentilium: atq; eorum omnium: qui suis pestiferis dogmatibus petri nauiculam obruere conati sunt: ita elidit & eliminat: ita dirimit & exterminat: ut ea, quæ dixit: non tam hu-

mano deprompta ingenio:q̄ diuinæ digito dextre exarata eē ui deantur. Stilum & caracterem habet clarum atq; facilem: nulla barbarie resperssum. & suos ita conceptus exprimit: ut altæ pro-fundæq; materiæ quasi sensim percipi possint. Hoc autem uiri sa pientis est proprium: sicut philosophus in Metaphisicis asserit: qa sapiētis est scire docere. Quod etiam Cicero suis in officiis usur-pat dicens. Quod proprium oratoris est clare apte distincte: & ornate dicere. Quintilianus de oratoria institutiōe. Nil pulchrius perspicuitate. Viciosa est oratio: quæ indiget interprete. Sermo enim quanto obscurior est: tanto deterior. Obscuritas enim ser-monis cum uocabulis obsoletis & minime usitatis māifestissimū ignorantie semper fuit īdicium. Clare autem ac distincte dicere: conceptusq; suos bene exprimere: sapientis semper fuit habitū. Obscure uero dicere: cum inutile est: tum uero unicuiq; sine præ ceptore & imitatione facile. Nullis ergo laudibus: aut præconiis extollendi sunt illi: qui obscuritatem sermonis & tenebras ipsas in timo quodam affectu diligunt: qui barbarie uocabulorum sen-tentias inuoluunt: qui suos exprimere conceptus nesciunt: qui adeo confusæ loquūtur: ut nec ipsi quidē quid dicant intelligant.

¶ De iis ergo: qui clara luce neglecta densissimarum lectiōibus tenebrarum incumbunt dictum apostolicum. ſe ad Thimo. iii. quā uerissime potest enunciari: Semper addiscētes: & nunquam ad scientiam ueritatis peruenietes. Qui ergo doctrinæ sancti do-ctoris studiosi sunt: cito ī uiros doctos & ueros peripateticos eua-dunt: & tamen in tam perspicua & lepidissima sancti doctoris le-ctione semper habent uiri doctissimi quod addiscant. Viri etiam minus docti fructum aliquem ex eius doctrina pcipere possunt. In omnibus autem pene determinationibus suis Aristotelica pri mo iacit fundamenta: ut quicquid superextruxerit minime cor ruere possit. Hic est: quem uere Aristotelicum ac peripateticæ di sciplinæ uerum atq; fidum īterpretem non iniuria possis appel lare. Tam studiosus & amicus Aristotelice fuit disciplinæ ut chri-stiana religio: qui Aristotelem melius aut uerius imitetur: uel q aristotelicos textus melius exponat: habeat neminem. Lectioni igitur huius almi doctoris semper incumbant: qui in uiros do-ctos & sapientes euadere satagunt. ¶ Sed iam unde longius digressa est: illuc nostra reuertatur oratio. Probatum est superius scientiam esse bonum utile. Nunc uero probabimus ipsam esse bonum delectabile. Quod uel ex hoc patet: quia sicut anima lon

ge præstantior est corpore: ita delectationes animi uoluptatibus corporeis potiores sunt. Sed quam delectationem animi habebit ignorans? Nullam profecto. Litteræ ergo sunt quæ maximã delectationem animo conferunt. Lactantius in prio libro diuinarum institutionum. Nullus suauior animo cibus est: q̃ cognitio ueritatis. Philosophus in. x. Ethicorum philosophia habet delectatiões admirabiles. Et in. ii. Politicorum dicit. Quod qui uult delectari sine tristitia: ad philosophiam recurrat. Vnde Cicero in. ii. officiorum de philosophia loquens: sic dicit. Nam siue delectatio quæritur animi: requiesq́ curarum. Hæc ars ẽ: per quam eas res assequimur. Maximum enim solatium & lenimen in aduersis conferunt studia litterarum. Vnde Boetius in. iii. philosophicæ consolationis dicit. Quod philosophia est summũ lassorum animorum solamen. Et in primo hoc idem asserit dicens. ℭ Gloria fœlicis olim uiridisq́ iuuentæ. ℭ Sollantur mœsti nunc mea fata senis. Cicero ad lucium luceium. Quid enim mihi poterat esse profugium spoliato & forensibus & domesticis ornamentis? Litteræ credo: qbus assiduæ utor. Et in epistola ad. T. Messinũ sic inquit. Itaq́ utor eodem profugio: quo tibi utendum censeo: litterulis nostris. In epistola etiam ad Ballum in hæc uerba prupit. Sed unum est perfugium doctrina & litteræ: quibus semper usi sumus: quæ secundis in rebus delectationem modo habere uidebantur: nunc uero etiam salutem. Hæc ille. Delectãt ergo litteræ: & in aduersis magnam consolationem præbent. ℭ Est igiẽ scientia bonum delectabile. ℭ Palam est etiam. Quod est bonũ honestum. Nam ẽm Thomam in ẽa parte partis ẽe suæ theologicæ summe. Bonum honestum & uirtus sunt unum & idem. Quia honestas dicitur quasi status honoris. Vnde ex hoc uideẽ aliquid dici honestum: quod est honore dignum. Honor autem debetur excellentiæ. Excellentia autem hominis consideraẽ ẽm uirtutem. Et ideo honestum idem est ꝙ uirtus. ℭ Hæc ille. cum ergo scientia sit uirtus intellectiualis & honore maxime digna: sequitur ꝙ sit bonum honestum. Vnde philosophus in primo de anima ponit scientiam esse de numero bonorum honorabilium Illud autem dicitur esse honorabile: quod est dignum honore. Honor autem non nisi uirtuti debetur: ut patet per philosophũ in primo ethicorum: quia uirtutis præmium est honor. ut ipse asserit ibidem. Ergo scientia nullo modo potest subterfugere ra-

tionem boni honesti. Sed nunquid omnis ſcientia ſit honorabi-
lis. Reſpõdet doctor ſanctus per duas diſtinctiões dicẽs. Quod duplex eſt bonum: quoddam eſt bonum ordinatum in finem: & illud uocatur bonum laudabile. Laudamus enim bonum equum quia bene currit uel bene ambulat. Aliud eſt bonum honorabile: quod eſt propter ſe appetibile. ¶ Secũda diſtinctio talis eſt duplex eſt ſcientia. Quædam eſt ſcientia practica: & q̃dam eſt ſcĩa ſpeculatiua. Speculatiua in hoc differt a practica: quia ſpeculatiua eſt propter ſcire. Practica uero ordinatur ad opus: & eſt ꝑpter ipſum. Poteſt addi. ¶ Tertia diſtinctio. Quod ſcientiæ ſpeculatiue ſunt duplices. Quædam ſunt propter ſe tm̃: ſicut eſt methafiſica: & illæ ſunt maxime honorabiles: aliæ ſunt propter ſe: & ꝑpter aliud cuiuſmodi ſunt ſcientiæ adminiculatiue: ut logica. ¶ Ex iis tria inferuntur. Primum quod omnis ſcientia practica eſt de numero bonorum laudabilium: & non honorabilium. Secundum: quod omnis ſcientia ſpeculatiua eſt honorabilis. Tertium eſt. Quod nulla ſciẽtia eſt maxime honorabilis niſi methaphiſica: quæ græco tamen uocabulo theologia dicitur: & ratio ẽ: quia eſt tantum propter ſe. Vnde omnes ſcientiæ aſſurgunt ad ipſam ueluti ad dominam & reginam earum. Omnes enim aliæ ſcientiæ ſunt ueluti ancillæ & pedis æque ipſius metaphiſices: q̃ ſola ipſum ens: inquantum ens: ſpeculat̃. Vnde philoſophus loquens de ipſa in primo metaphiſices ſic dicit. Nulla ſciẽtia melior & honorabilior metaphiſica eſt: quia ip̃a eſt maxime diuina: quia de deo eſt: tum quia deus ſolus eam maxime habet. Ideo dea ſcientiarum eſt. Vnde neceſſariores ſunt ipſa omnes alie: dignior: uero nulla hæc philoſophus ubi ſupra. Correlarie etiam inferimus: ꝙ practici propter practicam non ſunt honorabiles. Speculatiui autem ſunt ſimpliciter magis honorandi. ¶ Palam eſt igitur. Quod ſcientia eſt bonum honeſtum. Confirmatur etiã auctoritate Ciceronis in primo officiorum ſic dicentis. Primus honeſtatis locus: qui in ueri cognitione conſiſtit: maxime naturam attingit humanam. ¶ Idem ibidem. Prima pars honeſti in perſpicientia ueri ſolertiaq; uerſatur. Scientia ergo eſt bonum honeſtum. Hoc idem patet ex diffinitione honeſti. Eſt enim bonum honeſtum ſecũdum Ciceronem. Illud quod ſua ui nos trahit: & ſua uirtute nos allicit. Sed ſcientia eſt huiuſmõi ergo ſcĩa ẽ

bonum honestū. Patet discursus per illam maximam philosophi in topicis. Cuicunq; competit diffinitio & diffinitum. Quod autem diffinitio boni honesti conueniat scientiæ: probatur. Quia maxime trahimur: & allicimur ad diligendum litteras & uiros doctos Patet exemplum de priscis illis philosophis auctoritate Hieronymi superius ānotatis: quos amor scientiæ: & litterarum desiderium tantum laboris & erumnaꝝ subire coegit. Ideo diuinus ille Plato sæpe numero dicebat. Si sapientiæ forma oculis intueri posset: ad amorē sui oēs excitaret. Cicero i Lælio Nil uirtute amabilius. Neq; est enim aliud: ꝙ amplius alliciat homines ad diligendum q̄ uirtus: quippe quos nunq̄ uidimus: per uirtutem & probitatem quodāmodo diligimus. ℂ Hæc ille. Sed iam dictum est qd scietia est uirtus: ergo: ipsa: & morali uirtute nil amabilius. Sed attende parumper: q̄ bene: & q̄ præclare idem Cicero libro suarum epistolarum familiarium nono ad dolobellam scribens dicat. Nihil est enim (mihi crede) uirtute formosius: nihil pulchrius: nihil amabilius. Semper amaui (ut scis). M. Brutum propter eius summum ingenium suauissimos mores singularem probitatem atq; constantiam. Hæc ille. Diffinitio igitur Boni honesti scientiæ cōuenit. Est ergo Bonum honestum. Hoc deniq; luce clarius constat ex eius opposito: quod est ignorātia: quæ malum est: & quæ grauiter punitur: quia per hoc datur intelligi: quātum bonitatis atq; honestatis contineat in se scientia. Quā uero mala sit ignorantia: uel ex hoc patet: quod dicit apostolus primæ ad corithios xiiii. capitulo. ℂ Qui ignorans est: ignorabitur. ℂ Glosa Ambrosii ad romāos. ii. Grauissime peccas: si ignoras. ℂ Philosophus in. iii. ethicorum Omnis ignorans malus. ℂ Prouerbiorum. x. Qui indocti sunt in cordis egestate morietur. ℂ Isaiæ. v. Propterea captiuus ductus est populus meus: quia non habuit sciētiam. ℂ Glosa. Quia nō habuit sciētiam: hoc est: quia habere noluit. ℂ Thomas in opusculo contra impugnantes religionem super auctoritate imediate superius adducta. Non autem uoluntarius sciētiæ defectus puniretur: nisi litterarum studium laudabile eēt. ℂ Osee. iiii. Nocte tacere feci matrem tuam: conticuit populus meus: eo ꝙ non habuerit scientiam. ℂ Thomas ibidem. In hoc etiam manifeste ostenditur: quomodo defectus sciētiæ grauiter punit. ℂ Ideo sanctus ille Vates Dauid: ne hoc tā graui ignorātiæ malo iuolueret: supplices ad deū pces effūdebat dicēs. Bōitatē & disciplinā & sciētiā doce me. Bōitas. n. moꝝ prio & āñ oīa q̄rēda

est postmodũ uero scientia & doctrina Hieronymus ad paulinũ. Sancta q̃ppe rusticitas solum sibi prodest:& quantum edificat ex uite merito ecclesiã Christi tm̃ nocet:si contradicentibus non resistat. ¶ Thomas ibidẽ. Sanctorum sciẽtia præfertur simplicium sanctitati. Cum igitur ignorantia tam mala sit:sequitur ꝙ sciẽtia habet rationem honesti. ¶ Sed Nunquid ignorantia peccatum sit. Respondet Doctor. sã. in. ii. s. di. xxii. dicens. Quidam dixerũt nullam ignorantiam:quantum in se est:culpam esse: sed ratione alicuius ãnexi:uel præcedentis uel sequentis. Præcedẽtis:ut causæ. s. negligentiæ addiscendi:sequentis ut effectus. s. alicuius inordinati actus:qui ignorantiam sequitur. Sed quia de ratiõe culpe non est plus:nisi ꝙ sit priuatio alicuius:quod debitum est habere in potestate eius:qui priuatur existens: Ideo etiam ipsam ignorãtiam secundum se possumus culpam dicere. si tamen ignorantia priuatiue & non negatiue accipiatur. Et dico ignorantiam priuatiue acceptam:quæ est eius quidem:quod quis natus est addiscere:quicquid sit illud. Non enim idẽ est:quod oẽs scire tenẽtur:cũ ad plura scienda:quidam magis aliis teneantur. uñ aliqua ignorãtia ẽ peccatũ uni:quæ nõ est peccatũ alteri. Vnicuiq;. n. peccatũ est ignorãtia eorum q̃ ad Bonos mores & fidei ueritatem pertinẽt Sed alicui i officio cõstituto est etiam peccatum ignorãtia eoꝝ: q̃ ad suũ officium pertinẽt. Nec est miꝝ si hoc ipsum:quod est sciẽtia carere:peccatũ est ei:qui põt:& tenetur habere:cum etiam carere aliquo corporali ad officium ptinẽte peccatum sit ut tõsura uel ueste ad officium accõmodata. Et ista in se ꝙ peccata sint:pœna ostendit:quæ priuatis iuste infligitur. ¶ Hæc Thomas ubi supra Ex quibus uerbis manifeste apparet: Q đ sacerdotes & religiosi:quibus regimen aĩarum incumbit:quiq; alioꝝ peccata audire & iudicare uolunt:docti & litterati esse debent : & saltem tantam scientiam habere tenentur:ut sciant discernere iter lepram:& lepram:& distincte legere epistolas & euangelia imissa: & officium eorum dicere sine barbarismis & solæcismis. Sed nunc. O mores O tempora & sæculi nostri corruptella:quot barbarismos & solæcismos a sacerdotibus & religiosis in templis pronunciari uidemus: & audimus. Quot cæci duces cæcorum sunt: & omnes tãdem in foueam cadunt. Nullus ergo ad sacros ordines promoueri deberet:nisi doctus. Oseæ. iiii. Quia tu scientiam repulisti:& ego repellam te:ne sacerdotio fungaris mihi. Propter hoc illiterati & indocti a poetis prophani appellantur : hoc est quia a phano

procul esse debent:quia ad sacra non debent admitti. Oratius in odis Odi prophanum uulgus & arceo Prophanum idest idoctũ ut exponunt cõmentatores. Vnde recte Hieronymus ad Rusticum Monachum dicit. Si clericatus te titillat desiderium: discas quod possis docere. Illi etiã qui ad prædicationis officium hanelant:studiis litterarum q̃ maxime incumbere debent. Vnde apostolus primo ad thymo.iiii. Dum uenio:attende lectioni exortationi & doctrine. ℂ Hieronymus ad Rusticum Monachum. Multo tempore disce quæ postmodum doceas. Gregorius in pastorali Nimirum necesse est:ut qui ad prædicationis officiũ excubant a sacræ lectionis studio non recedãt. Ecclesiastica uero narrat hystoria. Q đ Iulianus apostata choercuit seruos Christi a studio litterarum:cuius imitatores se ostendunt:qui religiosis studio interdicunt. Nos autem a Doctoribus sacris minime recedentes:dicimus. Quod non solum studio litterarum sacrarum: sed etiam studio litterarum secularium laudabiliter uacare possunt religiosi. ℂ Hieronymus in epistola ad pammachium Monachum Si adamaueris captiuam mulierem idest scientiam secularem: Et eius pulchritudine captus fueris:Decalua eam: Atque illecebras criminum Atque ornamenta uerborum cum remotis unguibus seca laua eã prophetali uitro:& tunc requiescens cum illa dicito. Sinistra eius sub capite meo:& dextera illius amplexabiť me: & multos tibi fætus captiua dabit:& de Moabitide efficietur israelitis. Ex quo patet Q đ monachis & religiosis licet seculares sciẽtias addiscere:dũmodo ea:q̃ ibi repræhensibilia reperiunť. ꝟm regulam sacræ scripture resecentur. Item Augustinus in ₰o de doctrina christiana dicit Philosophi qui uocantur:si qua forte uera: & fidei nostræ accomoda dixerint:non solum formidãda nõ sũt: sed ab eis tanq̃ ab iniustis possessoribus in usum nostrum uendicanda. Iterum Glosa super illud Danielis primo Posuit autẽ Daniel in corde suo & cætera. Si sapientiam & doctrinam ægyptioꝝ sciret esse peccatum:nunq̃ didicisset. Accipe etiã diui uerba Hieronymi ad magnum urbis Romæ oratorem Quod quæris inq̃t cur in nostris opusculis secularium litterarum interdũ ponamus exempla:& candorem ecclesiæ ethnicorum sordibus polluamus

responſum breuiter habeto. Nunq̃ hoc quereres: niſi te totum tullius poſſideret: ſi ſcripturas ſanctas legeres: ſi interpraetes earum omiſſo uulgatio euolueres. Quis enim neſciat & in Moyſe & in prophetarum uoluminibus quaedam aſſumpta de gentiliũ libris & Salomonem phiſicis uti: & propoſuiſſe multa: & aliqua reſpondiſſe. Haec ille In tota autem epiſtola illa oſtendit Hieronymus tam ſcriptores canonis: q̃ expoſitores eorum omnes a tempore apoſtolorum uſque ad ſua tempora ſacrae ſcripturae immiſcuiſſe ſapientiam & eloquentiam ſecularem. Vnde multis enumeratis doctoribus ſubiungit. Qui omnes i tantum philoſophorum doctrinis atque ſcientiis ſuos referſerunt libros: ut neſcias quid in illis primum admirari debeas: eruditionem ſeculi: an ſciẽtiam ſcripturarum. In fine autem epiſtole ſic concludit. Queſo ut ſuadeas ei ſcilicet: qui ſuper praedictis eum repraehendebat: ne ueſcentium dentibus edentulis inuideat: & oculos caprearum talpa cõtemnat.

ℭ Haec ille Ex hac auctoritate patet: ut dicit Thomas: Quod commendabile eſt: quod aliquis eloquentiam & ſapientiam ſecularem ad obſequium diuinae ſapientiae trahat: & repraehendentes hoc ſunt ſicut caeci inuidentes: quaecunque ignorant blaſfemantes: ut dicitur in canonica iude. Item Auguſtinus libro. iiii. de doctrina chriſtiana Porro qui non ſolum ſapienter: uerum etiam qui eloquenter uult dicere: quoniam profecto plus proderit: ſi utrunque potuerit: ad legẽdos uel audiendos: & exercitatione imitandos eloquentes eum mitto. ℭ Haec ille. Ex hac ergo auctoritate Auguſtini ſic infert Doctor ſan. praeciſe. Patet ergo ꝙ in ſacra ſcriptura curandũ eſt: ut homo eloquenter & ornate loquatur: ut magis ſermo proficiat audientibus Item Auguſtinus in praefato libro de doctrina chriſtiana Oportet eloquentem eccleſiaſticum eſſe: quando ſuadet aliquid: quod agendum eſt: non ſolum docere ut inſtruat: & delectare ut teneat: ſed etiam flectere: ut uincat. Ex quibus omnibus aperte conſtat: Quod hi: qui praedicando uel legendo ſacras litteras edocent: eloquentia uti debent: & ſapiẽtia ſeculari. Patet hoc etiã p Auguſtinũ Hiero. Dionyſiũ Criſoſtomũ: Leonẽ: papã: Baſiliũ: Lactãtiũ: & multos alios

doctores ecclesiasticos:qui ornatissime loquuti sunt:& multa dicta oratorum atq; poetarum in suis libris interseruerunt. Apostolus et Paulus auctoritatibus ethnicorum in sua prædicatione usus e:ut patet Actuũ.xvii.Et ad Titũ primo.Itẽ Gregorius libro nono moralium exponẽs illud Iob.ix.Qui facis arcturum & orionas & cætera:sic dicit hæc quippe astrorum noia.a cultoribus sapiẽtie carnalis inuenta sunt.Sic ergo in sacro eloquio sapiẽtes dei sermonem trahunt a sapientibus seculi:sicut in eo pro utilitate hois uocem in se humane passionis ipse cõditor hoium sũmit deus. Sacerdotes igitur & relligiosi,oratoriæ institutionis poetice artis logicesq; & philosophiæ nõ ignari esse debẽt.Si aũt pp sæculariũ litterarum studiũ a sanctarum lectione scripturarum relligiosi penitus auerterent: tunc tale studiũ laudandũ nõ esset:qa essent de numero eorum:de quibus Paulus Apostolus loquit dicens.A ueritate quidẽ auditũ auertẽt ad fabulas aũt conuertent.Si etiam pp lectiones poetarum quis i libidinem & carnis lasciuiã atq; uitiorum illecebras prolaberet: tũc ñ mõ relligiosus:uerum etiam quilibet alius ab huiusmodi lectionibus se abstineat Secus autem poetarum studiũ nõ mõ uituperandũ non est:uerum etiam nõ modicis laudibus extollendũ. ¶Hæc ideo dixisse uoluerim pp nõnullos in templis cõcionantes pinguis alioqn & crasse mineruæ:qui ut multos pisces ad sagenã eorum alliciant:& magnam sanctitatis spẽm præ se ferre uideant:iubent Iuuenalis Martialisq; codices rapidis flãmis aboleri:ignorantes Qd diuus Hieronymus & alii q̃ plures uiri integerrimi hos aliquando lectitauerint libellos & ipsorum dicta suis scriptis interseruerunt:existimantes turpius esse fæda ignorare:q̃ eorum notitiam habere.Scientia enim malorum bona est:alias in deo non esset Verũtamen lasciua carmina:ueluti liber de arte amãdi:priapea Virgilii: & multa martialis epigrãmata:pueris & adolescẽtulis nequaq̃ debent legi:qui de se ad libidinem proni sunt & procliues. ¶Sed queritur hic utrum in sciẽtia humanorum sit aliquid noxiæ curiositatis: & an in studiis sæcularium litterarum aliquid peccati esse possi. Respõdet ad hoc doctor.sã.i.iii.s.di.xxxv.q.ii.dicens.Scire:quantũ in se e: nunq̃ malum est:& p consequens nec addiscere. Sed per accidẽs contingit esse peccatũ i se sciẽdo uel addiscẽdo siue cõsiderando: Hoc autem accidens potest accidere: uel ex parte cognoscibilis: uel ex parte cognoscentis.Ex parte cognoscentis est duplex accidens:unum est quando propter occupationem in studio alicuius scientiæ impeditur ab exequtione officii: ad quod tenetur: sicut

si iudex propter studium geometriæ desisteret a causis expedi-
endis: uel sacerdos a confessionibus audiendis. quando eas audi-
re tenetur. Aliud est: quando propter delectationem in aliqua sci
entia ueniret in comtemptum alicuius: quod reuereri oportet: si
cut de beato hyeronimo accidit: qui ita delectabat in ornatu uer
borum ciceronis: ꝙ desipiebat ei incultus sermo ꝓphetaꝝ: ut ipse
dicit: sicut etiam accidit illis: qui tm̄ adhærerēt rōnib⁹ humanis:
ꝙ a fide discedunt: & eam impugnant. Ex parte uero cognoscibi
lis est triplex accidens: unū est: quando cognoscibile de facili ad
malum inclinat: & præterea in se paruæ utilitatis est. Et pp hoc ꝓ
hibitæ sunt scientiæ magicæ: ne homo in exercitium eoꝝ labat.
Aliud est: quando cognoscibile est supra potentiā cognoscentis:
sicut dr̄ Ecclesiastici. iii. Altiora te ne quæsieris. Tertiū est qn̄ nul
lius utilitatis est: sicut sunt facta hominum: unde & curiosi di-
cuntur: qui sunt scrutatores conscientiaꝝ proximi. In omnibus
autem istis tribus contingit: ꝙ illud: quod est uni curiosum: non ē
curiosum alteri: Et aliquid est supra intellectum unius: quod nō
est supra intellectū alterius. Aliqd etiam est utile uni: quod nō est
utile alteri: & aliquid facile in p̄ctum præcipitat unum: quod non
præcipitat alterum. Et hæc est decisio questionis s̄m thomā ubi
supra. Constat ergo ex iis: quæ supius annotauim⁹: Quod igno
rantia in quocūq; mala ē: in sacerdote autem & religioso pessima
Nec mō relligiosos doctrina p̄ditos esse par est: sed etiam Reges
& principes: & quicūq; dominium & potestatem in alios hn̄t: do-
ctos & litteratos esse oporteret: quibus dominus p orpheū suum
& liricum Vatē præcipit dicens. Et nunc reges intelligite Erudi
mini qui iudicatis terrā. ¶ Vn̄ Valerius Maxim⁹ diuini platonis
sententiā uerbis angustā: sed sensu pregnātem & ꝑualidam reci-
tat Qui Beatum fore terraꝝ orbem dixit: Si aut reges sape: aut
sapiētes regere didicissent. ¶ Theophrast⁹ etiā dicit Illas urbes &
regiones beatas esse: quæ principem habēt litteratum. Ph̄us etiā
in. ii. Rhetoricorum suoꝝ dicit: Quod illa ciuitas est fœlix: ubi p̄
ses fuerit ph̄us. Propter hoc laudabile institutum fuit apud egy-
ptios: Quod Nullus eligebatur in sacerdotem: nisi ph̄us: & nul-
lus eligebat̄ in regem: nisi sacerdos. Omnes igit̄ sacerdotes apud
ipsos erant philosophi: & oēs reges erāt sacerdotes & philosophi.
unde dictus est ille hermes siue mercurius termegistus: hoc ē ter

maximus: Videlicet Maximus plus: maximus sacerdos & maximus rex. Quã decens igitur: & quã expediens esset: oẽs ꝑncipes doctos esse: aut saltem uiros litteratos amare: & magnifacere. Si eni ignorantia turpior atq; deformior ẽ ĩ iis: q aliquo mgr̃atu dignitate uel dominio illustrant̃: q̃ in cæteris priuatis hoĩbus: quãtũ cãdoris: quãtũ laudis: quãtũ præconii atq; splẽdoris habẽt lr̃e ĩ iis q potẽtia uel opibus alios excellũt. ¶ Sed cũ oĩs ignorãtia turpis & deformis sit: nulla tñ d̃testabilior ẽ eoꝝ: q se scir̃ arbitrãt̃: & lraꝝ ignari sunt: de qbus Quintilianus libro p̃io oratoriaꝝ institutionũ loqtur dicẽs. Nihil eni deterius est iis: q paululũ aliqd ultra primas lr̃as progessi: falsam sibi sciæ ꝑsuasionẽ induerũt. Nã & cædere ꝑcipiendi peritis indignãtur: & ueluti iure quodã ꝑtãtis quo fere hoc genus hoĩum intumescit: ĩperiosi atq; interim sæuientes stultitiã suam ꝑdocent. Nec minus error eoꝝ moribus nocet. & cætera: q̃ sequnt̃ Vñ per Esaiam ꝓphetã cap. qnto dr̃ Vhe uobis: q sapiẽtes estis ĩ oculis uestris: & corã uobismetipsis prudẽtes. De iis ẽt Gre. lib. vi. moraliũ loqtur cũ dicit: Nõnulli usq; ad ꝑuersa dogmata erũpũt. & dũ ueritatis eẽ discipuli humiliter negligũt: magistri erroꝝ fiũt Taliũ ẽt in solentiã carpit doctor Angelicus in pricipio sũme cõtra gẽtiles dicens. Sunt qdã de suo ingenio tantũ ꝑsumẽtes: qui totã diuinã naturã: suo posse metiri ĩgenio arbitrant̃: Existimantes totũ esse ueꝝ: quod eis uidet̃: & falsum: quod eis nõ uidet̃. ¶ Hæc ille Nec miꝝ quia dr̃ ꝓuerbioꝝ xxvi Sapientior sibi stultus uidet̃ septẽ uiris loquẽtibus sententias. Illi ergo uere stulti & fatui sunt: qui se scire existimant: cum paꝝ: aut nihil sciant: de quibus ẽt paulus loquit̃. Ad Ro. primo Dicentes eni se esse sapientes stulti facti sunt. Seneca ad lucillũ Arbitrari te scire: q̃ nescias. nõ est sapientis: sed temerarii & stulti Quãobrem Terenti⁹ dixit: Hoĩe imperito Nihil deteri⁹: Qui nisi quod ipse facit nihil rectũ putat. Ideo scribitur prouerbiorum .iii. Ne sis sapiens apud temetipsũ: Patuit ergo quãtũ mali: quãtũue ꝑiculi cõtineat ĩ se ignorãtia: qa ipsa ẽ mr̃ & fomes oĩum erroꝝ. Ergo ex opposito patet: quãtũ laudis & honestatis cõtineat scientia quæ ignorantiæ opponitur: & per hoc liquido constat scientiam esse laudabile & honestum Bonũ: quod fuit ꝓbandũ. Patuit ẽt qualiter ignorantia deterior & indecentior ẽ in uno q̃ ĩ alio: & cõsequenter scia plus fulgoris & decori ac etiã plus laudis hẽt in uno: q̃ in alio. Et sic ꝓbatũ est sciam eẽ utile delectabile & honestũ bonũ. Cum ergo naturaliter oĩa bonũ appetant: sequit̃ Quod natura hoc ẽ naturali appetitu Oẽs hoĩes scire desiderãt.

Ad cuius etiam ꝓbationem sextam & ultimam annecto rõnem.

CRATIO SEXTA

OMNIS hõ naturalr̃ btitudinẽ appetit & desiderat. Sed finis ultim⁹ & btitudo cõsistit i cognitiõe & itellectuali operatõe. Ergo naturalit̃ oĩs hõ scire cognoscere atq; i telligeř ďsiderat. Maior nota ẽ ex ťminis: qa cupim⁹ oẽs & desideramus naturaliter esse beati. Minorem autem sic declaro. Est enim Beatitudo duplex: Compræhẽsoris & uiatoris. Beatitudo cõprehensoris est beatitudo quæ erit in patria: & ista est finis ultimus rationalis creature: quæ consistit in uisione diuinæ essentiæ. Beatitudo uiatoris est beatitudo uiæ: quæ potest haberi ab homine: antequam ex hoc mortali corpore discedat. Et hæc fœlicitas secũdum quid: potius q̃ beatitudo nominanda est: quia perfecte non potest haberi i uita ista: propter multas miserias concomitantes: & defectum sciẽtiæ atq; cognitõis: & multa alia. unde fœlicitas uiæ est quædam participatio seu quædam umbra beatitudinis pr̃iæ. Ideo recte Paul⁹ dixit. Videm⁹ nũc ꝑ speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Vtraq; autem beatitudo consistit in cognitione: & in operatione ipsius intellectus sicut patet per auctoritatem apostoli superius inductã. Dicendo enim uidemus nunc per speculum in enigmate: tãgit fœlicitatem uiatoris: sed cum dicit. tunc autem facie ad faciem: tangit beatitudinem compræhensoris: quæ est beatitudo patriæ. Videre autem isto modo est actus intellectus: ergo quomodocũ q; accipiatur beatitudo: semper consistit in cognitione. Sed uide q̃ bene & q̃ acomodate possunt adduci i proposito uerba doctoris Angelici in prologo primi sententiarum. Omnes inquit: qui recte senserunt posuerunt finem humanæ uitæ dei contemplationem. Cõtemplatio autem dei ẽ duplex: Vna per creaturas: q̃ imperfecta est: in qua contemplatione ph̃us fœlicitatem cõtemplatiuam posuit: quæ tñ est fœlicitas uiæ & ad hanc ordinatur tota cgnitio phisica: quæ ex rationibus creaturarũ procedit. Est & alia dei contemplatio: qua uidetur immediate per suam essentiã: & hæc perfecta est: quæ erit in patria & est homini possibilis ƒm fidei suppositionem. CHæc ille. fœlicitas ergo uiatoris: quæ a philosopho contemplatiua appellatur in decimo ethicorum in scientia, & litterarum cognitione consistit. Palam est etiam: Quod Beatitudo patrie in actu & operatione intellectus consistit. Vnde præfatus doctor Angelicus in primo. S. disti. prima

dicit. Vltima fœlicitas hois ꝯsistit i optima opatiōe. Fœlicitas. n. non est in hitu: sed in operatiōe ꝑm phm. Optima aūt opatio hominis est opatio altissime potētiæ: scilicet intellectus ad nobilissimum obiectum: quod est deus. Vnde ipsa uisio diuinitatis: ponit tota substātia nostræ beatitudinis. Ioā. xvii. hæc est uita eterna: ut cognoscant te dñm: & cætera. Ex uisiōe autē ipsum uisum: cum nō uideatur p similitudinem: sed p essentiā: efficit quodāmō itra uidentem: & ista est cōpræhensio: quæ succedit spei: cōsequens uisionē: quæ succedit fidei: sicut spes quodāmodo generatur ex fide. Ex hoc aūt ꝙ ipsum uisum receptū est intra uidentem unit sibi ipsum uidentē. ut fiat quasi mutua penetratio per amorē: sicut dr prime. Ioā. iiii. Qui manet i charitate in deo manet: & deus in eo. Ad unionē aūt maxie cōuenientis sequit delectatio sūma: & i hoc pficit nostra fœlicitas. Visio eni nō hēt perfectā rationem fœlicitatis: nisi ꝑm ꝙ est opatio pfecta p ea quæ sequūt. Perficit enim delectatio opationē: sicut pulchritudo iuuentutem: ut dr i .x. ethicoꝝ. Hæc igitur. quatuor p ordinē se hñt. Visio cōpræhēsio Amor siue charitas & delectatio. Ex uisione. n. seqt cōphēsio: ex ꝯphēsiōe amor inefabilis: ex amore aūt sūma & admirabilis delectatio oritur. Prima duo uidelicet uisio & cōpræhēsio ptinēt ad actū intellectꝰ. Vltima uero duo uidelicet Amor & delectatio ad actum uoluntatis attinēt. Potes ergo dicere: Qd Beatitudo essētialiter consistit in actu intellectus: Cōplectiue uero seu pfectiue cōsistit in actu uolūtatis: quia delectatio ut dixi pficit ipsam opationem: in qua sſbaliter btitudo cōsistit. Vel potes dicere sic. Qd Btitudo cōsistit in actu intellectus ex pte principii: sed ex parte termini seu cōplemēti cōsistit in operatione uoluntatis. Ideo Magister. S. in. ii. recitat uerba Augustini dicentis. Creauit deus hominem ut summū bonum intelligeret: intelligendo amaret: amādo possideret: possidendo frueret. Ponit. n. quatuor ut dicit thomas in. ii. S. quæ ꝑm ordinē se hñt. Intellectus eni ꝑm appræhensionē boni gignit amorem. Amor āt unit amato: & quodāmodo illud suū esse facit possidēdo. Est eni Amor ꝑm Dionysiū. Virtꝰ quædam unitiua: quæ amantē extra se ponit: & transfert in amatum. Ex hac autem coniūctione sequit delectatio: quæ pficit rationem fruitionis. Fruitio enim nominat fœlicitatē ex parte sui complemēti: magisq̄ ex parte principii: cum in se delectationem

quãdã icludat. Vñ Aug. in prio de trinitate dicit. Q đ frui dici-mur illa re: de q̃ capim⁹ uoluptatẽ. frui ẽt apud grãmaticos nihil aliud est: nisi cũ delectatiõe uti: Vñ fruor supra utor addit delectationẽ. Et sicut ab hoc uerbo utor dr̃ usus: ita a fruor fructus. dr̃ aũt aliq̃s capere fructũ ex aliq̃ re: qñ ex usu illius rei delectationẽ pcipit: Ideo dicũt aliq̃: Q đ sicut fructus est ultimũ: qđ expectaẽ de arbore: ita in spũalibus: fructus est ultimũ: qđ expectatur de obiecto: Tale ãt est delectatio: qa delectatio sequiẽ actũ: ex. x. ethicorꝝ. Q uã similitudinẽ Ioãnes Scotus in prio. S. di. prima. q. iii. sic exponit dicẽs: fructus est ultimũ: quod expectaẽ de arbore: nõ ut possidendũ corporaliter: sed ut habẽdũ p actũ potẽtiæ attingẽtis illud: ut obiectũ. Pomũ eni nõ est fructus: inquãtũ expectaẽ ut possidẽdũ: sed inquãtũ expectaẽ: ut gustandũ: & actu gustus attingẽdũ: quã gustationẽ seqtur delectatio. Si igiẽ fruct⁹ dicaẽ quo fruẽdũ ẽ: delectatio nõ ẽ fruct⁹. sed illđ ultimũ expectandũ: sed nec delectatio ẽ frui: sed primũ quo attigo expectatũ: ut expectatum est frui qđ ur̃ ꝓbabile cũ fũct⁹ sit expectatũ illa rõe: sub q̃ expectaẽ: ut a potẽtia attigẽdũ. ¶ Hæc ille: dicit ẽt præfatus Io. Scotus ibidẽ: Q uod frui accipiẽ pro actu & delectatione simul. Quod ꝓbat ex diffinitione illa de frui: quã ponit Augustinus. x. de trinitate. cap. x. & xxiii. cum dicit. fruimur cognitis: in q̃bus uoluntas pp seipsam đlectata cõq̃escit. A d actũ enim ptinet: cũ dicit fruimur cognitis: qa actui uolũtatis ꝑsuponitur actus intellectus in obiectũ cognitũ. Et subiũgit prælibatus Scot⁹ dicẽs. Q đ ãt sit magis ꝓpriũ significatũ huius uocabuli frui difficile est ꝓbare. Tamẽ aliquo mõ põt coniici ex usu uocabuli. Istud eni uocabulũ frui cõstruiẽ cũ ablatiuo significãte obiectũ ex ui transitionis: q̃lis cõstructio appropriaẽ uerbis significantib⁹ actũ. Nõ aũt cõstruiẽ cũ obiecto in ablatiuo ex ui cãæ: q̃lis cõstructio debeẽ passionib⁹ significatis p uerba primo passiua. Nõ eni ita dr̃ fruor deo: sicut dr̃: delector deo. Vel deus delectat me. sed dicor frui deo transitiue sicut dicor amaẽ deum: & istud uideẽ magis ꝓpriũ significatũ uocabuli. Sed de uocabuli significatione nõ est contẽdendũ: qa ẽm Augusti. prio retractationum. Cum res cõstat: nõ est uis facienda in nõibus. Hæc Scotus ad litterã ubi supra. Sed qa fruitio ẽ act⁹ uolũtatis: & ẽm habitũ charitatis: ideo scotistæ cũ doctore suo tenẽt: Q đ Beatitudo consistit in actu uolũtatis. Doctor uero sctũs in. iiii. S. di. xlix: sentit oppositũ decẽs Q uod necesse est Btitudinẽ substantia

liter i actu itellectus ɔsistere. Dicit.n.sic ibidē. Btitudinē eē i uolūtate duplicit pōt intelligi. Vel obiectiue: uel actualit. Obiectiue qdē: ita ꝙ sit uolūtatis obiectū. Et sic beatitudo cū sit ultimus finis: & ex fine ē ratio boni: qd ē uoluntatis obiectū: oportet ponere btitudinē in uolūtate esse. Alio mō actualiter idest ita ꝙ sit aliqs actus uolūtatis Et sic Beatitudo in uolūtate esse nō pōt. Btitudo eni ultimū finē hoīs iportat. Finis aūt ultimus hoīs est duplex. Vnus in ipso: & alius extra ipsum. In ipō: sicut opatio rei dr̄ eē finis eius. cū oīs res sit pp suā opationē ſm pħm i prio cæli & mūdi. Finis uero extra ipsum ē: ad qđ p suā operationē ptingit. Nō aūt quælibet opatio pōt dici finis: sed illa q̄ fini exteriori primo cōiūgit: & hoc dico: qñ res finē extra se hēt: Tunc eni oportet: ꝙ finis interior ad exteriorē ordinet̄: ut sic finis exterior sit q̄si finis ultimus: & finis iterior: q est opatio: sit ad illū ordinatus: sicut uidemus: ꝙ res naturales p opationes quas hñt: ptigūt ſm assimilationē quandā ad diuinā Bonitatē: quæ ē eaꝝ exterior finis. Impossibile est autē: ut ipē uolūtatis actus sit ultim⁹ finis alicuius qa cū uolūtatis obiectū sit finis: hoc ipūm qđ est uelle: & qlibet alius uolūtatis actus nihil est aliud: q̄ ordinari aliq̄ in finem uñ præsupponit aliū finē: Et ideo si ipsū uelle dicat̄ eē uolitū: oportet p̄supponere añ hoc aliqd esse uolitū. Nō.n.pōt intelligi i aliq̄ potentia reflexio suꝑ actum suū nisi actu suo: in quē sit reflexio prius terminato p obiectū ꝓpriū quod sit aliđ ab ipō actu potētiæ illius: alias oporteret in infinitū ꝓcedere. Si.n. intellect⁹ intelligit se itelligere: oportet ꝙ itelligat se intelligere aliqd. Et si dicas ꝙ intelligit se itelligere hoc: quod est se itelligere: adhuc opportebit aliud ponere & sic in ifinitū. Patet ergo Q đ ipsum itelligere nō pōt eē primū obiectū intellectus: & eadē rōe: nec ipm uelle pōt eē obiectū primū uolūtatis. Cū ergo obiectū p̄mū uoluntatis sit finis ultimus: ipossibile ē: ꝙ aliqs uolūtatis actus sit ultimus finis uolūtatis. Nec ēt pōt dici Quod assequtio finis exterioris sit ꝑ actū uolūtatis imediate. Intelligit̄ eni eē actus uolūtatis añ assequtionē finis: ut motus qdā in finē: Post assequtionē uero: ut qetatio quædā in fine. Nō pōt aūt eē: ꝙ uolūtas nūc qetet̄ in fine: in quē pri⁹ tendebat: nisi qa uolūtas aliomō se hēt ad finē: q̄ prius: uel ecōuerso. Illđ ergo: qđ facit uolūtatē hoc mō se hēre ad finē: ut uolūtas qetet̄ in ipso: ē ultim⁹ finis interior: q prio cōiūgit exteriori fini: sicut si alicui⁹ finis exterior sit pecūia

finis iterior erit possessio pecuniæ:p quã hõ se hẽt ad pecuniã: ut uolũtas in ea qetet. Cũ ergo ultimus finis q̃si exterior hũane uolũtatis sit deus nõ põt eẽ:ꝙ aliqs actus uolũtatis sit interior finis Sed ille actus erit ultimus finis interior:quo prio hoc mõ se hẽbit ad deũ:ut uolũtas qetet in ipsum. Hæc ãt est uisio dei ẜm intellectũ:qa p hanc;fit q̃si quidã contract⁹ dei ad intellectũ:cũ oẽ cognitũ sit in cognoscẽte:ẜm ꝙ cognoscit:sicut ẽt corporalis ta ctus ad delectabile corporeũ iducit qetationẽ affect⁹. Et iõ ultimus finis hois ẽ in actu itellect⁹. Et ita btitudo:q̃ ẽ ultimus finis hois i itellectu cõsistit: Tñ id:qđ ẽ ex pte uolũtatis:scilicet qetatio eius in fine:qđ põt dici delectatio est quasi formaliter cõplẽs rõnem btitudinis:sicut supueniẽs uisiõi:i q̃ sƀa btitudinis ɔsistit ut sic uolũtati attribuat:& pria hitudo ad finẽ:ẜm ꝙ assequtionẽ finis appetit:& ultia ẜm ꝙ in fine iã assequto qetat: ¶ Hæc doctor. sctũs ubi supra. Sed uide ꝙ ꝑlibat⁹ doctor nono qđlibet dicat. Fœlicitas iqt siue btitudo i opatiõe cõsistit & ñ i hitu:ut phs ꝓbat i prio ethicoꝝ. Vñ btitudo hoïs põt cõpari ad aliquã potẽtiã aie duplicit. Vno mõ sicut obiectũ potẽtiæ:& sic btitudo ꝓci pue cõpat ad uolũtatẽ. Est. n. btitudo finis ultimus & sũmũ bonũ hoïs. Finis ãt & bonũ sũt obiectũ uolũtatꝭ. Alio mõ sicut act⁹ ad potentiã: & sic btitudo originalit & sƀaliter ɔsistit i actu itellectus Formalit ãt & cõpletiue i actu uolũtatis:qa ipossibile ẽ ipsũ actũ uolũtatis eẽ ultimũ finẽ uoluntatis. Vltimus eni finis hois ẽ id:qđ ẽ prio desideratum. Nõ aũt põt eẽ ꝙ primo uolitum. sit actus uoluntatis. Prius eni potẽtia fert in aliqđ obiectum:q̃ ꝙ ferat super actum suum. & prius intelligit actus alicuius potẽtiæ q̃ reflexio eius super actum illum Actus eni terminat ad obiectum. Et ita q̃libet potentia prius fertur in obiectum:q̃ in actum suum: sicut exempli gratia uisus pri⁹ uidet colorem:q̃ uideat se uidere colorem. Et ita etiam uoluntas prius uult aliquod bonũ: q̃ uelit se uelle. Et sic actus uoluntatis non potest esse primo uolitum & p consequens nec ultimus finis. Sed quotienscunq; aliquod bonum exterius est desideratum:quasi finis:ille actus noster est nobis quasi finis interior:quo primo perfecte attingimus ad ipsum. sicut dicimus ꝙ comestio finis est & beatitudo eius q ponit cibum finem suum:& possessio pecuniæ:q finẽ suum ponit pecuniam. Finis autem nostri desiderii deus est. unde actus: quo ei prio cõiũgimur:ẽ originalit & sƀalit nr̃a btitudo. Prio ãt

deo colligimur p actū intellect⁹. Et iō ipsa dei uisio:q̄ ē actus intellect⁹:est substātialit & origīaliter nr̄a btitudo. Sed qa hæc opatio pfectissima ē. & couenientissimū obiectū:iō cōseqt̄ maxia delectatio:q̄ qdē decorat opationē ipsā:& pficit eā:sicut pulchritudo iuuētutē:ut dr̄ in. x. ethi. Vñ ipsa delectatio q̄ uolūtatis ē:formaliter cōplet btitudinē. Et ita btitudis ultime origo est ī uisiōe:cōplemētū aūt in fruitōe. ℂ Hæc ille. Probat̄ ēt itentū aliis rōnib⁹ Q ua ꝑ pria talis est. Bonū in quo p se est sufficiētia:est fœlicitas uel beatitudo:ut patet p phm in prio ethi.. Sed h̄ est in cognitione:ut patet Ioānis. xiii. Dñe ostende nobis patrē:& sufficit nobis ergo btitudo maxīe cōsistit in intellectu. ℂ Scdo sic Arguit̄. Intellectus est nobilior uolūtate:ergo Beatitudo cōsistit in actu itellectus:& nō in actu uolūtatis. Cōsequētia sic pbat̄: Q uia ultia fœlicitas ẜm phm in. x. ethi. nō cōsistit in hitu. sed in opatōe:nec in quacūq; opatiōe:sed in optima opatōe cōsistit. Optima autē opatio hois est opatio altissime potētiæ:ergo in actu illius potentiæ beatitudo cōsistit:q̄ est nobilissima aliaꝝ potētiaꝝ. Potentiæ enī distingunt̄ p act⁹ & actus p obiecta: Antecedēs pbat̄: Q uot nō solū phisice:sed ēt theologice loquēdo, itellect⁹ sit altior potētia:q̄ uolūtas. Et pbat̄ prio sic. Nobilitas. n. aīæ cōsistit in h̄:ꝙ ē ad imaginē dei. Sed aīa est ad imaginē ẜm rōnē & intellectum. Vñ Aug. dicit tertio sup Genesim ad lr̄am Intelligamus in eo factū hoīem ad imaginē dei:quo irrōnabilib⁹ aīantibus añcellit Id aūt est ipsa rō uel mens uel itelligētia:uel si quo alio cōmodi⁹ appellat̄:qa p rōnem & itellectū differt homo a cæteris aiantib⁹ Ergo excellētissima potētia aīæ est itellectus. Sed diceret aduersarius Quot sicut imago est in itellectu:ita etiā in uolūtate:cū imago ẜm theologos:& pcipue ẜm Augustinū in libro de trinitate: attēdat̄ ẜm memoriā itelligētiā & uolūtatem. Sed cōtra. Ex quo nobilitas aīæ penes imaginē attēdit̄. opportet qd̄ illud sit excellēti⁹:ubi magis pprie īuenit̄ rō imaginis. Sed q̄uis imago sit in uolūtate & itellectu:magis tñ pprie est in itellectu:q̄ i uolūtate. Vñ Magister sen. in. ii. di. xvi. dicit imaginē esse i cognitōe ueritatis: silr̄itudinē in dilectiōe boni:ergo necesse est Q uot adhuc intellectus sit nobilior:q̄ uolūtas. Scdo sic arguitur. Illa potētia est nobilior:cui⁹ actus est nobilior. Sed act⁹ intellect⁹ nobilior est actu uolūtatis:ergo itellect⁹ est nobilior uolūtate. Maior patet qa cū potētiæ distinguat̄ p act⁹:opportet ꝙ de potētiis iudicemus ex actib⁹. Ergo opportet illā potētiā eē nobiliorē:cui⁹ actus est nobi

lior. Minor ēt sic ꝓbat̄: q̄a sic potētiæ distinguūt̄ p actus: ita actus p obiecta. Cū ergo actus specificent̄ ex termis: opportet illum actū eē nobiliorē: cui⁹ termius est nobilior. Sed sic ē quot actus itellect⁹ est ꝯm motū a reb⁹ ad aiam: actus aūt uolūtatis ꝯm motū ab aia ad res. Cū igit̄ aia sit nobilior reb⁹ exteriorib⁹: seq̄t̄ ꝙ itelligere est nobilius q̄ uelle: sicut itelligere naturā equi uel apis: nobilius ē: q̄ uelle equū uel apē: ergo itellect⁹ est altior potentia q̄ uolūtas. ℭ Tertio sic instat̄. In oibus ordinatis: q̄to aliq̄d magis distat ab īfimo: tāto est alti⁹. sed īfimū in potētiis aīæ ē sēsus. Volūtas aūt magis appropiquat sensui. q̄ intellectus: q̄a uolūtas cū sensitiuis potētiis cōicat in cōditōe obiecti. Sicut. n. sensus ꝑticulariū est: ita & uolūtas. Volum⁹. n. ꝑticularē sanitatē in hi uniuersali: q̄d est sanitas. Intellectus aūt est uniuersaliū. Ergo itellectus ē altior potētia: q̄ uolūtas. ℭ Quarto sic Oē regēs ē nobilius recto: & oē impans est nobilius eo: cui impat. Sed itellect⁹ regit uolūtatē & ipi ipat: ergo idē q̄d pri⁹. Maior nota ex termis: & minor ꝓbat̄ p pħm in ethicis: q̄ dicit. Q̄d itellectus uiget in hoie politico pricipatu. Est. n. in hoie itellect⁹ sicut rex in regno. Ad principē aūt & regē ꝑtinet regere: ergo itellectus uolūtatē regit. Itē si itellect⁹ uiget i hoie ueluti rex & priceps: uolūtas utiq̄ erit ueluti dn̄a & regia. Sed rex supemiet reginæ: & excellit ipsā. ergo intellectus uolūtati supeminet: & ipsā regit. Q̄d ēt itellect⁹ impet uolūtati: ꝓbat̄ p pħm in prio ethi. dicētē. Q̄d impare rōnis ē. Rō aūt & itellect⁹ idē sūt ꝯm re: ergo itellectus hēt ipiū supra uolūtatē. Et sic seq̄t̄ Quot sit nobilior ipa. ℭ Quīto sic. Quāto aliq̄s actus est simplicior & imaterialior tāto est nobilior: sed actus intellectus est simplicior & imaterialior q̄ act⁹ uolūtatis: q̄a itellectus abstrahit a materia: & ab appēditiis & cōditōib⁹ materiæ: nō āt uolūtas. Ergo actus itellect⁹ est nobilior actu uolūtatꝭ: & cōsequent̄ itellectus est nobilior uolūtate p rōnē iā dictā: q̄a sicut nobilitas obiecti arguit nobilitatem actus: ita ex nobilitate actus arguit̄ nobilitas potētiæ. ℭ Sexto sic ꝑsuadet̄. Intellectus in aia cōpat̄ splēdori & luci: q̄a itellectus ē lumē aīæ: uolūtas siue affect⁹ cōpat̄ calori: ut patet ex dictis sāctoꝝ. Sed splendor est nobilior calore: cū sit q̄litas nobilioris corpis: ergo itellect⁹ est nobilior uolūtate. Ista rō nō habet efficatiā neq̄ robur: sed est ꝑsuasio q̄dā. ℭ Septio sic instat̄. Quāto aliq̄d ē ꝓpingus fini: tāto ē nobilius Sed itellectus ē ꝓpingor fini: q̄ uolūtas. Ergo cōclusio. Maior patet: q̄a ex fine sumit̄ rō bonitatꝭ in his: q̄ sunt ad finē. Minor etiā

cõstat: q̃a prius homo attingit finem cognoscendo ipm: q̃ p uo-luntatem appetẽdo ipm ergo cõclusio. ℭ Potes sub aliis uerbis formare hãc rõnem sic. Illud: qđ p se & imediate attingit ultimũ finem: nobilius est eo: qđ p aliud & mediãte alio attigit ipm. Sed imediatius itellectus attigit finẽ ultimũ: q̃ uolũtas: q̃a itellectus attingit ipm prius uolũtate: & nõ p aliud. Volũtas uero attingit ipm finẽ ultimũ mediãte intellectu: & quodãmõ posterius ipso. Ergo cõclusio. Probaẽ discursus. Quia uoluntas nõ ferẽ nisi in pcognitum. In incognitũ uero nunq̃ ferẽ ut patet p phm in tertio de aia. Augu. etiã dicit Quod inuisa amare possumus: incognita uero nequaq̃. Et in libro de trinitate dicit. Qđ nihil amaẽ aut desideraẽ: nisi cognitũ. Dicit etiã Auicẽna in sua Metaphisica Quot uolũtas nihil eligit: nisi id eligendũ esse prius intellect⁹ iudicauerit. Ergo prius intellectus attingit ultimũ finẽ intelligẽdo: cognoscẽdo: cõphẽdẽdo: & speculando: q̃ uoluntas assequaẽ ipm amãdo: gaudẽdo: & delectãdo. Ergo intellectus uolũtate est nobilior. ℭ Amplius ẽm Grego. in. vi. moraliũ. Contẽplatiua uita est maioris meriti: q̃ actiua. Cõtẽplatiua. n. figuraẽ p mariã actiua uero p martã. Sed Maria optimã partẽ elegit: ut dñs i euãgelio dicit. ergo contẽplatiua potior est actiua. Sed contẽplatiua ptinet ad intellectũ. Actiua uero ad uolũtatẽ. Ergo intellectus ẽ nobilior uolũtate. ℭ Præterea dicit phs in. x. ethi. Quot intellectus est optimũ oĩum eoꝝ: quæ in nobis sũt: & licet minimũ qdđam esse uideaẽ: Est tñ potentia & pciositate maximũ. Dicit etiã quod nihil est melius intellectu: nisi deus. & ꝙ deus ualde curat de his: q diligunt intellectum tanq̃ de suis amicis. Themistius ẽt in scđo de aia dicit. Quot intellectu nihil est diuinius. Ergo itellectus uolũtate nobilior est. ℭ Hæc aũt erat ꝓbatio añcedentis. Sequiẽ ergo ꝙ sũmũ bonũ siue ultima fœlicitas homis cõsistaẽ substantialiter in actu intellectus: & non in actu uolũtatis. ℭ Itẽ ipsa ueritas dicit in euãgelio Ioãnis. xvii. Hæc est aũt uita æterna: ut cognoscant te dñm: & quẽ misisti iesum xpm. Sed cognoscere est actus intellectus: & uita æterna nihil aliud est ẽm rem: nisi beatitudo nostra: & ultimus finis hois: ergo beatitudo essentialiter consistit in actu intellectus. Aug. etiam in primo de trinitate cap. xiii. tenet ꝙ finis ultimus in actu itellectus cõsistat. Vbi sic inqt. Quæ est autem uita æterna? nisi illa uisio: quæ non conceditur impiis? Item in primo de trinitate dicit. Augu. Visio est tota merces. Sed sic est ꝙ uisio hæc ad actum intellectus ptinet:

ergo finis ultimus in actu itellectus cõsistit. Hanc opinionẽ etiã ꝓfitet̃ & tenet dñs Auicẽna in Metaphisica sua libro. ix. cap. vii. dicens. Lex nostra: quã dedit Machometh oñdit dispositionẽ in fœlicitatis & miseriæ: quæ sunt ſm corpus: ponẽs pro beatitudĩe quod porcis cõuenit. s. gulã & coitũ: Sed est alia ꝓmissio: quæ apprehẽdit̃ intellectu. Sapiẽtibus aũt magis cupiditas fuit conseq hanc fœlicitatẽ: q̃ corpoꝝ. Quæ q̃uis daret̃ eis: nõ tñ attendere uoluerũt: nec appreciauerũt eam in opatiõe fœlicitatis: quæ est coniũcta primæ ueritati. Hæc ille Ex q̃bus uerbis manifeste cõstat Quot ipse ponit beatitudinẽ in actu intellectus consistere. Et hæc opinio ꝓbabilior est: & dictis sacraꝝ lr̃aꝝ magis cõsona. Sed uidet̃ quod beatitudo in uolũtate: siue in actu uolũtatis consistat. Et p̃mo sic arguit̃. Quia beatitudo est summũ bonũ. Sed bonũ est obiectũ uoluntatis: inquantũ huiusmodi: nõ aũt intellectus: ergo beatitudo magis cõsistit in actu uolũtatis: q̃ in actu intellectus. ¶ Præterea delectatio ſm p̃hm in. vii. ethicoꝝ ad beatitudinẽ req̃rit̃. Vñ & in græco nomẽ beatitudĩs a gaudio accipitur. Sed delectatio est in uolũtate: siue in affectu: ergo & beatitudo. ¶ Item ſm p̃hm in. x. ethicoꝝ. In actu nobilissimæ uirtutis consistit fœlicitas siue beatitudo: Sed charitas est excellẽtissima oĩum uirtutũ: ut patet p Apostolũ prime ad cor. xiii. Ergo cum charitas sit in uolũtate: ibi q̃renda est beatitudo. ¶ Amplius sicut aĩa imperat corpori: ita uoluntas im̃pat intellectui: & consequenter uoluntas est sup̃ior intellectu. Sed beatitudo magis ponitur in bonis aĩæ: q̃ corp̃is: q̃a aĩa est sup̃ior corpe: ergo eadem rõne magis debet poni in uoluntate: q̃ in itellectu. ¶ Ad hæc. Beatitudo hoĩs consistit in pfecta coniunctiõe ad deũ. Sed pfectius homo cõiungit̃ deo p uolũtatẽ: q̃ p intellectũ. Vñ Vgo de sancto Victore in. vii. capi. cælestis hierar. sup illud Mobile & acutũ. &c. ¶ Dilectio inquit sup̃eminet sciẽtiæ: & maior est itelligẽtia. Plus. n. deus diligit̃: q̃ itelligat̃. Intrat dilectio: ubi scia foris est: ergo beatitudo magis consistit in dilectiõe q̃ in cognitiõe & in uolũtate magis: q̃ in intellectu. ¶ Et iteꝝ cũ finis ultim⁹ sit p̃mium uirtutis & bonoꝝ opeꝝ: in illa potẽtia cõsistit ultim⁹ finis: quæ fuit cã bonoꝝ opeꝝ & uirtutis: q̃a sicut ille debet puniri: q malũ opatus est: & nõ alius p ipso: q̃a h̃ esset iniustũ: ergo ẽt illa res debet p̃miũ recipere: q̃ opata ẽ ſm uirtutẽ & bona opera exercuit. Sed sic est q̃d uolũtas sicut est cã peccati: q̃a omne peccatum est uolũtarium: q̃d si non est uoluntariũ nõ est peccatum

qt dicit Aug. Ita etiam est causa uirtutis & bonorum operum: quia uirtus secundum philosophum est habitus electiuus. Electio autem ad uoluntatem pertinet. Ergo uidetur quod sicut bona opera a uoluntate procedunt: quod etiam in ipsa summum bonum consistere debeat: & non in intellectu: cum nec uirtutes morales: nec actus meritorii attribuuntur. Potes breuiter formare praedictam rationem sic Praemium respondet merito. Sed meritum principaliter consistit in uoluntate: ergo & beatitudo: quae est praemium. ¶ Vltimo sic arguitur. Voluntas est nobilior intellectu. Ergo finis ultimus consistit in actu uoluntatis: & non in actu intellectus. Consequentia patet per ea: quae superius annotata sunt: quia ultima foelicitas consistit in optima operatione: quae non est nisi altioris potentiae simpliciter. Antecedens uero probatur per multa media Quorum primum est tale. ¶ Perfectoris potentiae perfectior est habitus. Sed habitus quo perficitur uoluntas: scilicet charitas est nobilior fide & scientia: quibus perficitur intellectus: ut dicit Aposto. prima ad corinthios. xiii. Ergo uoluntas est nobilior intellectu. ¶ Preterea Ordo potentiarum est secundum ordinem obiectorum: Sed Bonum quod est obiectum uoluntatis: est nobilius uero. quod est obiectum Intellectus: ergo uoluntas est nobilior intellectu. ¶ Amplius Quanto aliquid est deo propinquius: tanto est nobilius. Sed uoluntas magis appropiquat deo: quam intellectus. Ergo idem quod prius. Maior probatione non indiget. Minor uero constat. quia plus deum diligimus: quam ipsum cognoscere possimus. Multi etiam indocti surgunt & celum rapiunt: & multi doctissimi in profundum merguntur: ergo per uoluntatem magis deo appropinquamus: quam per intellectum. ¶ Ad haec Illud quod est liberum sui: est nobilius eo: quod non est liberum. Sed intellectus non est liber sui: quia potest cogi. Voluntas autem libera est: cum cogi non possit: ipsa etiam imperat intellectui. Ergo uoluntas est nobilior intellectu Quod autem uoluntas imperet intellectui: & ipsum cogere possit patet: quia uoluntatem imperare intellectui nihil aliud est: nisi quia uoluntas mouet intellectum: & propter hoc imperare & cogere dicitur. Quod autem hoc uerum sit: probatur. Dicit enim Anselmus in libro de similitudinibus Quod uoluntas mouet omnes animae uires. Praeterea secundum Augustinum. viii. super genesim ad litteram Omnis motus procedit ab immobili. Sed inter potentias animae: sola uoluntas est: quae est immobilis: in hoc quod a nullo cogi potest: ergo omnes alie uiress uoluntate mouentur. Item secundum philosophum in. ii. Metherorum Omnis motus est propter finem. Sed Bonum & finis est obiectum uoluntatis: ergo uoluntas mouet alias uires. Vlterius secundum Augustinum. Hoc facit in spiritibus amor: quod in corporalibus pondus. Sed pondus mouet corpora. Ergo amor

uoluntatis mouet spirituales animæ potentias: Cum igitur uo-
luntas moueat intellectum: sequtur ꝙ ipsa imperium habeat sup
ipsum: & eũdem cogere possit: & consequenter infert Quod
uolũtas est nobilior ĩtellectu. Quod fuit antecedẽs consequẽtie
lis hominis. Anima intellectiua est huiusmodi:ergo conclusio. Maior patet quia homo est aliquid per se unum. Igitur forma substãtialis hominis est actus eius materiæ:quæ est altera pars eius. Hæc est enim tota causa quare compositum aliquod est per se unũ.s.qa hoc qdẽ eius est potentia:& hoc est actus huius potẽtie: sicut haberi potest ex. viii. Metaphisices. Minor patet per philosophũ in .iii.de anima dicentem. Rationale est intellectum non misceri corpori:siue ꝺm aliã litterã Rationale est Vt Intellectus non sit mixtus cũ corpore. Item ibidem dicit philosophus Necesse utiqꝫ:qm̃ omnia intellegit immixtũ esse. Anima igitur Intellectiua non est forma informans hominis:sed forma assistens:& una tm̃ in oĩbus hoĩbus mundi. ℂ Aduertendũ tñ Q đ nõ nulla hoꝝ argumentoꝝ forte coĩcidunt:sed dedita opa sic feci: ut hæc perdifficilis materia clarius elucesceret. ℂ Scire uelim etiã te cãdide lector Q đ magna pars hoꝝ argumentoꝝ unitatẽ numeralẽ intellectus in oĩbus hoĩbus mundi cõprobare conatur:qa quasi in idẽ redit Animam nõ esse corporis formam & etiam esse unicam in omnibus mundi hominibus::imo dico Q đ supposita unitate numerali ĩtellectus possibilis ĩ omnibus hominibus: statim seqtur: imo necesse est aĩam non esse corporis formã. Valet.n.ista cõsequentia Est unicus intellectus:ergo aĩa non est corporis forma. Ideo adduxi oĩa pene argumenta:quæ probare uidenẽ utrunqꝫ Quare si unũ etiã adduxero: qđ unitatẽ intellectus cõprobare uidetur finẽ circa præsentem materiã faciam paralogizandi. ℂ Est aũt talis ratio apparens:sed nõ existẽs Nisi sit unus tm̃ intellectus:sequiẽ ꝙ discipulus non potest addiscere aliqd a magistro Quod ẽ contra experientiã Consequentia ꝓbatur:qa uel addisceret acqrendo eandẽ scientiã numero:quã habet magister: uel acquirẽdo aliã causatã a scientia magistri:Nõ primo modo: qa nõ est possibile:ut eadẽ scientia numero sit in duobus hoĩbus:nisi ĩ eis sit idẽ subiectũ sciẽtie. Quo possito, sequitur intentũ:de unitate intellectus Nec secũdo modo:qa tunc sciẽtia magistri esset uirtus generãs & causans scientiã ĩ discipulo:admodũ ꝺm quẽ:Iste ignis generat aliũ ignẽ sibi similẽ in spẽ. Quod est impossibile. Relinqtur ergo ꝙ non sit nisi unus Intellectus in oĩbus hoĩbus mundi:& consequẽter sequitur Q đ aĩa intellectiua non sit forma hoĩs specifica dans sibi esse: & ĩformans corpus:sed forma assistens tm̃:ut finxit Aueroys ĩ hoc maxime a uero ruens. ℂ Ad hanc ꝑdifficilẽ questionẽ Respondeẽ Q đ firmiter & obnixe tenendũ est Aĩam intellectiuã esse formã hoĩs substantialem ipsum informans & dans sibi esse:ĩtelligendo ꝑ formã substãtialẽ hoĩs pricipiũ ĩtrĩsecũ distinctũ a materia:ꝑ quod homo ẽ homo: sicut per

formam substantialem generaliter intelligimus eam partem compositi: secūdum quā ipsum est hoc aliquid: ut dicit philosophus i secūdo de anima in principio. Per animam uero intellectiuam intelligo illud quo primo homo intelligit. Quibus præmissis sciendum est hunc fuisse errorē Aueroys cōmentatoris: qui: ut patet tertio de anima opinatus fuit intellectum esse quandam substantiam per se abstractam: quæ non unitur homini a principio sui esse: seu cum primo ipse ē homo: sed tantum cum est in annis discretionis. Tunc enim quodāmodo copulatur sibi & continuatur: & potest intelligere. Et ideo tertio de anima cōmento qnto dicit. Quod puero intellectus naturalis est continuatus in potentia tantum. Et infra cōmento. xxxvi. Postq̄ posuit modum quo opinatus est intellectum homini copulari: ait. Iam igitur inuenimus modum: secundum quem: possibile est: ut iste intellectus continuetur nobiscum in postremo: & causam quare non copulatur nobiscum in principio. Et infra. Manifestum est iquit ex hoc quoniā non continuatur in principio: sed in postremo &c̄. Cum igitur puer uere sit homo: & eiusdem rationis cum adulto: & idem adultus sit ipse idem numero & specie: qui fuit puer. Si puer non est homo per intellectum: sequitur ꝙ nullus homo sit homo per intellectum: & per consequens ꝙ intellectus seu substantia illa: per quam intelligit nō est forma substantialis hominis: sicut de forma loquimur in proposito. Sed ꝓfessores huius pniciosissimæ opiniōis respōdēt. Quod forma equoce dicit̄: qa aliqñ sumit̄ ꝓ pricipio cōstitutiuo & aliqñ ꝓ pricipio opatiuo tm̄. Et iō qdā seqntes cōmentatorē dicūt. Quod itellectus est forma: non quidem dans esse: & constituens in actu primo: sed dans operari. Et propter hoc ipse etiam commentator. secundo de anima commento. vii. & libro. iii. cōmento. v. dicit. Quod perfectio & actus dicuntur de anima rationali siue intellectiua: & aliis partibus anime modo equiuoco. ¶ Hæc autem opinio erronea & pestifera: continet explicite quinq; distinctiones: quatuor dicta: & duas cōclusiones. ¶ Prima distinctio talis est. Duplex est forma. Quædam est forma assistens: quæ est solum principium operandi: alia est forma inhærens: quæ est principium essendi: siue existendi: & etiam operandi. Exemplum primi: sicut intelligentia est principiū operandi respectu sui orbis: & non dat sibi esse: & similiter est de anima intellectiua secundū ipsum Aueroym. Exemplum secundi: Vt forma ignis ē principium essendi siue existendi ipsius ignis. & etiam operandi. ¶ Secunda distinctio. Duplex est actus. Quidam est per inhærentiam & informationem sicut anima cogitatiua est actus corporis organici per existentiam & ope-

rationem. Alius est actus per assistētiam & operationē. Et sic secūdū cum anima est actus corporis hois:& intelligētia est actus sui orbis. ❡ Tertia distictio. Homo pōt capi dupliciter. Vno modo proprie:& est entitas, realiter & essentialiter constituta ex corpore: quod est altera pars compositi: tanq̄ ex materia:& quadā aīa: quæ proprie nō est aīa: intellectiua: tanq̄ ex forma substantiali specifica:& illa uocatur aīa cogitatiua: uel ratio particularis: uel uis extimatiua. Alio modo pōt capi homo pro entitate aggregata ex illo composito:& aīa intellectiua assistēte illi cōposito. Et est simile sicut cum dicimus. Quod cœlū pōt capi dupliciter: uno modo pro quodā composito ex materia & forma substantiali cœli. Alio modo pro aggregato ex illo cōposito & intelligentia mouēte cœlum. ❡ Quarta distinctio. Intelligere capiť dupliciter: uno modo pro intelligere particulariter. Et sic intelligere non est aliud: q̄ speculari res: ut imerse sunt conditionibus particularibus materie & fantasmatibus. Alio modo pro intelligere uniuersaliter:& sic non est aliud: q̄ intelligere quiditates abstractas a cōditionibus particularibus materiæ:& a fantasmatibus. Primū est actus adequatus aīæ cogitatiuæ: seu rationi particulari:& secūdum ītelligere est actus adequatus aīæ intellectiuæ. ❡ Quinta distinctio. Anima ītellectiua capitur dupliciter: uno mō cōiter & improprie:& sic aīa cogitatiua: q̄ ab aliis uocať ratio particularis: pōt dici ītellectiua. Alio modo pōt capi ꝓprie ꝑ quadā substātia separata assistēte ipsi homini: quæ ē pricipiū unius actus in hoie: scilicet ipsius intelligere uniuersaliter. ❡ Secūdo ponunť. iiii. dicta. Primū. Anima cogitatiua est forma substātialis hominis:& ꝑ eam homo specifice cōstituiť in esse specifico hois:& specie distinguiť a quolibet: quod nō est homo. Patet: quia habet actum specifice distinctum a forma specifica cuiuslibet: quod nō est hō. Quod est intelligere particulariter. ❡ Secūdum dictū. Aīa itellectiua ē una substātia abstracta & separata: idest q̄dā ītelligētia assistens homini: sicut intelligētia mouēs cœlū assistit cœlo. Patet quia detur oppositum Anima intellectiua erit corpus: aut uirtus in corpore:& sic erit corruptibilis ad corruptionē corporis. ❡ Tertiū dictum. Anima intellectiua nō semper copulatur: aut cōiungitur homini ꝑ assistētiam: sed solum in annis discretionis. Patet ꝑ ea: q̄ supius annotata sunt: qa inconueniens est tam nobilē substātiam esse in aliquo: in quo frustareť suo ꝓprio actu. Modo aīa intellectiua ante annos discretionis hois frustaretur suo ꝓprio actu: qui est ītelligere uniuersaliter. ❡ Quartū sicut motus cœli est effectiue ab intelligētia mouēte cœlum assistēte cœlo & nō sibi inhærēte: sicut motus nauis a nauta assistēte naui: Ita anima

intellectiua est principiũ intellectionis:nõ inhærens:ſed aſſiſtẽs: quæ copulaꝛ homini aduenĩẽtibus annis diſcretionis:& ab ipſo ſeparatur ipſis abeũtibus. Quomodo aũt continueꝛ intellectus nobiſcum ſecũ dum cõmentatorem. Vide in.iii.de aĩa commentis.xviii.&.xxxvi. ¶ Tertio ponunꝛ due cõcluſiones. Prima ẽ iſta Anima intellectiua non eſt forma ſubſtantialis hominis per inhærentiam: ſed ſolum per aſſiſtentiam & appropriationem. Probaꝛ:quia homo ante annos diſcretionis.& poſt:eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ. Ergo habet eandẽ formã ſubſtantialem ſpecificam. Sed homo ante annos diſcretiõis nõ habet animã intellectiuam pro forma ſubſtantiali ſpecifica. Igiꝛ aĩa intellectiua nõ eſt forma ſubſtantialis ſpecifica hoĩs. Confirmaꝛ: qa homo puer & homo adultus ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime:ergo hñt eandem formã ſubſtantialem ſpecificam:ſed per.iii.&.iiii.dictum homo puer nõ habet aĩam intellectiuam: ergo anima intellectiua nõ ẽ forma ſubſtantialis ſpecifica hoĩs. ¶ Secũda cõcluſio. De mẽte & intentione. Ariſtotelis:ut dicit cõmentator p̃dictus:fuit ponere aĩa intellectiuã nõ eẽ formã ſubſtãtialẽ hoĩs.ꝑbaꝛ:qa ꝓprietates aĩæ ĩtellectiuæ nõ pñt cõuenire alicuiq; ſit corpus:aut uirtus in corpore. Illas ãt ꝓprietates demõſtrat phũs de aĩa ĩtellectiua ĩ.iii. ¶ Hæc igiꝛ ẽ opinio cõmẽtatoris a me breuiter hic recitata:q̃ opinio falſa ẽ:imo deteſtabilis & execranda:qa nõ ſolum ẽ contra theologiã & fidẽ noſtrã: ſed ẽt cõtra uerã phiam:& cõtra mẽtem atq; ſñiam Ariſtotelis. Et qa p̃fatus cõmẽtator ĩnuit in multis locis:phũm fuiſſe eiuſdẽ ſñie & opinionis. quã ipẽ aſſerit. Ideo prĩo oſtendã totũ oppoſitum ex dictis Ariſtotelis ſecũdo hoc idem per rationes neceſſarias demonſtrabitur. Quod igitur philoſophus ſenſerit animam intellectiuam eſſe formam ſubſtantialem hominis:& ſpecificam informantem corpus & dantem ſibi eſſe patet primo:qa ſecũdum ipſum. Anima intellectiua eſt ſubſtantia:& eſt actus corporis:ſeu ſecũdum aliam litterã:perfectio corporis. Igiꝛ ipſa eſt forma ſubſtantialis alicuius compoſiti:quod per ipſam ẽ hoc uel illud ſecũdum ſpeciem. Et ultra. Igiꝛ ẽ forma ſubſtantialis: ꝑ quã homo ẽ homo: Antecedẽs patet ſecundum philoſophum ĩ.ii.de aĩa in pricipio ubi ꝓponit ſe uelle dare diffinitionẽ cõĩſſimã de aĩa: & ſtatĩ ex cõĩ cõceptiõe ſupponẽs aĩam eẽ ſubſtantiã::eo q; oẽs oppineꝛ ſubſtãtiam nobiliorẽ eẽ accidẽte:& aĩam oĩbus accidẽtibus:ut dicit ibi commẽtator:ponit diſtĩctionẽ de ſubſtãtia ĩ materiã formã & cõpoſitũ:& formã dicit:ſm quã iã ẽ hoc aliqd. Et poſtea ſubdit:ẽ ãt materia qdem potẽtia:ſpẽs ãt endelichia.i.actus:Et paulopoſt:ſic accipiẽdo actũ cõcludit diffinitionẽ aĩe:qđ ẽ actus corpis &c̃. Ex iis patet:qđ ꝓprie loqꝛ

de forma & actu.s.cõstitutiuo:qui est principiũ essendi:& nõ operãdi tãtum. Et quia ꝓm sniam suã:hæc diffinitio cõis est oĩ aĩæ. Ideo intellectus secũdum ipsum:est taliter forma corporis. Consequẽtia patet: tum ex diffinitione quid nominis formæ:quam præmisit:tum ex differentia formarum substantialium & accidentalium. Nam per substãtialem formam:compositum est hoc uel illud secundum speciem. Et ideo ipsa dat nomẽ & diffinitionem. Non sic accidẽtalis. Et patet quoniam compositum ex aĩa intellectiua & corpore illud est:quod hominem dicimus. ¶ Ad hanc rationem respõdet cõmentator secũdo de anima cõmento.vii.dicens. Quod Aristoteles asserit hanc diffinitionem esse cõmunem:sed conditionaliter loquitur. Quod si aliqua est cõmunis:hæc est:qua dicit. Quod est actus corporis &c̃. Vnde uerba phi sic dicũt. Si aũt aliquid cõmune ĩ omni aĩa:oportet dicere:erit utiq; actus primus corporis phisici organici. Hoc euidentius cõfirmatur. Nam postea datis diffinitionibus de aĩa in cõmuni:ait Phus capi. ii.de intellectu aũt:& perspectiua potẽtia nihil est declaratũ.siue nihil est dictũ:sed uidetur genus alterum aĩe esse. Ex quibus uerbis patet. Quod phus nõ intendit illam diffinitionem cõem esse ẽt intellectui: imo oppositum innuit per hoc:quod addit. Sed uidet genus alterum aĩe esse. Et ideo dicit Cõmentator ibi cõmento.xxi. Quod ex ꝑdicto sermone nõ fuit manifestũ:utrum intellectus sit perfectiõ:aut nõ. Et dicit:quod si intellectus dicat aĩa:hoc erit secũdum equiuocationem. Et in.iii.libro cõmento.v. Ex iis uerbis cõcluditur: ꝙ ꝓm phum. Intellectus nõ est perfectio corporis:aut si est:est alio modo:q̃ aliæ uirtutes aĩæ:& equiuoce illis. ¶ Hæc aũt:quæ cõmentator dicit nõ tollunt rationẽ prædictã. Hæc.n.diffinitio uniuersaliter & generaliter dicta ẽ de omni aĩa:ut Phus dicit:nec sub dubitatiõe hoc protulit: ut patet ex exẽplaribus græcis & trãslatione Boetii. Postmodũ aũt in eodẽ capi. subiũgit eẽ quasdã partes aĩæ separatæ:q̃ nõ sunt nisi ĩtellectiuæ. Relinquit igit ꝙ ille partes sint actus corpis. ¶ Esto ꝙ phus cõditionaliter loquat: Non.n.sequit: ꝙ hæc diffinitio uniuersaliter de oĩ aĩa data nõ sit.q̃a illius cõditionalis antecedẽs ipse asserit:in pricipio capituli: ut supra dictũ est. Rursus paulopost illa uerba. Si aũt aliq̃d cõe &c̃. subdit. Vniuersaliter quidẽ igit dictũ est:quid sit aĩa. Et alia littera hẽt iam diximus. Quid est aĩa uniuersaliter. Præterea phus ĩ sequẽti capi. ꝓbat. Quod aĩa est actus corporis & forma:q̃a ipsa est qua uiuimus: sentimus:mouemur & ĩtelligimus:& ita loquitur de ĩtellectiua: ut patet:sicut de aliis:cum iter alias actiones proprias satis ponat ĩtelligere etiam pluries in illo capi. Item in sequẽti. Potentiarum autem animæ.

mæ uult: q sicut finire est una diffinitio cōis conueniēs cuilibet spēi figere: & nulli propria: ita & de aīa oportet eē cōmunē diffinitionē cōuenietem cuilibet partium eius: iter quas expresse nominat ītellectū: quæ diffinitio nulli illaꝝ sit ꝓpria. Et dicit quod talis cōis diffinitio est illa quam dedit: scilicet q est actus corporis &c̄. Et ut ipsemet dicit: & cōmentator ēt commēto. xxx. Volēs dare cōem diffinitionē aīæ: & dimittens prædictam deridēdus est. Ex iis omnibus manifeste apparet: quod hæc diffinitio data ē generaliter de omni aīa: & q phus uoluit illam diffinitionē ita competere aīæ intellectiue: sicut aliis. ¶ Nec ē cōtra hoc: quod postea subiūgit. De intellectu aūt & perspectiua potentia nihil est adhuc manifestum: sed uidet aīæ alterum genus esse. Non enim p hoc uult intellectum alienare a cōi diffinitione aīæ: sed a propriis naturis aliaꝝ partium: sicut qui dicit. Quod alterum genus animalis est uolatile a gressibili: nō aufert a uolatili cōmunē diffinitionē animalis. Vnde ut ostenderet: in quo dixerit alterum: subiūgit. Et hoc solum contingit separari: sicut ppetuū a corruptibili. Nec est intētio Aristotelis (ut commētator p̄fatus fingit) dicere. Quod nondum est manifestum de intellectu. Vtrum intellectus sit aīa: sicut de aliis pricipiis. Non enim textus uetus & antiquus habet: nihil est declaratum: siue nihil est dictum: sed nihil est manifestum. Quod intelligēdum ē quantum ad id: quod est proprium ei: non quantum ad cōmunē diffinitionem: quia philosophus refert uerbū suum ad unū dubium: qd statim præmisit. Videlicet utrum unaquæq partium aīæ sit separabilis. Quod dubium de qualicūq separatiōe intelligat: s̄m diuersas ex positiones: quæ de hoc dant: non erat adhuc p philosophum declaratum de intellectu. Vtrum separabilis esset. De quibusdā aūt aliis partibus anime dicit. Quod hoc manifestū ē: q non sunt separabiles: sicut imediate subdit: & ante ēt declarauit. Ex diffinitione igit illa: quā philosophus uult cōem eē omni aīæ: habet q intellectus ē actus corporis: q̄uis adhuc non esset declaratum: siue dictum: aut manifestum Vtrum eēt actus separabilis. Dicatur quomodolibet: siue dictum: siue declaratum: aut manifestum: quia hoc non tollis communem anime diffinitionem: ut patet ex iis: quæ superius prælibauimus. Si autē: ut ipsemet commentator dicit. Anima equiuoce dicitur de intellectu & aliis. Primo philosophus distixisset equiuocationem animæ: & postea ipsam diffiniuisset: sicut est consuetudo sua: alias procederetur in equoco: quod non est in scientiis demonstratiuis. Fecisset etiam Aristoteles contra præceptum suum: quod tradit in suis elencis: cum dicit. Quotienscunq aliquis terminus multiplex tibi occurerit. Primo d

stinguas eum:anteq̃ diffinias. Ideo communiter dicitur. Omne multiplex prius est distinguendum:q̃ diffiniendum. Et ideo si anima diceretur equiuoce de intellectu & aliis partibus subiectiuis animæ:philosophus primo distinxisset equiuocationem:anteq̃ diffiniuisset animã. Non ergo perfectio & actus dicuntur de intellectu & aliis partibus animæ modo equiuoco. Philosophus etiam in.ii. de anima numerat intellectum inter potentias animæ. Non est ergo ītellectus extra animam humanam:sed est quædam potentia eius. Item in.iii. de anima incipiens loqui de intellectu possibili: nominat eum partem animæ dicens. De parte autem anime:qua cognoscit & sapit. In quo manifeste ostendit:ꝙ intellectus possibilis sit aliqd animæ humanæ:quo anima humana intelligit:& quod anima intellectiua sit pars subiectiua animæ prius in communi diffinite. Vnde postea subdit Aristoteles. Dico autem intellectum:quo opinatur:& intelligit anima. Fuit igitur expresse intentio Aristotelis:ꝙ anima intellectiua sit forma substantialis hominis:dans sibi esse:& constituens ipsum in esse specifico.

℄Confirmatur hoc etiam ex differentia:quam ipse Philosophus assignat in.xii. Metaphisices inter causas agentes & formales. Dicit enim quod causa agens præcedit illud:cuius est causa. Nulla autem causa formalis præcedit rem:cuius est cã formalis:sed simul ẽ cũ ea. Quando enim inquit sanatur homo:tunc est etiam sanitas:& figura æreæ sphæræ simul est cum ærea sphæra. Et Commentator etiam ibi commento.xvi. exponendo. Cum inquit Agens differat a formali: quia agens & mouens præcedit illud:quod agitur & mouetur ab eo. Formalis aũt & materialis est cum generatione. Sed dubium est secũdum philosophũ. Vtrum aliqua talis causa. scilicet formalis remaneat post corruptionem compositi. Si autem inquit Philosophus & posterius aliquid manet perscrutandum est. In quibusdam enim nihil prohibet ut si est Anima tale:scilicet remanens post corruptionem compositi: non omnis:sed intellectus. Omnis nanq̧ impossibile forsan. ℄Ex iis patet:quod philosophus opinatus est animam intellectiuam esse formalem causam alicuius:alias non eẽt dubium. Vtrum aliqua causa formalis remaneat post. Si autem est causa formalis:sequitur ꝙ ẽ forma dans esse. Sic enim accipit Philosophus ibi causam formalẽ. Qđ etiam confirmatur ex expositione commenti. Nam ubi littera nostra habet. Quæ autem ratio simul. Littera commenti habet. Quæ autẽ sunt illa sunt simul. Et commentator exponit:idest causæ:ꝓpter quas res fit omne ut unum. Vel ut aliqui libri habent:propter quas fit ens & unum:sunt cum eo quod ꝑ ipsas fit totum simul:cum talem dispo

sitionem habeant in congregato: sicut partes in toto. Sic ergo intelle-
ctus est causa formalis alicuius compositi: quod per eum: tanq̄ per for-
mam est hoc: uel illud. Tale autem compositum est: quod homo uo-
catur. Fuit igitur intentio & sententia Aristotelis. Quod Anima in-
tellectiua est forma substantialis hominis dans sibi esse: per quam ho-
mo est homo: & per quā intelligit: & constituitur in esse specifico. Et
hoc est primum: quod paulo ante probare spopondimus. ¶ Nunc ue-
ro secūdum promissa rationibus euidentissimis & necessariis eādem
conclusionem demonstrabimus. Animam uidelicet intellectiuam eē
formam hominis specificam. Quarum prima talis est. ¶ Nā secun-
dum doctrinam Aristotelis: oportet ex actibus principia actuum cō-
siderare. Ex ipso quidem actu proprio intellectus: qui est intelligere:
primo hoc considerādum uidetur. In quo nullam firmiorem rationē
habere possumus ea: quā ponit Aristoteles: & sic argumētat̄. Anima
est principium: quo uiuimus: & ītelligimus: ergo & ratio q̄dam & spe-
cies corporis cuiusdā. Et adeo adhuc rationi innitit̄ p̄bus: ꝙ eam dicit
esse demonstrationē. Nam in principio capituli sic dicit. Non enim so-
lum quodq̄d ē oportet diffinitiuā rōnem ostēdere: sicut plures termi-
noꝝ dicūt: sed & causam inesse & demonstrare. Et ponit exēplū: sicut
demonstratur. Quid est tetragonismus idest quadratum per inuen-
tionem mediæ lineæ proportionalis. Virtus autem huius demon-
strationis & insolubilitas apparet: quia quicunq; ab hac uia diuertere
uoluerit: necesse habet inconueniens dicere. Manifestum est enim
quod hic homo singularis intelligit: puta sortes uel Plato: quod ne-
gare non posset respondens: nisi intelligeret esse negandum. Ne-
gando igitur ponit & affirmat. Nam uel affirmare uel negare in-
telligentis est. Nec ēt unquā de intellectu quæreremus: nisi ītelligere-
mus. Nec cum quærimus de intellectu: de alio principio quærimus:
q̄ de eo: quo nos intelligimus. Vnde & Aristoteles dicit. Dico autē
intellectum: quo intelligit anima. Concludit autem sic Aristoteles
Quod si aliquid est primum principium: quo intelligimus oportet
illud esse formam corporis: quia ipse prius manifestauit. Quod il-
lud: quo primo aliquid operatur: est forma. Ttransmutatio enim ar-
guit materiam: operatio uero formam: ut dicit commentator in li-
bro de substantia orbis. Quod autem operatio arguat formam:
Vel ex hoc patet: quia unum quodq; agit: inquātum est ens actu. Est
autem unumquodq; actu per formā. Ergo necesse est illud: quo pri-
mo aliq̄d agit: eē formā. Si autem hic homo intelligit: oportet: quod id
quo formaliter intelligit: sit forma eius: quia nihil agit: nisi inquan-

tum est actu: ut pauloante patuit. Illud ergo: quo agens agit est actus eius: sicut calor: quo calidum calefacit est actus eius. Intellectus igitur quo homo intelligit: est firma huius hois: & eadem rõne illius. Si aũt dicas ꝙ principium huius actus: qui est intelligere: quod quidem principium intellectum nominamus: uel animam intellectiuam: non sit forma: oportet te inuenire modum: quo actio huius principii sit actio huius hominis. Experitur enim unusquisq; seipsum intelligere. Attribuitur autem aliqua actio alicui tripliciter: ut patet per philosophum in. v. phisicorum. Dicitur enim mouere aliquid: aut agere: uel secũdũ se totum: sicut medicus sanat: aut secũdum partem: sicut homo uidet per oculum: aut per accidens: sicut dicimus ꝙ album ædificat: quia accidit ædificatori esse album. Cum igitur dicimus sortem: aut Platonẽ intelligere: manifestum est: ꝙ non attribuitur ei per accidens. Attribuitur enim ei inquantum est homo: quod essentialiter prædicatur de ipso. Aut ergo oportet dicere: ꝙ sortes intelligit secundum se totum: sicut Plato posuit dicens hominem esse animam intellectiuam: aut oportet dicere: ꝙ intellectus sit aliqua pars sortis. Primum quidem stare non potest: propter hoc ꝙ ipse idem homo est: qui percipit se intelligere & sentire. Sentire autem non est sine corpore: ergo homo nõ est anima tantum: nec est solum intellectus: sed est aliquid compositum ex anima & corpore. Hoc inferius latius demonstrabitur. Q đ homo non sit anima tantum. Necesse est ergo dicere intellectum eẽ aliquam partem sortis: & similiter corpus esse aliquam partem eius. Ergo intellectus: quo sortes intelligit: corpori sortis unitur. ℭ Auerroys autem in iii. de anima ponens huiusmodi principium intelligendi: quod dicitur intellectus possibilis: non esse animam: nec partem animæ: nisi equiuoce: sed pocius ꝙ sit substantia quædam separata: dixit ꝙ illius intelligere substantie separate est intelligere mei: uel illius: inquantum intellectus ille possibilis copulatur mihi uel tibi per fantasmata: quæ sunt i me: uel in te. Quod sic fieri dicebat. Species enim intelligibilis: quæ fit unum cum intellectu possibili: cum sit forma & actus eius: habet duo subiecta. Vnum ipa fantasmata: quæ sunt in organis corporeis: aliud uero intellectum possibilem. Et sic per speciem intelligibilem continuatur intellectus possibilis corpori huius: uel illius hominis. Et cum continuetur nobis per formam suam mediantibus fantasmatibus: dũ intellectus possibilis intelligit: hic homo: & ille homo intelligit.

ℭ Hanc autem positionem tripliciter constat esse fictitiam & falsam. Primo quidem: ꝙ sic continuatio intellectus ad hominem non esset secundum primam eius generationem: ut Theophrastus dicit: cuius q

dem uerba inferius recitabimus:& Ariſtoteles hoc etiam innuit in .ii.
phiſicorum:ubi dicit ꝙ terminus naturalis conſiderationis de formis
eſt ad formam:ſecundum quam homo ab homine generatur & a ſole.
Manifeſtum eſt autem ꝙ terminus conſiderationis naturalis eſt intel-
lectus. Sed ſecundum poſitionem Aueroys. Intellectus non continu-
atur homini ſecundum ſuam generationem:ſed ſecundum operatio
nem ſenſus:inquantum eſt ſentiens in actu. Fantaſma enim ē motus
factus a ſenſu ſecundum actum:ut dicitur i.iii.de anima.ii. uero quia
iſta coniunctio non eſſet ſecundum aliquid unum:ſed ſecundum di-
uerſa. Manifeſtum eſt enim ꝙ ſpecies intelligibilis ſecundum ꝙ eſt in
fantaſmatibus:eſt intellecta in potentia tantum: ſecundum autem ꝙ
eſt in intellectu poſſibili:eſt intellecta in actu. Secundum igitur:ꝙ eſt
in intellectu poſſibili:non eſt in fantaſmatibus:ſed magis a fantaſma
tibus abſtracta. Si ergo ſpecies intelligibilis non eſt forma intellectus
poſſibilis:niſi ſecundum ꝙ eſt abſtracta a fantaſmatibus.ſequitur ꝙ ꝑ
ſpeciem intelligibilem non continuatur ītellectus fantaſmatibus ſed
magis ab eis eſt ſeparatus:niſi forte dicatur:ꝙ intellectus poſſibilis cō
tinuatur fantaſmatibus:ſicut ſpeculatum continuatur homini: cuius
ſpecies reſultat in ſpeculo. Quæ quidem poſitio impoſſibilis eſt: quia
talis continuatio non ſufficit ad continuationem actus. Manifeſtum ē
enim ꝙ actio ſpeculi: quæ eſt repræſentare:non propter hoc poteſt
attribui homini: Vnde nec actio intellectus poſſibilis propter prædi-
ctam copulationem poſſet attribui huic homini: qui eſt ſortes: ut hic
homo intelligeret. iii. quia dato ꝙ una & eadem ſpecies numero eſſet
forma intellectus poſſibilis:& eſſet ſimul in fantaſmatibus:nec adhuc
talis copulatio ſufficeret:ad hoc ꝙ hic homo ītelligeret. Manifeſtum
eſt enim. ꝙ per ſpeciem intelligibilem aliquid intelligitur: ſed per po-
tentiam intellectiuam:aliquis intelligit:ſicut etiam per ſpeciem ſenſibi
lem aliquid ſentitur:per potentiam uero ſenſitiuam: Aliquis ſentitur:
Vnde paries:in quo eſt color:cuius ſpecies ſenſibilis in actu eſt in uiſu
uidetur:& non uidet: Animal autem habens potētiam uiſiuam: i qua
eſt talis ſpecies:uidet talis eſt autem prædicta copulatio ītellectus poſ
ſibilis ad hominem:in quo ſunt fantaſmata:quorum ſpecies ſunt in i
tellectu poſſibili:qualis eſt copulatio parietis:ī quo eſt color:ad uiſum
in quo eſt ſpecies ſui coloris: Sicut igitur paries non uidet: ſed uidet
eius color:ita ſequeretur ꝙ homo non ītelligeret:ſed ꝙ eius fantaſma
ta intelligerentur ab intellectu poſſibili Impoſſibile eſt ergo ſaluari ꝙ
hic homo intelligat ſecundum poſitionem Aueroys Neceſſe eſt igi-
tur ꝙ intelligat per animam intellectiuam:quæ eſt altera pars compo

siti:quod componitur ex ea tanq̃ ex forma:& ex corpore tanq̃ ex materia. Qui autem theologos peculiares habent:uidebũt me ex perspicuo & lepidissimo fonte hos riuulos deduxisse. Optimus enim panis sine furfure:non nisi ex farrina Aquinatis illius Thomæ confici potest. Gregorius etiam Ariminensis ordinis hæremitarum i.ii. S.di.xvii.q. prima Arguit contra modum istum continuationis intellectus possibilis sic præcise. Consequenter inquit Arguo contra modum dicendi commentatoris de continuatione intellectus possibilis. Dicit enim ꝙ continuatur nobis per pati:hoc est recipere:quia scilicet recipit intentionẽ a specie imaginatam:quæ est in homine. Si enim taliter præcise continuaretur homini:sequitur ꝙ homo nullo modo intelligeret: qualitercũq; capiatur homo cuius oppositum ipse nititur saluare per talem continuationem Consequentia probatur:quia si per talem continuationem præcise intelligeret:eadem ratione paries coloratus: uel aggregatum ex pariete & uisu uideret. Quod nullus diceret: nisi qui omnino uisu mentis careret Patet discursus:quia color existens in pariete causat uisionem ĩ uisu:& uisus recipit ab ipso:uel natura:aut causa operans:prius habet principium operandi:q̃ operetur per illud. Nã potentias prius accipimus:deinde operationes reddimus. Vt dicitur in.ii.ethicorum. Igitur prius aliquo modo homo habet intellectum:q̃ per ipsum intelligat. Igitur & prius q̃ intellectionem intellectus recipiat:& per consequens ante receptionem illam ĩtellectus aliquo modo unitus ẽ hoĩ:aut si ñ:seqꝛ ꝙ hõ ꝑ ipsum ñ ĩtelligat. Præterea si Aliqs puer portareꝛ extra cõsortiũ hoĩum ad locũ ĩhabitatũ & plurimũ distãtẽ:cõstat ꝙ ueniẽs ad ætatẽ ꝑfectã aliqd ĩtelligeret:& aliquas ueritates naturaliter cognosceret:quæ ñ nisi ꝑ intellectũ possunt appræhendi. Igitur secundum istam uiam eius species imaginata intentionem causaret in intellectu possibili. Et quia nec in non existens:nec in quãtum libet distans potest agere aliqua uirtus naturalis actione uera:seu corporali:seu spirituali:sequitur ꝙ uel tunc ibi de nouo causatur intellectus:quod nec etiam ipse commentator concederet:uel ꝙ ille intellectus prius existens:illuc aliunde accedat:quia absq; ratione dictum apparet:ꝙ uel ibi prius erat:& hoc uel spontanee tantum: quod non est dicendum:alias poterat abfuisse:& non aduenisse:& per consequens ĩ eius potestate fuit:ut ille puer nunq̃ intelligeret. uel erat illi puero naturaliter præsens & proximus:& tunc de tali coniunctione naturali q̃rendum est qualis sit:nec apparet alia: q̃ coniunctio formæ ad materiam. Nec ualet dicere ꝙ substantia spiritualis nulli est localiter propinqua:aut distans:quoniam quamuis ipsa non circunscriptiue seu di

mensiue sit alicubi: est tamen diffinitiue alicubi: quia non est ubiq;. Nõ enim philosophus: nec ipse cõmẽtator hoc negaret. Vnde motorem celestem dicunt esse determinate in circunferentia sphæræ ad partem orientalem. ¶ Præterea super illo uerbo philosophi. ii. de anima quæ uero est secundum potentiam tempore prior in uno est. Vel secundũ litteram aliam indiuiduo est: dicit cõmentator exponendo cõmento. xx. Secundum opinionem enim nostram & themistii intellectus qui ẽ in potentia prius continuatur nobis: q̃ intellectus agens: & oportet ꝙ intelligat de prioritate etiam temporis: alias non exponeret textum. Igitur oportet eum dicere ꝙ ĩtellectus possibilis sit homini huic demõstrato prius continuatus: q̃ a fantasmate eius aliquid recipiat: & per consequens oportet cõmentatorem assignare aliam continuationem priorem. Prima consequẽtia probatur: quia ĩtellectus possibilis prius recipit: q̃ agẽs abstrahat: quinimo ait ipse cõmento. xviii. ꝙ ĩtellectus: qui est abstrahere intellectum & causare eum: necesse est: ut præcedat in nobis intellectum: qui est recipere eum. Et cõmento. xxxvi. Ista inquit actio. s. causare intellecta & facere ea ẽ prior in nobis: q̃ actio: quæ est intelligere. Igitur intellectus agẽs prius saltem causaliter continuatur homini: q̃ possibilis aliquid recipiat a fantasmate eius & per consequẽs ipse possibilis prius cõtinuatᷣ: q̃ recipiat. ¶ Secũdo Idem Gregorius Ariminensis ibidem arguit contra continuationem ĩtellectus agentis cum homine dicens. Aut enim hæc continuatio intelligenda est præcise ẜm contactum uel simultatem localem: aut ẜm contactũ uirtualem: qui est per actionem unius in alterum: aut per quendam cõcursum in causando eundem effectum cõmunem: aut per informationem ueram. Nõ enim apparet alius modus possibilis naturaliter: quo substantia spiritualis possit concipi continuari cum homine. Sed non potest dici primum: ut supra dictum est de possibili intellectu: nec ẜm qa ut dicit cõmẽtator: nec fantasma agit aliqd ĩ ĩtellectũ agẽtẽ: cũ ñ sit ĩ potẽtia: nec ecõuerso ĩtellectꝰ agẽs qcq̃ agit in fantasma: ut patet per eundẽ. iii de aĩa cõmẽto. v. cõtra Auẽpace Nec tertiũ: quod tñ magis trahi posset ex dictis eiꝰ: qa tũc ñ magis uniretᷣ ĩtellectꝰ agẽs hoĩ: q̃ lumẽ existẽs ĩ medio colorato corpori. Simul. n. & ĩdiuise cõcurrũt ad causandũ uisionẽ: sicut fantasma cũ ĩtellectu agẽte ad cãdũ spẽm uel intellectionẽ. ¶ Præterea si duo agẽtia ptialia cõcausent: ñ ex hoc sic dr̃ unũ forma alteriꝰ: aut agregati ex eis: neq; agregatũ: aut altera ps dr̃ agerᷣ p alterã: sic p suã formã: & tñ hoc dr̃ agerᷣ p ĩtellectũ agẽtẽ sic p ꝓpriã formã ẜm cõentatorẽ. iii. d. aĩa cõmto. xxxvi. Sic ergo patet ꝙ talis modꝰ cõtiuatõis uel uniõis intellectus cũ hoĩe ñ sufficit ad saluãdũ.

Quod homo possit intelligere: quemadmodum se intelligere experit & necesse est ponere: quantum ex iis: quæ naturaliter compræhendi possunt. Quod anima intellectiua sit forma hominis informans humanum corpus & constituens hominem in esse specifico. Nec obstat quod quidam theologi inducunt de Xpo: qui per diuinitatem intelligit & cognoscit omnia: & tamen diuinitas non est forma informans Xpi humanitatem: quia q̃uis diuinitas non sit forma humanitatis: nihilominus tamen: licet modo incompræhensibili a nobis. cũ ipsa humanitate constituit unum suppositum: ita per se unum: sicut aliquod creatum suppositum. Et ita uere illud constitutum benedictum: quod Xpus uocatur: est deus per diuinitatem: sicut animal aliquod uere est animal per suam animam. Sed in proposito secundum uiam cõmentatoris non potest saluari. Quod homo sit sic unus: aut sit homo per itellectiuam: neq; per aliquam aliam uiam nobis naturaliter compræhensibilem: nisi ponatur. Quod anima intellectiua informet corpus humanum: q̃uis in multis conditionibus differenter ab aliis formis.

¶ Hæc ille. Cum igitur propria operatio hominis sit intelligere secũdum philosophum in. iii. de anima: & in primo ethicorum: & propria operatio non sit nisi a propria forma sequitur. Quod anima intellectiua sit propria forma hominis: dans sibi esse: per quam homo ẽ homo.

¶ Nonnulli autem defensores. Aueroys uidentes hanc continuationem nullo modo substineri: nec substentari posse: quia hac non successit: alia agrediuntur uia: & ad prædictam rationem respondent per distinctiones: quos de mente Aueroys supius annotauimus: dicẽtes. Quod forma est duplex: quædam dans esse & operari: quædam uero operari tantum. ¶ Secundo distigunt de homĩe. Nam uno modo sumitur pro essentia aliqua per se una: & sic est quædam essentia composita ex corpore: tanq̃ ex materia: & anima cogitatiua tãq̃ specifica eius forma quæ etiam aliquando: ut dicunt: uocatur ab Aristotele intellectus & ratio. Et aliqui etiam doctores uocant eam rationem particularem: quia ipsa: recepit intentiones particulares tantum: & discurrit in illis. Dicit enim præfatus Aueroys. Quod homo differt specie a brutis per intellectum: quem Aristoteles uocat passiuum: qui est ipsa uis cogitatiua: quæ est propria homini: loco cuiꝰ alia animalia habent quandam estimatiuam naturalem. Huius autem cogitatiue uirtutis est distiguere ĩtentiones idiuiduales: & cõparare eas adinuicẽ: sicut intellectus: q̃ ẽ separatus & ĩmixtus cõparat & distinguit ĩter intentiões uniuersales. Et qa p hãc uirtutẽ simul cum cogitatiua & memoratiua pparant fantasmata: ut recipiãt actionẽ ĩtellectus agentis a quo fiunt

intelligibilia actu: sicut sunt aliquæ artes præparantes materiam artifici principali. Ideo prædicta uirtus uocatur nomine intellectus & rationis: de qua medici dicunt. Quod habet sedem in media cellula capitis. Et secundum huius dispositionem uirtutis: differt homo unus ab alio ingenio: & in aliis: quæ pertinent ad intelligendum: & per usum huius & exercitium acquirit homo habitum scientie. Vnde habitus scientiarum sunt in hoc intellectu passiuo: sicut in subiecto: & hic intellectus passiuus a principio adest puero: per quem sortitur speciem humanam: antequam actu intelligat. Alio modo accipitur homo pro quodam aggregato ex homine primo modo sumpto: & anima intellectiua: seu intellectu sibi coniuncto Et sic non est per se unum: quamuis sit aliquo modo plusquam per aggregationem simpliciter dictam: propter naturalem unionem & inclinationem: quam sue partes habent ad inuicem. ¶ iii. distingunt de intelligere. Nam quoddam est intelligere particulariter: & illud est operatio cogitatiue. Quoddam est intelligere uniuersaliter Et illud est operatio propria animæ intellectiue: seu intellectus proprie sumpti. ¶ His autem distinctionibus ad formam rationis sic respondent. Cum enim dicitur Quod homo intelligit: Si accipiatur intelligere secundo modo: uera est de homine secundo modo accepto: non autem de homine primo modo accepto. Et ulterius conceditur: quod intelligit per suam formam appropriatam & dantem sibi operari tantum: non autem per aliquam dantem sibi esse: quia nec homo sic sumptus est aliquid per se unum. Si uero accipiatur intelligere primo modo. scilicet particulariter: Vera est de homine primo modo sumpto: & ultra conceditur Quod per suam formam: quæ utique est anima cogitatiua. ¶ Hæc fuga & hæc responsio multipliciter deficit. Primo enim deficit in hoc: quia ponit aliquam formam dantem operari: & non dantem esse. Non. n. est possibile: Quod aliqua res operetur per aliquam formam: tanquam per principium operandi: quin per illam aliquo modo habeat esse: sicut impossibile est quod aliquid calefaciat per calorem aliquem: nisi per illum fiat calidum. Et ita generaliter per nullam formam aliquid potest agere: nisi habeat esse per illam. Alias simili modo posset dici quod uestis sentit: quia uestitum sentit: & quod corpus in quo locatur angelus intelligit: quia angelus intelligit. Quod friuolum est & absurdum. ¶ Confirmatur ex intentione philosophi. ii. de anima ubi dicit actum primum esse priorem actu. ii. & quod secundus alicui inest: quia illi inest primus. Vnde ait. In existere enim animam: & somnus & uigilia est. ¶ ii. si hoc esset uerum: sequeretur quod per nullam operationem alicuius animalis posset conuinci quod anima eius esset forma dans illi esse. Semper. n. dicet aduersarius quod illa anima dat ei operari tantum: & nulla dat esse: aut constituit in esse spe

dífico. ¶ Præterea dicant mihi tales defensores Aueroys. Quomodo philosophus probat ꝙ anima sit actus corporis: si ipsa potest dare operari: non dando esse. Sicut enim tu dicis ꝙ intellectiua dat operari tm̄: & nō est actus corporis: ita ego dicam tibi ꝙ sensitiua leonis: & etiam motiua dat ei operari tm̄: & non est actus eius Certus sum enim ꝙ huiusmodi oppositum non magis est euidens: q̄ illius. Et ita: ut prætãgebat: de nulla sufficienter probat ꝙ sit actus corporis īformans: & dãs esse composito. ¶ ii. deficit solutio in eo: quod consequenter ponit de illo homine aggregato &c̄. Primo quidem: quia sequeretur: ꝙ non idē ipse homo qui intelligit particulariter: intelligit uniuersaliter: nec conuerso: patet processus: quia Nullum aggregatum est pars sua. Homo autem intelligens particulariter ſm istam solutionem: est pars homis aggregati: qui intelligit uniuersaliter: sed consequens est contra experientiam manifestam. Experior. n. ꝙ ego ipse. qui intelligo particulariter: intelligo uniuersaliter: & ita puto ꝙ ipsemet Aueroys experiebat & quilibet homo potest experiri: qui discernere nouit inter intelligere particulariter: & intelligere uniuersaliter. ¶ Sed dicunt ad hoc ꝙ ego experiens me intelligere uniuersaliter & particulariter: sum homo aggregatus: & per unam mei partem. s. per hominem per se unum experior me intelligere particulariter: & per aliam partem. s. ītellectum experior me ītelligere uniuersaliter. ¶ Contra. Primo qa aliquod aggregatur experiatur se aliquid operari ualde improprie dicitur hoc enim pacto posset dici ꝙ conuentus uel populus experit se operari id: quod operatur unus de conuentu: uel de populo: & ꝙ uniuersum: uel mundus experit se cognoscere futura: quia deus cognoscit futura. Quod nullus sane mentis compos diceret. ¶ ii. Aliquis homo per se unus in specie humana potest intelligere particulariter per formam sibi dantē esse: sicut isti concedant: igitur Aliquis homo p se unus per formã sibi dantem esse potest intelligere uniuersaliter. Patet discursus: quoniam quicũꝙ intelligit uniuersaliter: ita experitur se intelligere: quando intelligit: & ita in sua potestate habere huiusmodi operationem: sicut aliquis experiens se intelligere particulariter experiatur se sic ītelligere: & huiusmodi operationem habere ī propria potestate: & p consequēs illa operatio ita est a forma dante esse intelligenti: & ita ītima sibi: sicut est forma: a qua est ista. Et ita ille intelligens est unus per se homo sicut & iste: aut si proteruit negeт de isto: parit negari poterit de illo: & dicit ꝙ nec aĩa cogitatiua cõstituit aliquid unũ p se: sicut nec intellectiua: nec unq̄ ꝓbabit oppositũ: qn æque fortiter: uel fortius ꝓbet de ītellectiua: cũ ista ītellectio magis appareat ꝓpria hoī: aut saltē non minus.

¶ Hæc aũt non ex mea sñia deprompta sunt: sed ex theologorum̃ fontibus emanarunt. Ea. n. quæ diuersis in locis per ipsos prolata sunt: hæc ego colligere: atq; ordinate in unum hic redigere procuraui. ¶ Si aũt uis scire qualiter impossibile sit Animam cogitatiuam esse formã substantialem hominis: uide diuum Thomam in sũma contra Gentiles: ubi rationibus q̃ plurimis & euidentissimis probat hoc esse impossibile: & consequenter etiam arguit contra modum continuationis intellectus possibilis nobiscum: quem ponit Aueroys: & quomodo impossibile sit eundem intellectum esse substantiam separatam: & eẽ unum in omnibus hominibus mundi. Visum est autem mihi superfluũ contra unitatem intellectus in omnibus mundi hominibus arguere: quia cum probemus animam rationalẽ esse formam hominis: per quã homo est homo: satis etiam demonstramus impossibile esse. Q d̃ sit unus intellectus numero: siue una anima numero in omnibus hominibus mũdi. Valet enim ista consequentia. Anima ẽ forma substantialis hominis dans sibi esse & informans corpus humanum ergo non est una anima in omnibus hominibus mundi. Patet discursus: quia impossibile est ꝙ forma eadem numero sit diuersorum ꝭm numerum: quia diuersorum ꝭm numerum non est idem esse. Vnumquodq; autem habet esse per suam formam. Ergo prædicta consequentia tenet. Probãdo igitur unum: consequẽter etiam aliud inferimus. ¶ Sed ut cœptis insistamus: Nonnulli alii uidentes per nullas distinctiones uiam Aueroys posse saluari: ꝙ hic homo intelligat: in alium prolabuntur errorẽ: dicentes ꝙ intellectus unitur corpori: ut motor: & eo modo ex intellectu & corpore fit unum: sicut ex mouente & moto. ¶ Et cũ ĩtellectus sit pars huius hoĩs: ideo opatio intellectus attribuit̃ huic hoĩ: sicut opatio oculi: quæ ẽ uidere attribuit̃ huic hoĩ qui ẽ quoddã totũ. Dicũt ergo isti ꝙ aĩa ẽ in corpore: sicut nauita ĩ naui: & sic unio aĩe ad corpus: nõ eẽt nisi ꝑ contactũ uirtutis ¶ Hæc autem positio uana ẽ & friuola ꝭm doctorem sanctum in prima parte suæ sũmæ theologicæ quæstione. lxxvi. ar. i. propter. iiii. rationes: quarum prima est: quia intellectus non mouet corpus: nisi per appetitum: cuius motio præsupponit operationem intellectus. Non ergo: quia mouetur sortes ab intellectu: iõ intelligit: sed potius econuerso. quia intelligit: ideo ab intellectu mouetur sortes. ¶ ii. ratio est: quia cum sortes sit quoddam indiuiduum in natura: cuius essentia est una composita ex materia & forma: si intellectus non sit forma eius: sequitur ꝙ sit præter eẽntiã eius. Et sic ĩtellectꝰ cõpabit̃ ad totũ sortẽ: sicut motor ad motũ. Intelliger̃ aũt ẽ actio imanens & quiescẽs ĩ agẽte: non aũt transiẽs ĩ alterum̃ sicut calefacere. Non

ergo intelligere potest attribui sorti: per hoc ꝙ est motus ab intellectu. ℂiii. quia actio motoris nunq̄ attribuit moto: nisi sicut instrumento: sicut actio carpentarii serae. Si igitur intelligere attribuitur sorti: quia est actio motoris eius: sequitur ꝙ attribuitur ei sicut instrumento Q đ est contra p̄lm: qui uult ꝙ intelligere non sit per instrumentum corporeum. ℂiiii. quia licet actio partis attribuitur toti: ut actio oculi hominis: nunq̄ tamen attribuitur alii parti: nisi per accidens forte. Nō. n. dicimus ꝙ manus uideat: p̄ hoc ꝙ oculus uidet. Si ergo ex ītellectu & sorte fit unum: actio intellectus nō potest attribui sorti. Si uero sortes est totum: quod componitur ex unione ītellectus ad reliqua: quae sunt sortis: & tamen intellectus non unitur aliis: quae sunt sortis: nisi sicut motor: sequitur ꝙ sortes non sit unum simpliciter: & per consequens nec ens simpliciter sed per accidens. Sic enim aliquid est ens: quomodo est unum. ℂSequit̄ etiam Q đ sortes non sit in specie: nec ī genere: & ulterius ꝙ non habeat aliquam actionem: quia actio non est nisi entis. Vnde non dicimus Q đ intelligere nautae sit intelligere huius totius: quod est nauta & nauis: sed nautae tantum. Et similiter intelligere non erit actus sortis: sed intellectus tantum utentis corpore sortis. In solo enim toto: quod est aliquid unum & ens: actio partis est actio totius. Et si quis aliter loquitur impropriae loquitur. ℂAliq uero alii his rationibus compulsi: ut facilem modum euadendi inueniant: in aliam diuertunt uiam: dicentes Q đ hoc indiuiduum: quod est sortes nō est aliquid compositum ex intellectu & corpore animato: neq; est corp⁹ animatum: sed est solum intellectus Addunt praeterea isti Q đ haec ē sententia Aristotelis in. ix. ethicorum: qui dicit Q đ homo est suus intellectus. Sed haec opinio erit iam Platonis: qui ut Gregorius nicenus refert: propter hanc difficultatem posuit Q đ homo nō sit aliquid cō positum ex anima & corpore: sed ꝙ homo sit anima utens corpore: sicut Petrus non est aliquid compositum ex homine & indumento: sed est homo utens indumento. Et sic dicebat Plato Q đ ipsum compositum ex anima & corpore nō est homo: sed ꝙ ipsa anima īduta corpor̄ est homo. ℂPlotinus etiam (ut Macrobius refert) ipsam animam hominem esse testatur dicens Qui uidetur: non ipse uerus homo est: sed ille: a quo regitur: quod uidet̄. Sic cum morte animalis discedit animatio cadit corpus a regente uiduatum. Et hoc est: quod uidetur in hoīe mortale. Aīa uero: q̄ ē uerus hō ē ab oī mortalitatis cōditione aliena. ℂHaec ille. Iste aūt Plotinus fuit unus de magnis cōmētatoribus īter cōmētatores Aristotelis: ut dicit Simplicius ī cōmēto praedicamentoꝝ Themistius ēt huius opiniōis fuisse uidet̄: sicut nōnulli theologorum

asserunt. Sed dicēdum ad hoc: quia uerum ē. Quod Aristoteles dicit in. ix. Ethicorum. Quod boni hoīs ē bonum elaborare: etiā sui ipsius gratia. Intellectus enim gratia unusquisq; eē uidet. Quod quidē Aristoteles nō dicit proprter hoc quod homo sit solus intellectus: sed qa id: quod est in hoīe principalius: est intellectus. Vnde & in sequētibus dicit. Quēadmodum ciuitas principalissimum sui maxime esse uidet & oīs alia constitutio: sic & homo. Sed in hoīe principalissimū ē intellectus. Nam unusquisq; homo: uel est intellectus: uel maxime. Alique translationes habēt. Ergo homo maxime uidet eē intellectus uel itellectualis: & ex praedictis uidet: quod denominatio fit a principaliori. ℂ Haec ille. Dicit etiam sic p̄hus in. x. ethicorum. Vnūquodq; maxime dicitur eē principalissimū sui. Ergo homo pōt dici intellectus: qa itellectus est principalissimū hoīs. Ex quo iterum habet. Quod denominatio fit a principaliori. ℂ Haec ille. Sed hoc dictum coincidit cum priori: imo ē idem. Per hunc igit modum Arbitror themistiū & plotinum in uerbis inductis sensisse. Quod homo est aīa uel intellectus. Quod enim homo non sit. Intellectus tantum: uel anima tantū. multiplicetur probatur. ℂ Primo quidem ab ipso Gregorio niceno: qui iducta opinione Platonis subdit. Habet autem hic sermo difficile uel indissolubile quid: qualiter unum esse potest cum indumento anima. Non enim unum ē tunica cum induto. ℂ Secūdo quia philosophus in. vii. Methaphisices probat: quod homo & equs & similia non sunt solum forma: sed totum quoddam ex forma & materia: ut uniuersale: singulare uero ex ultima materia & forma: ut Socrates. Iam ē & in aliis similiter. Et hoc probauit per hoc: q nulla pars corporis pōt diffiniri sine parte aliqua anime. Et recedente anima: nec oculus nec caro dicuntur: nisi equiuoce. Quod non esset: si homo aut Socrates esset tantum intellectus: aut anima. ℂ Tertio sequeretur. Quod cū intellectus non moueat: nisi per uoluntatem: ut probatur in. iii. de anima. Quod hoc eēt subiectum uoluntati: ut retineret homo corpus dum uellet: & abiiceret: cum uellet. Quod manifeste patet esse falsum. ℂ Relinquitur igitur solus modus: quem ponit Aristoteles: quod hic homo intelligit: puta sortes: quia principium intellectiuum est forma ipsius. Sic ergo ex ipsa operatione intellectus apparet. Quod intellectiuum pricipiū unitur corpori: ut forma. ℂ Ex hoc eodē medio Gregorius arimenensis in. ii. S. di. xvii. q. pria. probat itentum sic. Haec inquit ē ratio cōmunis: quae sumitur a philosopho in. iii. de anima: quae talis est homo intelligit: & non se ipso primo: neq; per materiam suam primo. Igit in formam suam aliquam primo intelligit. Et ultra. Igitur

anima itellectiua e forma hominis. Sed non accidentalis. Igitur sub/ſtãtialis. Pria ps añcedẽtis nota ẽ p experiẽtiã. Expirĩ.n.aliqs hõ ſe itelligere.ii.ps & tertia ẽt ſunt clare: cũ materia eiuſdẽ rõnis ſit ẽt in rebus carẽtib⁹ naturalit cognitõe. Prim⁹ diſcurſus ẽt ẽ euidẽs. qa oĩs opatio cõpetẽs alicui cõpoſito: cõpetit illi: uel pcisẽ p ſuã materiã uel p ſuam formã pcise: uel p utrũq: cũ pter hæc nihil ſit ei⁹. Alioqn ñ plus cõpetit ſibi: q̃ cuilibet alteri. Secũdus pceſſus ẽt ẽ notus: ex qd nois aĩe intellectiue ſupra pmiſſo. Mior ppoſitio ſillogyſmi pbaĩ: qa forma p quã hõ. Prio itelligit: ñ i ẽ hoĩ accidẽtaliter: alias nõ p ſe: ſed accidẽtalit eẽt potens intelligere: nec etiam eſt accidens per ſe conſequẽs ipſum: qa omne tale conſequitur ipſum ratione alicuius: quod eſt de eſſentia hominis. Si ergo illud quo primo intelligit homo eſſet accidens hominis iam ipſum nõ eſſet: quo primo intelligit: ſed illud ratione cuius ipſum competit homini. Vnde ſiue imediatum pricipium intelligẽdi ſit ſubſtantia: ſiue accidens: primũ tñ & principale eſt ſubſtantia. ℭ Hæc ille. ℭ Magiſter etiam Ioannes Scotus: quẽ ſui fratres ſubtilem appellãt aſſumit hoc ipſum mediũ ad pbandum pfatam concluſionem in.iiii. ſen.di.xliii. Omnes philoſophi in diffinitione hoĩs poſuerunt rõnale tanq̃ eius differentiam propriam p rationale intelligentes animã intellectiuam eẽ partem eſſentialẽ eius. Nec breuiter iuenit aliqs philoſophus notabilis: qui hoc neget: licet ille pphanus & maledictus Aueroys in fictione ſua libri tertii. de anima: quæ tñ fictio non eſt itelligibilis: nec ſibi: nec alii: ponit intellectum eſſe quãdam ſubſtantiam ſeparatam mediãtibus fantaſmatibus nobis coniũgibilem: quã coniũctionem nec ipſe: nec aliquis ſequax eius adhuc potuit explicare: nec per illam cõiunctionem ſaluare hoĩem intelligere. Nam ſecundum ipſum homo formaliter eẽt: niſi quoddã aĩal irrationale excellẽs p quãdã tñ aĩam irrationalẽ & ſenſitiuam excellẽtiorẽ aliis aĩalibus. ℭ Ad propoſitũ aũt nõ iuenit faciliter ratio: a priori: neq; a poſteriori ppria niſi ex ppria opatione hoĩs. Si qdem forma inoteſcit ex opatione: ſicut materia ex trãſmutatione. Ex opatione ergo itelligẽdi arguit ppoſitũ ſic. Intelligere ẽ ppria opatio hoĩs: ergo ẽ a ppria forma: ergo aĩa intellectiua ẽ ppria forma hoĩs. Sed iſta ratio patit inſtantiã: qa itellectus & intelligere ſm eos ſe hñt paſſiue & nõ actiue. Ergo illa ppoſitio. Propria opatio ẽ a ppria forma nõ pbat aĩam itellectiuã eẽ ppriã formã. Si quidẽ ab ipa nõ eſt iſta opatio ſm eos: ſed ab obiecto itelligibili: ue a fantaſmate. Ideo ex illa opinione forma rõnem aliter ſic. Homo intelligit formaliter & pprie: ergo aĩa intellectiua ẽ ppria forma hominis. Hæc cõſequẽtia pbabit inferius. Antecedẽs patet p auctoritatẽ phi

in.iii.de aīa:& in prīo ethicoꝝ:q dicit quod intelligere ē ꝓpria opatio hoīs. Opatio aūt:ut distinguit̄ cōtra actionē seu factionē: formaliter inest ipsi opanti:& nō ab ipso in altero. Consimiliter in.x.ethicoꝝ. In intelligere ponit fœlicitatē hoīs:& manifestum ē. Quod illa fœlicitas inest formaliter homini. Ergo & illa opatio:in q̄ cōsistit. Sed tētādum est ꝓbare antecedēs p rationem cōtra ꝓteruum:si neget: & hoc itelligēdo in antecedēte. Intelligere ꝓprie acceptum:p quod intelligo actū cognoscēdi transcendētem totum genus cognitionis sensitiue. Probat̄ ergo illud. Antecedēs uno mō sic. Homo cognoscit actu cognoscendi nō organico. Ergo intelligit ꝓprie. Consequētia patet ex rōne iam posita:quia itellectio ꝓprie ē cognitio transcēdens omne genus sensationis. Omnis aūt sensatio ē cognitio organica:ex.ii.de anima. Antecedēs huius enthymematis ꝓbatur quia omne organum determinatur ad certū genus sensibilium:ex.ii.de aīa. Et hoc ideo:quia cōsistit in materiæ ꝓportione extremoꝝ illius generis. Sed aliquā cognitionē experimur in nobis:quæ nō cōpetit nobis ꝑm tale organū: quia tunc determinaret̄ præcise ad sensibilia determinati generis cuius oppositū expimur:qa cognoscimus p talem actum differētiam cuiuscūq; generis sensibilium ad aliqd:quod nō ē aliquid illius generis. Ergo cognoscimus utrūq; extremū. Patet illa consequētia p phm sic arguētem.ii.de aīa de sensu in cōi. ¶ Sed huic instari pōt:primo quia cognitio organica ē:quæ inest ꝑm determinatam partē corporis. Illa aūt,de qua arguit̄:ꝙ p ipsam distinguimus sensibilia a nō sensibilibꝫ: inest toti primo. Et ideo nō p aliquod organum ꝓprie loquēdo:tamē nō transcēdit oē genus cognitionis sensitiue ꝑm pfectionē:quia inest primo toti:& p consequēs:ita est materiale:sicut illud:quod inest toti p partē. Ita enim passio totius ē materialis:sicut aliquid:quod iest toti p partem. secūdo negatur assumptum scilicet ꝙ ille actus nō inest ꝑm aliquod organū:qa inest ꝑm organū fantasiæ:cuius ꝓbatio ē:qa illo læso impedit̄ cognitio. Nec ꝓbatio illa de determinatione organi ad certum genus cogit:qa fantasia extēdit se ad oīa sensibilia. Sed secunda instantia exclusa est p quoddā ibi tactū:qa p illū actū discernimus totū genus sensibiliū ab aliquo extra totū illđ genꝰ. Nec illa ꝓpositio qđ ipedit̄ ille actꝰ læso organo fantasiæ cōcludit. Hoc.n.ē pp ordinē potētiaꝝ illaꝝ ī opando:nō āt qa itellectio exerceat̄ mediāte illo organo. ¶ Aliter ꝓbat̄ aṅcedēs pricipale:qa aliq̄ cognitio ī materialis īest nobis. Nulla āt sēsitiua pōt eē ī materialis:ergo homo cognoscit actu cognoscēdi nō organico. Illđ uocabulū ī materiale ē freq̄ns ī usu phi in ꝓposito. Sed uī ambiguū. Pōt.n. ad ꝓpositū tripliciter itelligi: uel

In materialis:quia icorporea:hoc modo quia nō operatᷣ ꝑ partem cor poream uel organum:& tūc istud est idē cum propositione iam posita de non organica uel alio modo imaterialis:quia nullo modo extensā & tunc plus dicit:q̄ non organica:tertio modo potest itelligi imateria litas eius incomparatione ad obiectum:ut.s.respiciat obiectum sub ra tionibus imaterialibus:ut pote iquātum abstrahit ab hoc & nūc & hu iusmodi:quæ dicuntur conditiōes materiales. Si ergo probaretur im materialitas secundo modo:uerius haberetur propositum:q̄ ex pro batione eius primo modo Sed non uidetur sic posse probari:nisi ex cō ditionibus obiecti:quod respicit ille actus:nisi forte ex reflexione quia experimur nos reflecti super actum talis cognitionis. Quantum aūt non est super se reflexiuū. Et ideo ab obiecto huius actus fit finaliter probatio antecedētis. Nā habemus in nobis aliquā cognitionē obiecti sub aliqua rōne:sub qua nō potest eē actus eius aliqua cognitio sensi tiua:ergo aliqua cognitio imaterialis inest nobis: & sic etiā cognoscit actu cognoscēdi nō organico:igitᷣ homo itelligit formaliter proprie. Antecedēs huius processus ꝓbatᷣ:quia experimur in nobis:ꝙ cogno scimus actu uniuersale. Expimur ꝙ cognoscimus ens uel quātitatem sub rōne aliqua cōmuniori:q̄ sit oratio primi obiecti sensibilis. Experi mur ꝙ cognoscimus relationes cōsequētes naturas reꝝ etiam nō sen sibilium. Experimur ꝙ distinguimus omne genus sensibilium ab ali quo:quod non ē illius generis. Experimur ꝙ cognoscimus relationes rationis:quæ sunt secūde intētiones.s.relationem uniuersalis generis uel speciei & oppositionis & aliaꝝ itētionum logicalium. Experimur ꝙ cognoscimus actū il'um:quo cognoscimus ista:& illud ꝯm qd iest no bis ille actus:quod est per actum reflexum super actum rectum & su sceptiuū eius. Experimur quia assentimus complexionibus sine possi bilitate contradicēdi:uel errandi:ut pote primis principiis. Experimur ꝙ cognoscimus ignotū ex noto ꝑ discursum:ita ꝙ non possumus dis sentire euidētiæ discursus nec cognitionis illatæ. Quodcūq; istoꝝ co gnoscere:ē impossibile alicui sensitiuæ potētiæ attribuere. Quaᷣ &c.

¶ Si qs aūt ꝓterue neget illos actus inesse homini:nō ē cū eo ulterius disputādum:sed dicēdum sibi:ꝙ ē brutum aīal: sicut nec cū dicēte nō uideo colorē disputandū ē:sed dicēdū sibi tu idiges sensu:qa cæcus es. Ita quodā sensu.i.pceptiōe iteriori expimur istos act⁹ i nobis. Et iō si qs istos neget:dicēdū ē eū n̄ eē hoiem:qa n̄ hēt illā uisionē interiorē:q̄ alii expiūtᷣ se hēre. ¶ Assumptū.s.ꝙ nullus istoꝝ actuū pōt eē ꝯm ali quā potētiā sensitiuā:ꝓbatᷣ:qa uniuersale actu cognoscitᷣ sub tāta idif ferētia:sub quāta ipm sic cognitū ē simul dicibile. Est aūt simul dicibi

le de oibus singularibus: in qbus saluat. Sic nō cognoscit sensus. Sed de secūda ē euidētius: qa nulla potētia pōt cognoscere aliqd sub rōne uniuersaliori rōne sui ꝓprii obiecti. scut uisus nō cognoscit aliqd sub rōne indifferēti ad colorē & ad sonū. Ergo cognitio illa q̄ ē alicui⁹ sub rōne cōiori quocūq; primo obiecto ēt supmi sensus nō pōt eē aliq̄ sensatio. ¶ Tertiū ꝓbat idē qa nulla sensatio pōt eē distinctiua primi obiecti sensibilis: idest cōissimi ab eo: qđ nō est tale: qa nō pōt eē utriusq; extremi. De relatiōibus cōseqntibus alia nō sensibilia inter se: uel isensibilia ad sensibilia patet p idē: qa sensus nō pōt in illas multo magis: patet de relatiōibus istis: q̄ dicunt rōnis: qa sensus non pōt moueri ad cognoscendum aliqd: nisi qđ includit in obiecto sensibili: ut sensibili. Habitudo rōnis nō includit in aliquo: ut existens est. Sensus aūt existentis ē. ut existēs ē. Et p hoc posset ꝓbari primū ēt de actu uniuersali: qa uniuersali in actu repugnat eē existēs: ut existēs est. Aliud de reflexione sup actū & potētiam ꝓbat p hoc qa q̄tum nō est reflexiuū sup se. Alia duo de cōpositione & assentire cōpositioni: & de discurrere & assentire euidētiæ discursus ꝓbant ex relatione rōnis: qa illa nō sunt sine relatione rōnis. Et sic ꝓbatū est antecedēs principalis cōseqntiæ. Quod hō intelligit formaliter & ꝓprie. ¶ Nūc aūt ꝓbat conseqntia Ergo aīa intellectiua est ꝓpria hois forma. Probat aūt sic. Si talis act⁹ est in nobis formaliter: cū nō sit substātia nr̄a: qa qn̄q; inest: qn̄q; nō inest ergo oportet dare sibi aliqd receptiuū ꝓpriū. Non aūt aliqd extensum: siue sit pars organica: siue totū cōpositum: qa tūc ista eēt extensa: nec posset eē talis: q̄lis dicta est circa obiecta: q̄lia dicta sunt. Ergo oportet: quod insit ꝫm aliqđ nō extensum: & ꝙ illud sit formaliter illud nō pōt eē nisi aīa intellectiua: qa q̄cūq; alia forma est extensa. ¶ Vel aliter pōt probari ista cōseqntia eundo ad conditiones obiecti illius actus: qa q̄libet forma inferior itellectiua: si habet opationē: hēt ꝑcisæ respectu obiecti sub rōnibus oppositis istis rōnibus dictis. Ergo si habemus opationem circa obiectū sub istis rōnibus: illud nō inerit nobis ꝫm formā aliam ab intellectiua. Ergo inest nobis ꝫm intellectiuam: Ergo intellectiua formaliter iest nobis: aliter nō essemus formaliter opantes ꝫm illam oparionem. ¶ Ex secūda opatione humana. s. uolūtate pōt ꝓbari idem: qa hō est dn̄us suoꝝ actuum: ita ꝙ in potestate eius est determinare se ad hoc: uel ad oppositū. Illa aūt indeterminatio nō pōt poni in aliquo appetitu organico uel extenso: qa q̄libet appetitus organicus uel materialis determinat ad certum genus appetibilium sibi cōueniens: ita ꝙ illud appræhēsum nō pōt conuenire: nec appetitus nō approbare. Ergo uolūtas: qua sic indeterminate uo-

lumus: est appetitus nõ alicuius talis formæ. s. materialis: & p consequens est alicuius excellentis omnem talem. Huius ponimus aĩam intellectiuam: & tũc si appetitus ille sit formaliter in nobis: qa & appeteꝛ est formaliter: sequiť quod forma illa sit forma nr̃a. ¶ Hæc igiť ꝑpositio. Aĩa est ꝑpria hoĩs forma: est naturaliter nota: & error ei oppositus: q ꝑprius est: & solius Aueroys pessimus ẽ: non tm̃ cõtra ueritatẽ theologicã: sed ẽt cõtra ueritatẽ p̃hiæ. Destruit. n. sciam: qa oẽs actus intelligẽdi: ut distinctos ab actibus sentiẽdi: & oẽs actus electionis: ut distinctos ab actibus appetitus sensitiui: & ita oẽs uirtutes: q̃ nõ generanť sine electionibus factis ẜm rõnem rectã. Et per consequens talis errãs esset a cætu & cõuentu hominũ eradicãdus: & naturali ratione utentiũ exterminandus. ¶ Hæc Scotus ubi supra. ¶ Põt ẽt notificari p̃dicta cõclusio aliis discursibus: q tñ ex p̃dicto medio dependẽt. Palam enim est. Quod hic homo in aliq̃ specie collocať. Nihil aũt sortiť speciẽ nisi ex forma. Id igiť p quod hic hõ speciem sortiť ẽ forma. Vnũquodq; aũt ab eo speciem sortiť: qđ est principium ꝑpriæ operationis speciei. Propria uero opatio hoĩs: inquãtum est hõ: est intelligere. Per hoc enim oĩa trãscẽdit: & differt ab aliis aĩalibus. Et ideo ĩ hac opatiõe sicut ꝑpria hoĩs. Aristoteles fœlicitatẽ ultimã cõstituit in. x. Ethicoꝝ: dicẽs beatitudinẽ cõsistere nõ in habitu: sed in optĩa opatione: q̃ est intelligere. Principiũ ãt quo intelligimus est itellectus: ut p̃hus dicit: & supra ẽt patuit: ergo necesse est intellectum uniri: ut formã: non qdem ita ꝙ ipsa intellectiua potẽtia sit alicuius organi actus: sed qa ẽ uirtus aĩæ: quæ est actus corporis phisici organici. ¶ Secũdo. Id quod est ratio & qđ qd erat eẽ alicuius: ẽ eius forma substãtialis. Sed aĩa est ratio & quod qd erat eẽ corporis phisici: ergo &c̃. Maior & minor note sunt ex textu p̃hi. ¶ Tertio illud quo ablato alterũ nõ manet nisi equoce: est forma substãtialis eius. Sed aĩa ablata a corpore: nõ manet corpus organicũ nisi equiuoce: ergo cõclusio. Maior nota est ex terminis. Minor ẽt: qa uiuum & mortuum formaliter differũt: ut p̃hus dicit: qa caro uiui & mortui nõ diciť caro nisi equoce. Et simile est ẽt in accidentibus: qa si aliquod artificialium ẽ corpus: ut dolabra: forma dolabræ ablata: manet dolabra solũ equiuoce. ¶ Quarto illud p qđ homo ẽ homo: est forma eius. Sed p aĩam intellectiuã homo est hõ: ergo &c̃. ¶ Quinto & ultimo. Si aĩa rõnalis nõ eẽt forma hoĩs: destruerenť oĩa principia p̃hiæ moralis. Subtrahiť enim qcq̃d est in nobis. Non enim est aliqd ĩ nobis nisi p uolũtatẽ. Vñ & hoc ipm̃ uolũtariũ dr̃: qđ in nobis est. Imo dico ꝙ nihil hẽmus: qđ nostrũ sit: nisi libeꝝ arbitriũ: qa sumus dñi nostroꝝ actuũ: & nullius alterius rei. Volũtas aũt ĩ itellectu

est:ut patet p phm in.iii.de aia.Et p hoc q in substatiis sepatis e itellectus & uolutas:& p hoc et:qd cotingit p uolutatem aliqd i uniuersali amare: uel odio here: sicut dicit phus in rhetoricis suis. Q d odimus latronu genus in uniuersali: irascimur aut particularibus tm. Si igit itellectus no sit forma hois:uel no est uere unu cu eo: sed unit ei solu per fantasmata:uel sicut motor:no erit in homine uoluntas: sed in intellectu separato. Et ita homo non erit dominus suorum actuum:nec aliquis eius actus erit laudabilis:uel uituperabilis:& sic nulla erit uirtus:nec aliqd uitiu:qd est diuellere principia moralis phiae. Quod cu sit absurdu & uitae humanae cotrariu:qa tuc no esset necesse cosiliari: nec leges ferre:sequit q intellectus sic uniat hoi:ut uere ex eo & hoie fiat unu p se. Quod no pot ee:nisi uniat ut forma. ¶ Sed cosiderandum est. Quod qto forma est nobilior:tato magis dominat materiae corporali:& minus ei imergit:& magis sua uirtute uel opatioe excedit ea. Vn uidemus:qd forma mixti corporis het alia opationem: q n causat ex qlitatibus elemetaribus:& qto magis pcedit i nobilitate formarum:tato magis iuenit uirtus formae materia elemetare excedere: sicut anima uegetabilis:plusq forma metalli: & anima sensitiua plusq anima uegetabilis. Anima autem humana est ultima in nobilitate formarum. Vnde sua uirtute tantum excedit materiam corporalem:q habet uirtutem aliquam & operationem:in qua nullo modo comunicat materia corporalis. Et haec uirtus dicitur intellectus. ¶ Est autem attendendum. Quod si quis poneret animam componi ex materia & forma:nullo modo posset dicere anima esse formam corporis. Cum enim forma sit actus:materia uero sit ens in potentia tantu:nullo modo:id quod est ex materia & forma compositum pot esse alterius forma fm se totum. Si aut secudum aliquid sui sit forma:id quod est forma dicimus animam:& id cuius est forma dicimus animatum. ¶ Firmiter igitur & obnixe tenendum est. Animam intellectiuam esse formam substantialem hominis:dantem sibi esse: informantem corpus humanum:& constituentem hominem in ee specifico. Per quam homo est homo:& per quam uult & intelligit & caetera. ¶ Tempus est igitur ut iam ad argumenta in oppositu facta respodeamus. ¶ Ad primu Eergo dicendu est. Quod aia intellectiua e forma iduiduata & similiter potetia eius:q dicit itellectus possibilis:& formae intelligibiles in eo recepte. Sed hoc non phibet eas esse itellectas in actu. Ex hoc enim aliqd est in intellectu actu:qd est in materiale non aute ex hoc:q e uniuersale. Sed magis uniuersale habet. Quod sit itelligibile p hoc: qd est abstractu a pricipiis materialibus iduiduatibus. Mani-

festum est autem substantias separatas esse intelligibiles actu : & tñ in diuidua quædã sunt:sicut dicit philosophus in. vii. Metaphisicæ ꝙ formæ separatæ:quas Plato ponebat:idiuidua quædã erãt. Vnde manifestum ē:ꝙ si idiuiduatio repugnaret itelligibilitati:ꝙ eadẽ difficultas remaneret ponẽtibus intellectum possibilẽ substantiã separatam. Sicut enim intellectus possibilis idiuiduus eẽt:idiuiduans species in se receptas. Sed notandum ꝙ q̃uis spẽs receptæ in itellectu possibili sint indiuiduate ex illa parte:qua inhærẽt intellectui possibili:tñ in eis inquantum sunt i materiales cognoscit̃ uniuersale:quod cognoscit̃ ꝑ abstractionẽ a pricipiis idiuiduantibus. Vniuersalia.n.de quibus sunt sciẽtiæ sunt:quæ cognoscũtur ꝑ spẽs intelligibiles:& nõ ipse spẽs intelligibiles:de quibus planum ē:ꝙ nõ sunt sciæ omnes:sed solũ phisica & metaphisica. Species.n.itelligibilis ē id:quo itellectus itelligit:nõ autem id:quod intelligit:nisi ꝑ reflexionem:inquantũ itelligit se itelligere:& id:quod intelligit. Vel potes dicere sub aliis uerbis:ꝙ spẽs intelligibilis:ñ est id:quod itelligit̃:sed id quo aliq̄d intelligit̃. Et per hoc patet solutio ad argumentum:quia formæ receptæ in itellectu:q̃uis sint singulares in essendo:sunt tñ uniuersales in repræsentando:ut respondere possis breuiter & formaliter ad argumentũ sicut exempli gratia:si eẽt aliqua statua uel imago leonis ex cupro uel ex lapide existẽs i pro patulo. Illa quidem imago eẽt quoddam singulare:sed tñ uniuersaliter repræsentaret omnes leones. Erit ergo uniuersalis i repræsentando:q̃uis singularis & idiuidua i eẽndo. Et sic est de spẽ intelligibili:quæ licet singularis sit in essendo:est tñ uniuersalis in repræsentãdo. Hæc aũt solutio ē de mente sancti doctoris in libello de ente & essentia. Vnde ibidem sic dicit. Ratio speciei accidit naturæ humanæ ꝼm esse:q̃d habet in intellectu:& non ꝼm esse:quod habet in indiuiduis:quia non ĩuenitur i idiuiduis natura humana ꝼm unitatem:ut sit unum quid omnibus cõueniens:quod ratio uniuersalis exigit: Vniuersale.n.est unum in multis & unum præter multa:ut dicitur in.ii.posterioꝝ. In intellectu aũt ipsa natura humana habet esse abstractum ab oibus indiuiduantibus:& iõ habet rationem uniformẽ ad omnia indiuidua:quæ sunt extra animã:prout equaliter est similitudo oĩum inducens in omnium cognitionẽ inquantum sunt hoies. Et ex hoc ꝙ talẽ relationem habet ad oĩa idiuidua: Intellectus adiuenit rationem speciei:& attribuit ei unde dicit cõmentator in primo de aĩa ꝙ itellectus noster agẽs ē ille:q facit uniuersalitatẽ i rebus. Et hoc idẽ etiã Auicẽna dicit i sua Metaphisica. Et q̃uis hæc natura itellectualis habeat rõnẽ uniuersalis ꝼm ꝙ cõparat̃ ad res extra aiam:q̄a ē una similitudo oium:tñ ꝼm ꝙ habet esse in hoc itelle-

ctu:uel i illo:ẽ quædã spẽs itellecta particularis. Et ex hoc patet error cõmentatoris in.iii.de aĩa:q uoluit ex uniuersalitate formæ intellectæ unitatem itellectus in oĩbus hoĩb⁹ concludere:qa nõ est uniuersalitas illius formæ ꝭm hoc esse:quod habet in intellectu:sed ꝭm ꝙ referꝭ ad res ut reꝝ similitudo:sicut etiã si esset una statua uel imago corporalis repræsentans multos hoĩes:constat ꝙ illa imago uel statua haberet esse singulare & propriũ:ꝭm ꝙ esset in hac materia: sed haberet rationem cõmunitatis:ꝭm quod esset cõmune repræsentatiuũ plurium.

¶Hæc illæ:& uide q̃ bene. Nec absurdũ aut superfluũ duxi: recitare hic solutionem:quã prælibatus doctor dat i sũma contra gẽtiles dicẽs. Differunt iquit id:quod intelligiꝭ:& id:quo aliquid itelligitur. Spẽs.n. recepta i intellectu possibili:nõ habet se ut id:quod intelligiꝭ:sed ut id: quo aliquid itelligiꝭ. Cum.n.de iis:quæ intelliguntur:sint oẽs artes & sciæ:sequereꝭ ꝙ oẽs sciæ essent de speciebus existentibus in intellectu possibili: Quod patet esse falsum. Nulla.n.scientia de iis aliqd considerat:nisi naturalis & metaphisica:sed tñ p eas:quæcũq; sunt i oĩbus sciẽtiis:cognoscũtur habet se igiꝭ spẽs itelligibilis recepta i itellectu possibili i itelligẽdo:sicut id:quo itelligiꝭ:sicut & spẽs coloris i oculo: nõ est id:quod uideꝭ:sed ẽ id:quo uidem⁹. Id uero:quod itelligiꝭ ẽ ipsa ratio reꝝ existẽtiũ extra aĩam:sicut ẽt & res existẽtes extra aĩam uisu corporali uideꝭ. Ad hoc.n.iuẽte sũt artes & sciæ:ut res i suis naturis cognoscanꝭ. Neq; tñ oportet:ꝙ si sciæ sint de uniuersalib⁹:ꝙ uniuersalia sint extra aĩam p se subsistẽtia:sicut Plato posuit. Quãuis.n.ad ueritatem cognitiõis necesse sit:ut cognitio rei respõdeat: nõ tñ oportet: Q đ sit idẽ modus cognitiõis & rei. Quæ.n.cõiũcta sunt i re: iterdũ diuisim cognoscũꝭ:qa ea:quæ sunt cõiũcta i rebus:intellectus põt abstraheꝭ: dũmodo unum nõ sit de ratiõe alterius. Simul.n.una res ẽ alba & dulcis:sicut lac Visus tñ appræhẽdit solã albedinẽ:& gustus solã dulcedinem:sic etiã & itellectus itelligit lineam in materia sensibili existentem absq; materia sensibili.licet etiam cum materia sensibili itelligere possit. Similiter aũt licet natura generis uel speciei:nũq̃ sit: nisi i iis indiuiduis itelligit tñ itellectus naturam generis uel speciei:non itelligendo pricipia idiuiduãtia. Et hoc ẽ itelligere uniuersalia. Et sic hæc duo non repugnãt:ꝙ uniuersalia nõ subsistãt extra animam:& ꝙ intellectus intelligens uniuersalia intelligat res:quæ sunt extra aĩam ꝙ autẽ intelligat intellectus naturam generis uel speciei denudatam a principiis indiuiduantibus:contingit ex conditione speciei intelligibilis in ipso receptæ:quæ est in materialis effecta per intellectum agẽtem:ut pote abstracta a materia:& conditionibus materiæ:quibus aliquid idiuiduaꝭ.

Et ideo potentiæ sensitiuæ non possunt cognoscere uniuersalia: quia non possunt recipere formam imaterialē: cum recipiatur semp in organo corporali. ¶ Hæc ille ubi supra. Dicit etiā præfatus doctor Angelicus quoddam ānotatu dignū in prima parte suæ theologicæ summæ: quæstione. lxxxv. ar. ii. ad s͂m quod a proposito non deuiat. Cum dicitur iquit uniuersale abstractum duo intelliguntur. Vnum ipsa abstractio seu uniuersalitas: aut ipsa intētio uniuersalitatis. Aliud est natura ipsa: quæ substernitur huic intentioni siue uniuersalitati. Ipsa igit͂ natura: cui accidit uel intelligi uel abstrahi: siue cui accidit ipsa intētio uniuersalitatis: non est nisi in singularibus: sed hoc ipsum: quod ē uel intelligi: uel abstrahi: uel intētio uniuersalitatis: est in intellectu. Et hoc possumus uidere per simile in sensu. Visus enim uidet colorem pomi sine eius odore Si ergo quæratur ubi est color: qui uidetur sine odore: manifestum est ꝙ color: qui uidetur: non est nisi in pomo: sed quod sit sine odore perceptus: hoc accidit ei ex parte uisus: inquantum in uisu est similitudo coloris: & nō odoris. Color ergo: qui uidetur sine odore non est nisi in uisu. Similiter humanitas: quæ itelligitur: non est nisi ī isto uel in illo homine: Sed ꝙ humanitas appræhendat͂ sine indiuidualibus conditionibus: quod est ipsum abstrahi: ad quod sequitur intētio uniuersalitatis: accidit humanitati: s͂m ꝙ pcipit͂ ab intellectu: in quo est similitudo nature speciei: & non indiuidualium pricipiorum. ¶ Hæc ille. ¶ Sed contra huius solutionem argumenti arguit quidam Auerroysta dicens. Quia forma uniuersalis non habet ꝙ sit intellecta a re: q̄ est extra animam: quia omnes formæ: quæ sunt in rebus extra animā: sunt indiuiduate Si igitur formæ intellectus sunt uniuersales: oportet ꝙ hoc habeant ab anima intellectiua: Ergo anima intellectiua nō est forma indiuiduata: sed uniuersalis. Et sic nō unitur corpori: ut forma: sed remanebit una tātum. ¶ Secūdo īstatur: quia dictum fuit. Q d' formę intelligibiles sunt singulares in essendo: sed uniuersales ī repræsentando: idest ex illa parte: qua inhærent siue insunt anime: sunt īdiuiduate: sed ex illa parte: qua sunt reꝝ similitudines: sunt uniuersales: repræsentantes res s͂m naturam cōmunem: & non s͂m principia indiuiduandia. ¶ Contra hoc ergo sic obiicitur quia cum forma sit pricipium operationis: Operatio egreditur a forma s͂m modum: quo inhæret subiecto. Quanto enim Aliquid est calidum: tātum calefacit. Si igitur species rerum: quæ sunt in anima intellectiua sunt indiuiduate ex ea parte: qua inhærent anime: cognitio que sequitur erit indiuidualis tātum: & non uniuersalis. ¶ Dicit͂ ad primam īstantiam. Q d' intellectus dat formis intellectis uniuersalitatem: inquantum abstrahit eas a principiꝭ materialibus indiuiduantibus unde non oportet ꝙ itellectus sit uni

uersalis:sed ꝙ sit immaterialis. ¶ Ad secundam replicam dicitur ꝙ species operationis consequitur speciem formæ: quæ est operationis principium: licet in efficatia operationis sequatur formam: secundum ꝙ inhæret subiecto Ex eo enim ꝙ calor est calefacit Sed secundū modum: quo perficit subiectum magis uel minus efficaciter calefacit. Intelligere autem uniuersalia pertinet ad speciem intellectualis operationis. Vnde hoc sequitur speciem itellectualem secundum propriam operationem. Sed ex eo ꝙ inhæret intelligenti perfectius uel minus perfecte: Sequitur ꝙ aliquis perfectius uel minus perfecte intelligat. Iste igitur due instantiæ nullæ sunt. ¶ Ad illud autem quod obiiciebatur quia si esset alius intellectus in me: & alius in te: esset alia species intelligibilis in me: & alia in te: & per consequēs aliud itellectum: quod ego itelligo: & aliud: quod tu &c̄. Dicitur: ꝙ concedendum est: unum & idem esse intellectum ab omnibus hominibus. Dico autem Intellectum id: quod est intellectus obiectum. Obiectum autem itellectus nō est species intelligibilis: sed quiditas rei. Non enim ut prædictum est: scientiæ intellectuales omnes sunt de speciebus itelligibilibus: sed sunt de naturis rerum: sicut etiam obiectum uisus est color: non species coloris: quæ est in oculo. Quamuis igitur sint plures intellectus diuersorum hominum: non tamen est nisi unum intellectum apud omnes: sicut unum coloratum est: quod a diuersis inspicientibus uidetur. Nec etiam est necessarium: sicut obiicitur: ꝙ si aliquid est indiuiduum: ꝙ sit intellectum in potentia. & non in actu: sed hoc est uerum in illis tātum quæ indiuiduantur per materiam. Oportet enim illud: quod est intellectum in actu: esse imateriale. Vnde substantie imateriales licet sint quædam indiuidua per se existentia: sunt tamen intellectæ i actu sicut superius annotauimus: Vnde & species intelligibiles: quæ sunt imateriales: licet sint aliæ numero i me: & i te: nō propter hoc pdūt: quin sint intelligibiles actu: sed intellectus intelligēs per eas suum obiectum reflectitur supra seipsum: intelligendo ipsum suum itelligere: & spēm: q̄ intelligit. Indiuiduatio ergo non repugnat itelligibilitati: sed materialitas: quia unumquodq; est itelligibile: iquātum ē imune a materia & ab appendiciis materiæ: ut dicit Auicenna in metaphisica sua Deinde considerandum est: ꝙ si ponatur unus intellectus omnium hominum adhuc est eadem difficultas: quia adhuc remaneret multitudo intellectuum: cum sint plures substātiæ separate intelligentes & ita sequeret̄ sm istam rationem: ꝙ intellecta essent secundum numerum diuersa: & per consequens indiuidualia & non intellecta i actu. Si ergo prædicta ratio de necessitate cōcluderet: auferret pluralitatē intellectuū simpli-

citer:& nõ solum in hoibus:ita φ nõ eēt nisi una tm̃ substantia intelli-gẽs:& sic tolleret̃ pluralitas substantiaꝵ sepataꝵ. Vnde cũ hæc cõclusio sit falsa: manifestũ ẽ: quod unitatem intellectus ĩ oĩbus hoibus nõ concludit ꝭm regulam phi in libris priorum. Ex falsis uerum:ex ueris nõ nisi uerum. ℭ Gregorius ẽt de Arimino ad hæc obiecta quasi eandem dat solutionẽ in.ii.Sen.di.xvii.q.pria dicẽs.Obiicit aũt Auerroys:si intellectus sit idiuiduus & singularis:nõ recipiet intẽtiones uniuersales:sed singulares tm̃:quod est falsum:quia tunc intellectus esset sensus cõsequentia probat̃:qa si recipiẽs est singulare: ẽt receptum ẽ singulare:alias ita posset dici φ sensus recipit intẽtiones uniuersales. ℭ Ad hoc inquit. Respõdeo negando consequẽtiam:si itelligat̃ de intentionibus uniuersalibus uniuersalitate repræsentationis: quomodo intelligẽdum est aliquas intẽtiones eẽ uniuersales:nec probatio ualet: qa nõ obstãte singularitate recipiẽtis:adhuc itẽtio recepta põt repræsentare uniuersaliter:sicut & ipsemet cõmentator fateri cogit̃. Nam & ꝭm ipsum intellectus est uere aliquid singulare:q̃uis nõ sint plures eiusdem rationis:& tamẽ intẽtio aliqua existẽs in eo ẽ uniuersalis per repræsentationem. Et si dicat̃:quod ita posset dici de sensu:dico quod ita dicam cõtra eum:nec aliquam rõnem poterit sufficiẽtem assignare:quin eandem ego assignẽ in proposito:qa ipluríficabilis in eadem specie nõ impedit ueram singularitatẽ. Reddit̃ aũt ratio ab aliquibus qa intellectus est uirtus inextẽsa:& nõ organica. Sensus aũt est uirtus extẽsa:& organo alligata. Et ideo species in intellectu põt repræsentare uniuersale:non autem ĩ sensu. Vtrum autem hæc sit causa:uel nõ: nõ diffinio. Dico tamẽ φ illa nõ est:quam ipse. Assignat:nec oppositũ ipse probat:nec puto φ probare possit. ℭ Obiicit etiam p̃fatus Auerroys:quia si res intellecta apud me & apud te:sit una in specie: & due in indiuiduo:sequitur quod res intellecta habebit rem intellectam & sic procedit̃ in infinitũ. Hæc sunt uerba eius. Et puto quod per rem intellectam intelligit conceptum rei existentem in itellectu:ut ratio sit hæc sequitur. Quod conceptus de aliqua re:uerbi gratia de rosa existens in intellectu meo: & conceptus de rosa existens in intellectu tuo erunt unus specie: & duo numeraliter. Et cum a quibuslibet eiusdem speciei possit abstrahi unus conceptus communis:potero ab eis alium conceptum abstrahere:& tu similiter. Et iterum iste conceptus secundus in me est alius a tuo:& tñ eiusdem speciei:& per consequens ab eis iterum aliud poterit abstrahi. Et sic ĩ infinitum. Prima cõsequẽtia ꝑbat̃. ex eo φ ĩpossibile ẽ:φ unus cõceptus nũero sit simul ĩ diuersis itellectibꝰ subiectiue. ℭ Ad hoc igit̃ rñdeo:cõcedẽdo q̃d cõceptus

de rosa existens in intellectu meo: ẽ alius numero a conceptu rosæ exi stente in ĩtellectu tuo: & ꝙ isti conceptus sunt eiusdẽ rationis: & a b eis potest abstrahi alius cõceptus: q ita erit conceptus illoꝝ conceptuum: sicut illi primi sunt cõceptus rosaꝝ. Et talem processum possibilem in infinitum nullus deberet denegare. Si uero per rem intellectam non intelligeret cõmẽtator ipsum cõceptum rei: aut ĩtellectionẽ: sed ipsam rem extra ĩtellectam: dicendum ꝙ eadem res numero potest ĩtelligi a te & a me: nõ obstante diuersitate ĩtellectus mei a tuo: sicut idẽ sol uide tur a te & a me: nec tñ sunt idem uisus meus & tuus: ¶ Hæc Gregori⁹ de Arimino ubi supra. Et per hæc patet solutio ad ea oĩa: quæ obiiciũ tur ĩ primo Argumẽto. ¶ Hæc me mireť aliquis longiusculum fuis se in solutione huius primi Argumenti: quia sic faciundum fuit cum propter difficultatem argumenti: tum ẽt propter multa scientifica & annotatu digna: quæ ĩ solutionibus cõnotanť. In disputationibus au tem: quia necesse est respondentem formaliter breuiterꝙ ad argumen ta respondere: quid concedendum: quid negandum: quid distinguen dum: quid ue formaliter respondendum sit: ex prælibata solutione po test colligi. ¶ Ad. ii. dicendum ꝙ essentiale est animæ: ꝙ corpori unia tur: sed hoc impeditur per accidens: non ex parte sua: sed ex parte cor poris: quod corrumpitur: sicut per se competit leui esse sursum: & hoc est leui essentiale: ut sit sursum: inquantum leue: ut dicit philosophus ĩ viii. phisicorum. Contingit tñ propter aliquod impedimentum: quod ñ sit sursum. ¶ Et p hoc ẽt patet solutio ad. iii. Sicut. n. qđ hẽt naturã: ut sit sursum: & ꝙ ñ hẽt materiã: ut sic sursum: specie differũt: & tñ idẽ specie & numero est: quod habet naturã: ut sit sursum: licet qñꝙ sit sur sum: & quandoꝙ non sit sursum propter aliquod impedimentum: ita differunt specie duæ formæ: quarum una habet naturã: ut uniatur cor pori: alia uero non. Sed tamen unum & idem numero & specie esse po test habens naturam: ut uniatur corpori: licet quandoꝙ actu sit unitũ quãdoꝙ non actu unitum propter aliquod impedimentũ. ¶ Ad. iiii. diciť. ꝙ hæc propositio Omnis forma educitur de potentia materiæ: distinguenda est. Educi enim de potentia materie potest intelligi duo bus modis. Prĩo modo formã educi de potẽtia materiæ. i. formã depẽ dere a materia ꝓm esse & opari. Aliomõ. Formã educi de potẽtia ma teriæ. i. materiã ꝑexistere formæ siue materiã præexistere in potẽtia ad formã. Secundum primam expositionem Anima intellectiua nõ edu citur de potentia materie: quia ipsa non dependet ex corpore: nec se cundum esse: neꝙ secundum operari. Non secundum esse: quia non habet esse per corpus: sed potius econuerso. Anima dat esse corpori:

& ipsum informat: neq; ꝼm operari quia intellectus non alligatur or- gano: ideo anima intellectiua habet operationem propriam: cui non cõmunicat corpus: uidelicet intelligere & uelle. Sed ꝼm alteram expositionem: Anima intellectiua educitur de potentia materiæ: si nihil aliđ est educi de potẽtia materiæ: q̄ materiam corporalem præexistere ĩ potentia ad animam intellectiuam. Et in hoc sensu uerificatur propositio de anima intellectiua unde philosophus. xvi. libro de generatione animalium dicit: Animam igitur uegetalem ĩ seminibus & cõceptibus. s. mundum separatis haberi potentia statuendum est: non actu: priusq̄ eo modo conceptus: qui iam separantur: cibum trahant: & officio eius anime fungantur: Principio enim hæc omnia uita stirpis uiuere uidentur. De anima quoq; sensuali pari modo dicendum est: atq; etiam de ĩtellectuali. Omnes enim potentia prius haberi: q̄ actu necesse est. Ex his igitur philosophi uerbis manifeste apparet Materiam corporalem præexistere in potẽtia ad animam intellectiuam: & ꝼm istum sensum Anima intellectiua educitur de potentia materiæ ut pauloante patuit Sed quia potentia respectiue dicitur ad actum: necesse ẽ: ut nunq̄ ꝼm eam rationem sit in potẽtia: ꝼm quam ratiõe conuenit sibi esse actu. Aliis enim formis: quæ non habent operationem aliquã absq; cõmunicatione materiæ conuenit sic esse actu: ut magis ipse sint: quibus cõposita sunt: & quodãmodo compositis coexistentes: q̄ ipse suũ esse habeant. Vnde sicut totum esse earum est in concretione ad materiam: ita totaliter educi dicuntur de potentia materiæ ꝼm primam & ꝼm secundam expositionem. Anima autem intellectiua: cum habeat operationem sine corpore: non est esse ipsius solum in concretione ad materiam. Vnde non potest dici. Q đ educatur de materia ꝼm primam expositionem: sed magis q; est a principio extrinseco. Et hoc ex uerbis ipsius Aristotelis apparet: cum dicit. Relinquitur autem intellectum solum de foris aduenire: & diuinum esse solum & causam assignat dicẽs Nihil enim ipsius operationi cõmunicat corporalis operatio. ¶ Quid autem dicat Theophrastus primus Aristotelis discipulus: quem ob diuinam eius eloquentiam Theophrastum Aristoteles nominauit: operepretium duxi hic ennarare. Nõ q; Theophrastum uiderim: sed eius uerba: quæ Themistius adducit in cõmentariis suis de anima: hic recitabo. Plane inquit Themistius facturum hoc loco me operepretium arbitror: si uerba Theophrasti de intellectu potestatis & agente prætexuero de intellectu itaq; potestatis hæc Theophrastus dicit. Quum ĩtellectus inquit homini extrinsecus accedat: quumq; tanq̄ appositus ĩuectusq; sit: queritur quemadmodum congenitus nobis dicatur: de-

mum quae nam confirmatio naturaq; eius sit: Certe id: quod dicitur: nihil actu esse intellectum: sed potestate omnia: recte hactenus dicitur: quatenus & in sensu. Non tamen usq; eo ad unum resecanda res est: neq; tam nihil actu probādus: ut neq; ipsemet sit. Calumnia haec ēēt: & oratio contentioni cauilloq; proxima: sed ita intelligendum: ut in animo talis quaedam sui generis potentia sit pro subiecto formarum ac gremio: qualis in rebus materialibus facultas illa est: quae constitutione earum & concretioni substernitur. Porro quod dicitur Mentem extrinsecus accedere: non ita statuendum est: ut qui uere appositus inuectusque habeatur: sed ut qui statim ab ortu quasi compraehendere nos complectiq; soleat. ℂ Haec sunt uerba Theophrasti a Themistio ubi supra fideliter recitata. In quibus uerbis: cū ipse Theophrastus duo quesisset. Primo quidem quomodo intellectus possibilis sit ab extrinseco: & tamen sit nobis cōnaturalis. ℂ Et secundo quae sit natura intellectus possibilis Respondit primo ad. ii. q; est in potentia omnia non quidem sicut Nihil existens: sed sicut sensus ad sensibilia. Et ex hoc concludit responsionem primae questionis: q; non intelligitur sic esse ab extrinseco: quasi aliquid adiectum accidentaliter: uel tempore procedente: ut uoluit commentator: ueluti supra recitauimus: sed a prima generatione: sicut continens & compraehendens naturam humanam. Habes igitur cur Aristoteles dixerit. Intellectum ab extrinseco intrare: & quomodo de mente Theophrasti intelligenda est praefata propositio. Et quare anima intellectiua non educatur de potētia materiae. Et per hoc patet plenaria solutio. ℂ Ad quartum Inferius etiam declarabo: Qualiter pluribus aliis modis exponitur haec propositio Formae educuntur de potentia materie. ℂ Sed contra praedictam solutionē: quidam Aueroysta pertinaciter instat. Si inquit anima unitur corpori: ut forma: nec educitur de potentia materiae: sed intrat ab extrinseco: quia habet operationem per se: cui non cōmunicat corpus: cum ſm doctrinam philosophi Intelligere Nullius organi sit actus: Sequitur q; anima humana non sit forma neq; actus corporis ſm intellectiuam potentiam: sed ſm suam essentiam solum. Consequens est falsum: ergo etiā antecedens Patet discursus a tota conditionali: a destructione consequentis ad destructionem antecedentis. Prima pars antecedentis: hoc ē prima sequella patet Quia anima quo ad intellectiuam potentiam est in materialis: & i materialiter recipiēs: & seipsam itelligēs: qa itellectus nō alligat̄ organo. Vñ Aristoteles signāter de aīa dicit: q; ē locus specierꝫ: nō tota: sed itellectus Secūda ps Añcedētis: hoc ē falsitas cōsequētis patet: qa si sic sequeret̄: q; poten-

tia anime esset imaterialior & simplicior:q̄ essentia ipsius anime:quod est falsum & absurdum. Nullus enim effectus ē imaterialior aut simplicior sua causa:nec principiatum potest esse simplicius suo pricipio: a quo fluuit. Potentiæ aūt:aūt aīe fluunt ab essentia eius. Cum ergo quædam potētiæ aīæ. Nullius corporis actus sint:ut intellectus & uoluntas. Videt̄ꝙ nec essentia aie rōnalis alicuius corporis actus eē debeat: cōclusio nō unit̄ corpori:ut forma:& sic remanebit substātia separata & una tm̄. ℭ Dicitur ad hoc quod hæc ratio optime ꝓcederet si essentia aīæ humanæ sic eēt forma materiæ:ꝙ nō per eē suum eēt: sed per esse compositi:sicut est de aliis formis:quæ ſm se nec esse: nec operationem habēt præter cōmunicationem materiæ. Et ꝑpter hoc dicuntur formæ imensæ materiæ. Anima autem humana:quæ secūdum suum esse ē forma cui aliqualiter cōmunicat materia:non totaliter compræhēdens ipsam:eo ꝙ maior est dignitas huius formæ:q̄ capacitas materiæ:nihil prohibet:quin habeat aliquam operationē uel uirtutem:ad quam materia non attingit. ℭ Hæc aūt solutio est etiam de mente sancti doctoris in.ii.sen.di.pria:ar.iiii.ad quartū. Vnde ꝑfatus doctor sic respondet ibidem ad hoc argumentum. In formis ē q̄dam gradus nobilitatis:& quanto aliqua forma est nobilior:tāto plus materiæ prædominatur. Vnde forma terræ ē magis materialis:q̄ forma aeris:uel ignis. Inter omnes autem formas anima rationalis nobilior ē. Vnde maxime prædominatur materiæ. Omne autem quod unitur alteri:ut uincens & dominans super illud:habet effectum non solum secundum coniunctionem sui ad alterum:sed etiam per se absolute:inquantum non dependet ad illud:cui unitur:sicut patet ī igne candele:cuius lumen extenditur ultra ascensionem uaporis & calefactionem. Vnde quædam uires ab anima prouenire possunt:quæ sunt corporis actus:& quædam sunt ab organis corporalibus absolutæ. Quāuis enim essentia animæ corpori uniatur:ut forma:non tamē sicut forma materialis non habens esse absolute:in quo subsistere possit. ℭ Hæc ille. Non ergo sequitur:quod si animam secundum essentiam uniatur corpori:ut forma:& non secundum itellectiuam:aut uolitiuam potentiam. Quod he due potentie sint simpliciores: aut immaterialiores ipsa essentia anime:quia ipsa licet det esse corpori:nō tamen est forma materialis:cuius esse materiæ sit immersum:aut obnoxium. ℭ Ad quintum dicit̄:quod maior est falsa uniuersaliter: quia nulla anima ex commixtione elementorum causatur. Vnde Aristoteles postq̄ dixit. Relinquitur autē intellectum solū de foris aduenire & diuinū eē solum. Nihil enim ipsius operationi cōmunicat corpalis

operatio immediate subdit post uerba præmissa: Sed enĩ oĩs aĩe: siue uirtus: siue potentia corpus aliud pticipare uidet: idq; magis diuinũ: q̃ ea: q̃ elementa appellantur: Verum prout nobilitate ignobilitateue anime inter se differunt: ita & natura eius corporis differt. Inest enim in semine omnium: quod facit: ut secunda sint semina: uidelicet: Q đ calor uocatur: idq; non ignis: non talis facultas aliqua est: sed spiritus qui in semine spumosoq; corpore continetur: & natura: quæ in eo spiritu est: proportione respondens elemento stellarum. ℭ Hæc ille. Ergo ex Mixtione elementoꝝ: ne dum intellectus: sed nec anima uegetatiua producitur. ℭ Ad sextũ dr̃ Quod sicut ex uerbis Aristotelis patet: Ipse hoc indeterminatum reliquit. Vtrum intellect⁹ differat ab aliis partibus aĩæ subiecto & loco: ut plato dixit: uel rõne tm̃. Si uero dicatur. ꝙ sint idem subiecto sicut uerius est: nec ad hoc inconueniens sequitur. Dicit enim Aristoteles i. ii. de aĩa Quod similiter se hñt ei: quod de figuris: & quæ ẜm aĩam sunt semp enim in eo: quod ẽ: consequenter est potentia: quod prius est in figuris: & in aĩatis: ut ĩ tetragono quidem trigonũ est: in sensitiuo autem uegetatiuum Similiter autem idem subiecto est etiam intellectiuũ: quod ipse sub dubio relinquit. Similiter dicendum esset: Quod uegatiuũ & sensitiuum sũt in intellectiuo ut trigonũ & tetragonum in pentagono. Est autem tetragonum quidem a trigono simpliciter alia figura ẜm speciem: nõ autem a trigono: quod est potẽtia in ipso: sicut nec quaternari⁹ a ternario: qui est ps ipsius: sed a ternario: qui est seorsum existẽs. Et si cõtingeret diuersas figuras a diuersis agentibus produci: trigonum quidem seorsum a tetragono existens: haberet aliam cãm ꝓducentem: q̃ tetragonũ: sicut & habet aliam speciem: sed trigonum: quod inest tetragono haberet eandem cãm producentem. Sic igitur uegetatiuum quidẽ seorsum a sensitiuo existens: alia species aĩæ est: & aliam cãm ꝓductiuam habet. Eadem tamen causa productiua est: sensitiui & uegetatiui: quod inest sensitiuo: Si ergo dicatur: Quod uegetatium & sensitiuũ: quod inest intellectiuo: est a cã extrinseca: a qua est intellectus: nullũ inconueniens sequitur. Non enim inconueniens est effectum superioris agentis habere uirtutẽ: quã hẽt effect⁹ inferioris agẽtis: & adhuc amplius. Vnde etiam aĩa intellectiua: q̃uis sit ab exteriori agente: habet tamen uirtutes: quas habet aĩa uegetatiua & sẽsitiua: quæ sunt ab inferioribus agentibus. Sic igitur consideratis diligẽter fere omnibus uerbis Aristotelis: quæ de intellectu humano dixit: apparet eum fuisse huius sententie: Q đ anima hũana sit act⁹ corporis & ꝙ ei⁹ potẽtia sit itellect⁹ possibilis. Hæc ãt visio ẽ đ mẽte thomæ: sed

solutio hui⁹ argumēti ex subsequētib⁹ solutiōib⁹ meli⁹ elucescet. Ad vii. rñdetur: Quod uerum est: Quod fatemur intellectum possibilē esse unū specie in diuersis hoibus: plures autē ꝑm numerum: ita tamē Quod nō fiat in hoc uis: ꝙ partes hominis non ponuntur in genere uel specie ꝑm se: sed solum ut sunt principia toci⁹: nec tñ seqtur. Q̄d sit forma materialis: ꝑm esse depēdens a corpore Sicut enim animæ humanæ ꝑm suā speciem competit: ꝙ tali corpori ꝑm speciem uniaꝰ: ita hæc anima differt solo numero ab illa ex hoc: ꝙ ad aliud numero corpus habitudinem hēt. Et sic indiuiduantur aīæ humanæ: & per cō sequens intellectus possibilis: qui est potētia animæ humane. ꝑm corpora: non quasi indiuiduatione a corporibus causata Non enim indiuiduatur anima per materiam ex qua fiat: sed per habitudinem ad materiam: in qua est. Nec etiam sequitur: Quod si multiplicanꝰ animæ ꝑm corpora: ꝙ destructis corporibus nō remaneant multæ animæ: quia unumquodꝙ sicut est ens: sicut est unum: ut dicitur in. iiii. Methaphisice. Sicut igitur esse animæ est quidē in corpore: inquantum est forma corporis: nec est ante corpus. tamen destructo corpoꝛ adhuc remanet in suo esse: ita unaquæꝙ anima remanet in sua unitate: & per consequens multæ animæ in sua multitudine. Quomodo autem causeꝰ indiuiduatio animarum: & quomodo remaneant post corruptionē corpoꝶ in sua multitudine diffusius explicabiꝰ iferius. Quod aūt dicūt Quod deus nō posset facere: ꝙ sint multi itellectus eiusdē speciei qa hoc contradictionē implicaret: plurimū fallūtur: Dato enim ꝙ non esset de natura intellectus ꝙ multiplicareꝰ: nō pp hoc oporteret: Quod intellectum multiplicari includeret contradictionem Nihil enim prohibet Aliquid in sua natura non hēre cām alicuius: quod tamē habet illud ex alia causa. sicut graue habet ex sua natura: Quod nō sit sursum: tñ graue esse sursum nō implicat contradictionē. Sed graue esse sursum ꝑm suam naturam cōtradictionē includit. Sic ergo si intellectus naturaliter esset unus omnium: quia nō haberet naturalem cām multiplicationis: posset tamen sortiri multiplicationem ex super naturali causa: nec esset implicatio contradictionis. Quod non tantum dicimus propter propositum: sed magis ne hæc argumētandi forma ad alia extēdaꝰ. Sic enim posset concludi: Quod deus nō pōt facere Quod mortui resurgāt: & cæci uisū recipiant. ¶ Ad octauum dr: Quod hoc Argumentū tactum fuit i primo: ideo etiam in solutione primi argumenti: tacta est solutio ipi⁹: cum solutione aliorum theologoꝶ: tū ex responsione gregorii Ariminensis. Attamen recitabo hic solutionē quā dat doctor scūs ad hoc

Argumētum. Et q̄uis coincidat in sentētia cū parte solutionis: q̄ data est ad primū argumentū: tamen quia nōnulla fortassis uerbula & aliqua annotatū digna continet: quæ in solutione primi argumēti explicite nō continentur: non absurdum uisum fuit & hāc hic exarare. Dicit ergo sic Præfatus doctor. ¶ Querendū est ab iis: qui tam subtilit se argumētari putant: Vtrum esse duo intellecta in numero: & unū ĩ specie: sit cōtra rōnem intellecti: inquantū est intellectū: aut inquātū est intellectū ab hoīe. Et manifestū est ꝑm rōnem quā ponūt: ꝙ hoc ē contra rōnem intellecti: inquantū est intellectū. De rōne enim intellecti: inquantū huiusmōi: est ꝙ nō indigeat: ꝙ ab eo aliquid abstrahat: ad hoc ꝙ sit intellectū. Ergo ꝑm eorū rōnem simpliciter concludere possumus: ꝙ sit unū Intellectū tm̄: & nō solum unum intellectum ab oībus hoībus. Et si est unum intellectū tm̄: ꝑm eorum rōnem seq̄tur: Quod sit unus tm̄ Intellectus in toto mundo & non solum in oībus hominibus. Ergo Intellectus noster: nō solum est substantia separata sed etiā ipse deus. Et uniuersaliter tollitur pluralitas substantiaꝝ separataꝝ. Si quis aūt uellet respondere: Quod Intellectū ab una substantia separata: & intellectū ab alia: nō est unū specie: quia intellectus specie differūt: seipsum deciperet: quia id: quod intelligit: cōparat ad intelligere: & ad intellectū: sicut obiectū ad actum & potentiam. Obiectum aūt nō recipit spēm ab actu: neq̄ a potentia: sed magis ecōuerso Est ergo simpliciter cōcedēdum: Q̄d Intellectū unius rei est unū tm̄: nō solum in omnibus hominibus: sed etiam in omnibus intellectibus. Sed inquirendum restat: q̄d sit ipsum intellectū. Si enim dicant: Quod Intellectū est una spēs immaterialis existens in intellectu possibili: latet ipsos: ꝙ quodammodo transeunt in dogma platonis: qui posuit: ꝙ de rebus sensibilibus nulla scia potest haberi: sed oīs scientia habetur de forma una separata. Nihil eni refert ad propositum. Vtrum Aliq̄s dicat: Scia: q̄ habet de lapide: habet de una forma lapidis separata: an de una forma lapidis: q̄ est in itellectu. Vtrobiq̄ eni seq̄tur Q̄d scie nō sunt de rebus: q̄ sunt hic: sed de rebus sepatis solū. Sed q̄a plato posuit huiusmōi formas ĩ materiales ꝑ se subsistētes: poterat etiam cū hoc ponere plures ĩtellectus participātes ab una forma separata unius ueritatis cognitionē. Isti aūt q̄ ponūt huiusmodi formas ĩ materiales q̄s dicūt esse intellecta: necesse hn̄t ponere: ꝙ sit unus Intellect⁹ tm̄ nō solū oīum hoīum: sed ēt simpliciter. ¶ Est ergo dicendum ꝑm doctrinā Aristotelis Q̄d ĩtellectū: q̄d ē unū: est ip̄a natura: uel q̄ditas rei De reb⁹. n. ē scia: & nō de spēb⁹ ĩtellect̄is. Si. n. ĩtellectū eēt n̄ ip̄a nā lapidis: q̄ ē in rebus: sed species: quæ ē in intellectu: sequeretur. Quod

nitum. Respondent: q̄ nō ex alia: sed ex ſeipſa: & eē q̄d habet. Quia non eſt inconueniēs quod aliquid componat̃ ex ſeipſo & alio: ſicut tactum eſt ſupra. Ideo require ſuperius. ❡ Sed neq; hoc ſilentio ꝑtereūdum puto: quod ſm doctorem ſanctum ueritatis & lucis in libello de ente & eſſentia. In hoc differt eſſentia ſubſtantiæ cōpoſite: & ſubſtātiæ ſimplicis: q̄a eſſentia ſubſtātiæ compoſitæ non ē tantū materia: neq; tm̄ forma: ſed complectit̃ utrūq;: ſcilicet materiam & formam. Eſſentia aūt ſubſtantiæ ſimplicis eſt forma tm̄. Et ex hac differētia cauſatur alia: q̄a eſſentia ſubſtantiæ compoſite pōt deſignari: ut totum: uel ut pars: ſicut eſſentia hoīs ſignificat̃ hoc noīe homo: ut totum: inquantū ſcilicet non ꝑſcindit deſignationē materiæ: ſed implicite & indiſtincte continet eam. Et ut ſic: prædicat̃ de ſuis indiuiduis: ſicut homo ꝑdicat̃ de ſorte & platone: ut totum: & ratio eſt: q̄a ſpecies: q̄n ꝑdicat̃ de indiuiduis: oportet q̄ ſignificet totum illud: quod eſſentialiter eſt in indiuiduo: ſed indiſtinctæ: ſed hoc nomē humanitas ſignificat eā: ut partē q̄a nō cōtinet in ſignificatione ſua: niſi illud quod ē hoīs: inquātū eſt homo: & ꝑſcindit oēm deſignationem materiæ: quia humanitas ſignificat̃: ut forma q̄dam: & dicit̃ quod eſt forma totius: nō quidē quaſi ſuperaddit a partibus eſſentialibus: ſcilicet materiæ & formæ: ſicut forma domus ſupadditur partibus integralibus eius: ſed magis ē forma complectēs totum: ſcilicet materiam & formā: tū cum ꝑciſione eorū ꝑ quæ nata ē materia deſignari. Et quia pars non ꝑdicat̃ de toto: inde ē q̄ humanitas: nec de hoīe: nec de ſorte ꝑdicat̃. Unde recte domin⁹ Auicēna dixit. Quod quiditas compoſiti non ē ipſm compoſitum cuius ē quiditas: q̄uis illa quiditas ſit compoſita: ſicut humanitas: licet ſit compoſita: non ē homo. Imo oportet: q̄ ſit recepta in aliquo: quod eſt materia ſignata. ❡ Eſſentia uero rei ſimplicis: q̄ eſt ſua forma: nō pōt ſignificari: niſi ut totum: cum nihil ſit ibi ꝑter formam: quaſi formam recipiēs. Et ideo quocūq; modo ſumat̃: uel ſignificet̃ eſſentia ſubſtātie ſimplicis de ea ꝑdicat̃. Unde q̄ recte ēt dn̄s Auicēna dicit. Quod q̄ditas ſimplicis eſt ipſummet ſimplex: ſicut eſſentia angeli ē ipſe angelus: quia non eſt aliq̄d aliud recipiēs ipſam. ❡ Hæc ille. ❡ Huiuſce rei rōnem ēt aſſignat ꝑfatus doctor in prima parte. q. iii. ar. iii. Sciēdū eſt inquit quod in rebus cōpoſitis ex materia & forma neceſſe eſt q̄d differant natura uel eſſentia & ſuppoſitum: quia eſſentia uel natura comprehēdit in ſe illa tm̄: q̄ cadunt in diffinitione ſpeciei: ſicut humanitas compræhēdit in ſe ea: q̄ cadūt in diffinitione hoīs. His enim hō eſt homo. Et hoc ſignificat humanitas: hoc. ſ. quo homo ē homo. Sed nec materia indiuidualis: nec accidentia indiuiduantia ipſam non ca-

dunt in diffinitione speciei. Non enim cadunt in diffinitione hoīs hæ carnes & hæc ossa: aut albedo uel nigredo: aut aliquid huiusmodi: sed materia nō signata: uidelicet os & caro absolute: quæ sunt materia nō signata: unde phūs dicit in. vii. Metaphisice. Quod caro & ossa pertinent ad hoīs quiditatē. Hæ aūt carnes & hæc ossa: uel hii nerui nō ponunt in diffinitione hoīs inquantum est homo: sed ponerētur in diffinitione socratis: si socrates diffinitionē haberet. Et iō materia nō quolibet modo accepta est principium indiuiduationis: sed solum materia signata. Dico aūt materiam signatam: q̄ sub determinatis dimensionibus cōsideratur. Et ꝑpter hoc hæ carnes & hæc ossa & accidētia designātia hanc materiam non includunt in humanitate: & tñ in eo: quod est homo includunt. Vnde id: quod ē homo habet in se aliqd: quod non habet humanitas. Et pp hoc non totaliter idem est homo & humanitas. Sed humanitas significatur: ut pars formalis hoīs quia principia diffinientia se hñt formaliter respectu materie indiuiduantis. In iis igitur q̄ non sunt composita ex materia & forma: in quibus indiuiduatio nō est p materiam indiuidualem: idest p hanc materiam: sed ipse formæ p se indiuiduant: oportet ꝙ ipse formæ sint supposita subsistētia. Vñ in eis non differt suppositum & natura. ℂ Hæc ille. ℂ Habes igitur rationem. Cur quiditas simplicis sit ipsum simplex. Quiditas uero compositi non sit ipm compositum sicut essentia angeli est ipse angelus: sed quiditas hoīs nō est ipse homo: nec homo est ipsa sua quiditas. ℂ Aduertas tñ diligenter: ꝙ licet dictum sit pauloante ex intentione sancti doctoris: ꝙ in itelligentiis siue substātiis separatis nō differt suppositum & natura ne tñ credas: ꝙ in ipsis angelis sint omnino idē suppositum & natura. Quia hæc duo in deo solo sunt omnio idem. Vñ dicit præfatus doctor. ii. quodlibet. ar. iiii. In solo deo non inuenitur aliquod accidēs præter eius essentiam: qa suum eē est sua essentia: ut dictum est. Et ideo in deo solo est omnino idem suppositum & natura. In angelo aūt non est omnino idem: qa aliquid accidit ei præter id: qđ est de ratione suæ speciei: quia & ipsum esse angeli est ꝑter eius essentiam seu naturam: & alia q̄dam ei accidunt: q̄ omnia pertinent ad suppositum: non aūt ad naturam. Et ideo manifestum est: ꝙ suppositum & natura nō sunt omnino idem in quibuscūꝙ res nō est suum esse. ℂ Hæc ille. ℂ Ex iis ergo: q̄ dicta sūt qnꝙ iferunt. ℂ Primū est: qa si in intelligentiis non sunt omnino idem suppositum & natura: sequit ꝙ etiam in ipsis est aliqualis compositio horum duoꝝ saltem rationis probatur: qa si non sunt omnino idem ergo saltem ratione differunt in angelis hæc duo: uidelicet suppositum & natura: & consequēter com-

ponitur ex iis duobus saltē compositione rationis. ¶ Secundū ē Q đ in cōpositis ex materia & forma suppositū & natura realiter differunt pbat: quia suppositū aliqd reale itrinsecū includit: qđ nō includit natura. sicut superius patuit. Q đ aūt realiter differāt: uel ex hoc etiā patet: qa redemptor totius humani generis: unigenitus dei fili9 assumpsit naturam humanā: non autem suppositum: alias in Xpo fuissent duo supposita & cōsequenter duæ psonæ. Q đ fides catholica abhorret. ¶ Tertiū ē. Q đ Ista nō ē uera prædicatio. Sortes ē humanitas q̄uis sit homo: sicut nec ista homo ē humanitas: imo dico q̄ nec ista ē uera Petrus ē sua petreitas: nec ista Iacobus ē sua iacobeitas: & sic de similibus pp rōnes iam tactas: qa aliqd includitur in uno: quod non includitur in altero. ¶ Q uartū quod sequitur est. Q đ ista est bona pdicatio Gabriel est gabrielitas: & Raphael ē raphaelitas: uel etiam demonstrato gabriele: aut raphaele dicere: hic Gabriel ē gabrielitas: uel hic Raphael ē raphaelitas: & idem intelligēdum est de aliis speciebus scilicet de Michaele & aliis. Sed nos ignoramus nomina aliarum specierum. Vnde Gabriel non ē indiuiduum: sicut Petrus: sed ē species: sicut homo. Et hic gabriel est indiuiduum: sicut hic homo. Rationes autem harum prædicationum tacte sunt superius: quia uidelicet gabrielitas nihil excludit: quod icludat Gabriel: nec distincte: nec indistincte. Et dico quod nihil in quo recipiatur: qa licet gabrielitas excludat esse quodāmodo: quod indistincte includit Gabriel: non tamen essētia recipitur in esse: sed magis ecōuerso. Et ideo non impeditur prędicatio. ¶ Q uintum uero & ultimū: quod sequit̄ est: Q đ Q uæcunq̄ cōponuntur ex materia & forma: cōponuntur etiā aliis modis uidelicet ex essentia & esse: & ex quo est: & quod ē: aut ex actu & potentia: sed non e cōuerso: quia: angelus & anima componuntur iis tribus modis: sed non componuntur ex materia & forma: ut patuit. Et ideo diuersimode se habent ista in substantiis simplicibus & cōpositis. Nā in substantiis simplicibus ipsa earum quiditas & substantia est id: qđ est: esse uero actuale est id: quo est. In substantiis uero compositis: neq̄ materia: neq̄ forma est id: quod est: quia materia non est: neq̄ forma est: sed compositum ex iis est id: quod est. Sed nec ipsa essentia est id quod est: sed habens essentiam: sicut humanitas non est id: quod est sed habens humanitatem. Et sicut materia non est quod est: sed suppositum habens esse: quia materia: ut dixi non habet esse; sed compositū habens materiam: ita forma non tam debet dici quo est: q̄ pricipium essendi. Ipsum autem esse ē illud: quo suppositum denominatur ens, & est actualitas omnis forme. Dicit tamen doctor sanctus in .p. s. dist.

viii.ar.ii. Quod in compositis ex materia & forma. Quo est dicitur tripliciter. ¶ Primo enim modo potest dici. Quo est ipsa forma partis: quæ dat esse materiæ. Secundo modo potest dici. Quo est: ipse actus essendi: scilicet esse sicut id: quo curritur: est actus currendi. Tertio modo potest dici Quo est ipsa natura: quæ relinquitur siue quæ resultat ex coniunctione formæ cum materia: quæ dicitur forma totius: ut humanitas: præcipue ſm ponentes: ꝙ forma: quæ est totum: quæ etiam dicitur quiditas non est forma partis: De quibus est Auicenna. ¶ Patet ergo ꝙ non sunt eiusdem ratiõis compositio ex forma & materia: & ex essentia & esse: siue ex quod est: & quo est: quamuis omnes sint ex actu et potentia. Hoc autem confirmatur per sanctum doctorem Lucis & ueritatis libro. ii. summæ contra gentiles dicens. Non ē autem eiusdem rationis compositio ex materia & forma: & ex essentia & esse: seu ex substantia & eē: quamuis utraq; sit ex potētia & actu. Primo quidē: quia materia nō ē ipsa substantia rei. Nā sequeretur oēs formas esse accidentia: sicut antiqui naturales opinabantur: sed materia ē pars substātiæ. Secūdo aūt: qa ipsū eē non est ꝓprius actus materiæ sed substātiæ totius. Eius. n. actꝰ est esse: de quo possumꝰ dicere ꝙ sit. Esse aūt non dr̄ de materia: sed de toto. unde materia non potest dici. Quod est sed ipsa substātia: idest ipsū suppositū naturæ ē id: quod ē. Tertio quia nec forma est ipsum eē: sed se habent ſm ordinem. Cōparatur enim ipsa forma ad esse: sicut lux ad lucidum: & albedo ad album uel sicuti non nulli codices habent: cōparatur ipsa forma ad esse sicut lux ad lucere: & albedo ad album esse. Deinde quia ad ipsam etiam formam comparatur ipsum esse: ut actus. Per hoc enim in compositis ex materia & forma: forma dicitur esse principium eēndi: quia ē complementum substantie: cuius actus est ipsum eē: sicut diaphanum est aeri principium lucendi. quia facit eum proprium subiectū luminis unde in compositis ex materia et forma nec materia: nec forma potest dici ipsum quod est: nec etiam ipsum esse. Forma tamen potest dici quo est: secundum ꝙ est essendi principium. Ipsa autem tota substantia idest compositum totum est id quod est: & ipsum esse est quo substantia denominatur ens. In substantiis autem intellectualibꝰ quæ non sunt ex materia & forma compositæ sed in eis ipsa forma ē substantia subsistens forma est: quod est: ipsum autem esse est actus & quo est. Et propter hoc in eis est unica tantum compositio actus & potentiæ: quæ scilicet est ex substantia & eē: quæ a Boetio dr̄ ex qd̄ est & esse uel ex quod est: & quo est. In substantiis autem compositis ex ma

teria & forma est duplex compositio actus & potentiæ. Prima quid est ipsius substantiæ: q̃ componit ex materia: & forma. Secunda uero ex ipsa substãtia iam cõposita & eẽ: q̃ ẽt põt dici ex quod ẽ & eẽ: uel ex quod est: & quo ẽ. Sic igitur patet ꝙ compositio actus & potẽtiæ est in plus: q̃ cõpositio formæ & materiæ. Vñ materia & forma diuidũt substantiam materialẽ. Potentia aũt & actus diuidunt ens cõe. Et pp hoc quæcũq; consequnt potẽtiã & actum: inquãtum huiusmodi sunt cõia substantiis materialibus & ĩmaterialibus creatis: sicut recipe & recipi: pficere & pfici. Quæcũq; uero sunt propria materiæ & formæ: inquã tum huiusmodi: sicut generari & corrũpi: & alia huiusmodi. Hæc sunt propria substantiaꝝ materialium: & nullo mõ conueniunt substãtiis ĩmaterialibus. ¶ Hæc ille ubi supra. ¶ Sed ne aliquid indiscussum relinquamus circa materiam istam: qa dictum ẽ superius Angelum & aĩam componi ẽt ex genere & differentia: pscrutandum ẽ: quomodo genus & differẽtia reperiant in ipsis. Sciendum est igitur ſm Auicẽ. Quod omne id: quod habet eẽ aliud a sua quiditate: oportet ꝙ sit ĩ genere. Et ita necesse est: ꝙ oẽs angeli ponant in predicamẽto substãtiæ Hæc est enim ratio substantiæ: prout ẽ pdicamentum ſm Auicẽ. Q̃d sit res quiditatẽ hñs: cui debeat eẽ p se: & non in alio. Quod quidem eẽ sit aliud ab ipsa quiditate. Et ideo ex ipsa possibilitate quiditatis trahitur ratio generis. Ex complemẽto aũt quiditatis trahit ratio differẽtiæ: ſm ꝙ appropinquat ad esse in actu. Sed hoc differenter contingit in substantiis compositis & simplicibus quia in compositis possibilitas est ex parte materiæ: sed complementum est ex parte formæ. Et ideo ex parte materiæ sumitur genus: ex parte uero formæ differẽtia. Nõ autem ita quod materia sit genus: aut forma differentia: cum utrunq; sit pars & neutrum prædicatur: sed ſm Auicẽnam: quia materia ẽ materia totius: & non solum formæ: & forma perfectio totius: non solum materiæ. Ideo totũ põt assignari & ex materia: & ex forma: & ex utroq;. Nomen autem designans totum ex materia: est nomen generis: & nomen designans totum ex forma est nomen differentiæ. Et nomen designans totum ex utroq;: est nomen speciei. Et hoc patet: si consideretur: quomodo corpus est genus animati corporis: & animatum differentia. Semper enim inuenitur genus sumptum ab eo: quod est materiale: & differentia ab eo quod est formale. Et inde est ꝙ differentia determinat genus: sicut forma materiam. In simplicibus autem naturis non sumitur genus & differentia ab aliquibus partibus: eo ꝙ complementum in eis & possibilitas non fundantur super diuersas partes quiditatis: Sed super illud simplex: quod

quidem habet possibilitatem: ꝯm quod de se nō habet eē: & cōplemen tum: ꝑut est q̄dam similitudo diuini eē secundū hoc ꝙ appropinquat magis & minus ad participandū diuinū eē. Et iō quot sunt gradus cō plemēti: tot sunt differentiæ specificæ. ¶ Hæc ex intētione Thomæ in. ii. sen. di. ii. ar. v. ¶ Sed in libello de ente & essentia p̄fatus doctor rem elegātius enucleat dicēs. In rebus sensibilibus ēt ipse differentiæ essentiales ignotæ sunt. Vñ significanť p differētias accidentales: q̄ ab essentialibus oriunť sicut cā significať p suū effectum. Accidentia aūt substātiaꝝ ī materialium ꝓpria nobis sunt ignota. Vñ differētiæ eaꝝ nec p se: nec p accidētales differētias a nobis significari pñt. Sciē dum est tñ: ꝙ nō eodē mō sumiť genus & differētia in illis substantiis & in substātiis sensibilibus. qa in sensibilibus sumiť genus ab eo qđ ē materiale in re: differētia uero ab eo: quod ē formale in ipsa. Vñ dicit Auicē. in principio libri sui de aīa. Qđ forma ī rebus cōpositis ex ma teria & forma: est differētia simplex: eo ꝙ cōstituiť ex illa. Nō aūt ita ꝙ ipsa forma sit differētia: sed est pricipium differētiæ: ut idem Auicē. dicit in sua metaphisica. Et diciť talis differētia eē differentia simplex: qa sumiť ab eo quod est pars q̄ditatis rei. s. a forma. Cū aūt substātiæ īmateriales sint simplices q̄ditates: nō poterit in eis differētia sumi ab eo: qđ ē ps q̄ditatis: sed a tota q̄ditate. Et ideo in principio libri sui de aīa dicit Auicē. Quod differētiam simplicē nō hñt: nisi species: quarū essentiæ: nō sunt cōposite ex materia & forma. Similiter in eis ēt ex to ta essentia sumiť genus: mō tñ differēti. Vna. n. substātia separata cō uenit cū alia in īmaterialitate: & differt ab ea in gradu pfectionis: ꝯm recessum a potētialitate & accessum ad actum purū. Et ideo ab eo: qđ cōsequiť illas inquātum sunt īmateriales: sumiť in eis genus: sicut in tellectualitas: uel aliq̄d huiusmodi. Ab eo aūt: qđ cōsequiť in eis gra dum pfectionis sumitur differentia nobis tñ ignota. Nec oportet has differētias eē accidētales: qa sunt secūdum maiorem & minorem pfe ctionem: q̄ nō diuersificāt speciem. Gradus enim pfectionis in recipiē do eādem formā non diuersificat speciem. sicut album & minus albū in recipiēdo eiusdem rōnis albedinē. Sed diuersus gradus in ipsis for mis uel naturis pticipatis diuersificat spēm sicut natura ꝓcedit p gra dus de plantis ad aīalia p q̄dam: q̄ sunt media īter aīalia & plātas ꝯm phm in. vii. de aīalibus. Nec iteꝝ ē necessariū: ut uel distictio ītellectua lium substātiaꝝ sit semp p duas differētias: qa hoc ē īpossibile in oīb⁹ rebus accidere: ut phus dicit. xii. aīalium libro. Et ex pdictis inferť: qđ angeli nō sunt eiusdē speciei: qa illud magis & minus: quod ē in ange lis non est ꝯm participationem eiusdem formæ: sed ꝯm diuersas for/

mas: & diuersos pfectionis gradus. Differunt ergo specie adinuicē: & essentialiter: ac p differētias essentiales. ℭ Hæc ille. ℭ In solutōe uero primi argumēti secūdi articuli qnquagesimæ q̄stiōis primæ partis sic dicit. Prælibatus doctor in proposito. Differētia ē inquit: quæ constituit speciē. Vnumquodq; aūt constituit in specie: fm q̄ determinat ad aliquē gradum in entibus: quia species rerum sunt sicut numeri: q differunt per additionem & subtractionem unitatis: ut dicitur in. viii. metaphisice. In rebus aūt materialibus aliud est: quod determinat ad specialē gradum: scilicet forma: & aliud: quod determinat: scilicet materia. Vnde ab alio sumit genus: & ab alio differētia. Sed in rebus immaterialibus nō ē aliud determinans & determinatū. Sed una quæq; earum fm seipsam tenet determinatum gradum in entibus. Et ideo genus & differentia in eis non accipit fm aliud & aliud: sed fm unum & idem. Quod tñ differt fm considerationē nostram. Inquātum enim intellectus noster considerat illam rem: ut indeterminate: accipit i eis ratio generis: inquantum uero considerat: ut determinate: accipit ratio differētiæ. ℭ Hæc ille. ℭ Et sic habet qualiter angeli componunt ex genere & differētia: & quomodo sumunt in ipsis genus & differentia. ℭ Sed præter supra dictas compositiones: quas i angelis & anima rationali supius posuimus: adhuc aliam in ipsis inuenio cōpositionē. Videlicet subiecti & accidētis. Dico igit quod angelus & ratiōalis aīa componuntur ex subiecto & accidēte: quia secūdum doctorē sanctū. septimo. Quodlibet. ar. vii. Angelus pōt eē subiectum accidētalis formæ. Idem iudicium est de anima. Vnde Augustinus dicit: q̄ Spirituales substantie deficiunt a simplicitate diuina ex hoc quod in ipsis est compositio accidētis & subiecti. Componuntur ergo angeli & anima rationalis ex subiecto & accidēte. ℭ Et hæc de compositione angelorum atq; animæ rationalis satis superq;: uel potius plenarie & cumulatissime pro quarta parte dicta sufficiant. Loqutus enim sum in hac parte de compositione anime rationalis per se: sed de compositione angelorum per accidēs. Non enim potui loqui de compositione animæ: qn etiam loquerer de compositione angelorum: ut patet per ea: quæ superius exarata sunt.

ℭ De uiginti differentiis: quibus Angelus & Anima rōnalis inter se differunt. Primi capitis pr ncipalis pars quinta & ultima.

¶DIFFERENTIA PRIMA.

p OSTREMA Primi capitis huius libelli nostri parte qbus differentiis aīa rōnalis ab angelo differat: elucidare spopēdi Non nullas igitᷣ differētias: qbus angelus & aīa adinuicem differre phibentᷣ: recēsere cōstitui. Nec mirādū erit: si multifariā multisqꝫ modis angelum aīamqꝫ differre demōstrauero: qa differētiæ essentiales incognite nobis sunt & inominatæ ꝭm pħm in. viii. metaphisicæ. Et ideo differētiis accidētalibus designanᷣ: quæ ex essentialibus ꝓcreanᷣ: sicut cā p suum effectum designatᷣ: ueluti calidū & frigidū humidū & siccum assignatᷣ differētiæ ignis & aquæ. Vnde ꝑn̄t plures differētiæ pro specificis assignari: ꝭm plures proprietates rerꝫ differētium specie ex essentialibus differentiis procreate. Et ideo duæ primo differentiæ assignantur: quæ priores sunt: quasi essentialibus differentiis propinquiores: ex quibus etiam omnes aliæ differētiæ: q̄s assignare tentabo: dependētiam habere comprobanᷣ. Sunt igitur istæ duæ primæ: quibus anima & angelus inter se differunt: uidelicet unibile: & non unibile: quia anima corpori unibilis est: ut forma. Angelꝰ uero non: quod autem hæ duæ sint primæ differētiæ essentialibus ꝓpinquiores: patet. quia in intelligentiis ponitur potētia & actus: sicuti superius fuit explicatum. Et ideo non est difficile inuenire distinctionem intelligētiarum: quod esset impossibile: si nulla potētia in eis eēt. Vn̄ cōmētator dicit in. iii. de aīa. Q ꝺ si natura ītellectus possibilis eēt ignota nō possemꝰ iuenire multitudinē ī substātiis sepatis. Est ergo distinctio earꝫ adinuicē ꝭm gradꝰ potētiæ & actus: ita qꝫ intelligentia superior: q̄ magis ꝓpinqua ē primæ causæ: plus habet de actu & minus de potētia: & sic de aliis. Et hoc completur in aīa humana: quæ tenet ultimum gradum in substantiis intellectu a libris. Vnde intellectus possibilis eius se habet ad formas intellectibiles: sicut materia pr̄ia: q̄ tenet ultimū gradū in eē sensibili: ad formas sensibiles: ut dicit cōmentator in. iii. de aīa. Et ideo pħus cōparat eam tabulæ rasæ: in qua nihil est depictum. Et pp hoc qꝫ inter alias substantias ītellectuales plus habet de potentia: ideo efficitur tantum propīqua rebus materialibus: ut res materiales trahantur ad participandum esse suum: ita qꝫ ex anima & corpore resultat esse unum in uno composito: q̄uis illud esse: prout est animæ: non sit dependens a corpore. Et ideo post istam formam: quæ est anima: inueniuntur aliæ formæ plus de potentia habentes: & magis propinquæ materiæ: in tantum qꝫ esse earum sine materia non est in quibus etiam inuenitur ordo & gra-

dus usq; ad primas formas elemētorum:q̄ sūt ꝓpinqssimæ materiæ. Vñ nec aliam opationem hñt:nisi ẜm exigentiā q̄litatum actiuarum & passi uarum:& aliarum:q̄bus materia ad formā disponit̄:ut patet i igne & aqua: & huiusmodi. Vnibile ergo & nō unibile sunt primæ differētiæ: q̄bus Angelus & aia inter se differre cōprobant̄. Vñ doctor lucis in.ii.Sen. dist.iii.ar.vi.sic dicit.Iste duæ differētiæ unibile & non unibile melius assignant̄:q̄ priores sunt.q̄si essentialibus differētiis ꝓpinquiores.Cū enim substātiarum simplicium queadmodū dictū est de angelis:sit diffe rentia in specie ẜm gradū possibilitatis in eis:ex hoc aia rōnalis ab an gelis differt:q̄a ultimum gradum i substātiis spiritualibus tenet sicut materia prima in rebus sensibilibus:ut dicit commētator in.iii.de aia. Vnde q̄a plurimū de possibilitate habet:esse suum est adeo ꝓpinquū rebus materialibus:ut corpus materiale possit illd̄ eē participare:dum aia corpori unit̄ ad unū esse.Et ideo cōsequnt̄ istæ duæ differētiæ iter aiam & angelum:unibile & nō unibile ex diuerso gradu possibilitatis ℭHæc illæ.ℭIstæ ēt differētiæ tāgunt̄ in libro de causis ubi dr̄.Q d̄ Intelligētiæ sunt finitæ suprius:sed īfinitæ inferius. Sunt.n.finitæ:quo ad eē suum:quod a deo supiori recipiūt:nō tñ finiūt̄ īferius:q̄a formæ angelicæ nō limitant̄ a capacitate alterius naturæ recipiētis eas.Et iō In talibus substātiis nō īuenit̄ multitudo indiuiduorum i una specie: nisi In aia humana pp corpus:cui unit̄.Anima ergo humana secernitur ab angelo pp hoc q̄a ipsa unit̄ corpori ut forma.Angelus uero nō:& licet in aia separata nō sit actualis unio ad corpus:q̄a actu nō unit̄:tñ remanet habitudo & unibilitas ad ipm̄.ℭAngelus aūt neq; ē corpus neq; pōt habere corpus sibi naturaliter unitū. Licet enim angeli non nūq̄ corpora assumāt:sicut patet de angelis:q̄ apparuerūt Abrae:& Loth:atq; Tobiæ:qui q̄dem uisi fuerūt ab ipsis q̄bus apparuerūt:cor porali uisione:qua uidet̄ id:quod positū est extra uidētem:& cōsequē ter tali uisione non uidet̄ nisi corpus:tamen corpus assumptum non unit̄ angelo ut formæ:neq; solū:ut motori:sed sicut motori represen tato p corpus mobile assumptū.Sicut enim in sacra scriptura ꝓprie/ tates rerum itelligibilium sub similitudinibus rerum sensibilium describūt̄ ita corpora sensibilia diuina uirtute sic formant̄ ab angelis:ut cōgru ant ad representandum intelligibiles ꝓprietates:& hoc est angelum assumere corpus:ut dicit Thomas in prima parte.q.li.arti.ii.Sed q̄ri/ tur:si angeli assumunt corpora:ex quo elemento assumunt. Non eni de terra uel aqua:quia non subito disparerent:neq; iterum de igne:q̄a comburerent:si qua contingerent:neq; iterum ex aere: quia aer infi/ gurabilis est:& incolorabilis.Et sic uidetur quod angeli corpora non

assumant. Respondet Thomas ibidem. Quōd licet aer in sua raritate manens non retineat figuram neq; colorem: quando tamen condēsatur: & figurari & colorari pōt: sicut patet ī nubibus. Et sic angeli assumunt corpora ex aere condēsando ipsum uirtute diuina: quantū necesse ē ad corporis assumēdi formationē. Sic ergo patet: quod quāuis angelus possit uniri corpori: nūq̄ tñ ut forma: informans aliquod corpus: sicut aīa: quae est forma hoīs specifica uere corpus humanū informans: sicut clare supius demonstrauimus. Vnibile ergo & non unibile sunt prime differentiae: quibus angelus & aīa rōnalis adinuicē differūt: & ex iis duabus differētiis aliae q̄si oēs exoriūt & pcreantur.

¶DIFFERENTIA SECVNDA.

SECVNDA Differētia est: q̄a aīa separata nullum corpus mouet: nec ad formā: nec ad locum: q̄a cum habeat determinatum mobile: cui unitur: ut forma mediante quo mouet qcq̄d mouet: separata ab eo nihil aliud pōt mouere. Angel9 aūt licet nō moueat aliquod corpus ad formā: pōt tñ mouere localiter. Vnde Augustinus dicit in. iii. de trinitate: quod ea: q̄ diuinitus in corporalibus fiunt: misterio angelorū fiunt. Grego. ēt dicit in. iiii. dialogorum. Quod oīa corporalia p spirituales substantias administranť. Quod qualiter sit declarat doctor lucis nono Quodlibet ar. x. dicēs. De actiōe angelorū in haec iferiora corpora: duplex ē opinio apud philosophos. Cōmentator enim uult in. x. metaphisice. Quod substantiae spirituales nō possunt imprimere in haec iferiora corpora: nisi mediantibus corporibus coelestibus: q̄ a substantiis incorporeis mouenť fm pħos. Auicēna uero uult in sua metaphisica & in. vi. de naturalib9 Quod dupliciter imprimunt in haec inferiora: uno modo p motum orbium: & alio mō p imperium īmediate: q̄a formae intellectus eorū sunt factiuae fm eum: & materia sensibilis obedit & paret eorū conceptionibus: plusq̄ quibuslibet qualitatibus actiuis & passiuis. Et exinde est fm eum: quod in istis inferioribus sunt aliquae trāsmutatiōes quandoq; ex conceptionibus superiorum substantiarum praeter totum ordinem causarum naturalium. Sed haec opinio secunda repugnat dictis Augustini in. iii. de trinitate: ubi dicitur. Quod angelis non fuit ad nutum materia corporalis. Repugnat etiam rationi: quia quāuis: quod est potentia in materia: sit actu in substantiis multo nobilius: tamen materia corporalis non est proportionata potentia respectu talis actus quo substantiae spirituales in actu sunt. Oportet autem agēs

quod educit de potētia in actū esse materie ꝓportionatū. Vnde non potest esse:ꝙ uirtus substātiæ spiritualis creatæ se extēdat ad materiæ trāsmutationē imediate:sed mediāte aliquo agente naturali. Quāuis aūt ei nō obediat corporalis materia ad formalem trāsmutationem immediate:tamē obedit ei localiter ad motū localem. Et p hanc uirtutē possunt cōgregare & circūponere aliqua agētia naturalia ad aliquem effectū pficiendū. Ea uero:ad que nulla uirtus naturalis se extēdit: fiunt sola diuia uirtute:q̄ sola potest naturalem ordinē imutare. Sed q̄a mentes nostræ sūt proportionatæ & ꝓpinquæ ad recipiēdū actionem angelorꝫ:ideo in mētes nostras agere possunt dupliciter. Vno mō cōfortādo itellectū nostrū:sicut i corporalibus minus calidū cōfortatur per magis calidum. Alio modo per agēs naturale ipsius intellectus sicut etiam agit in corpora:& hoc est inquātū lumine angelico illustrantur fantasmata ad aliquas nobiliores cōceptiones imprimēdas:q̄ lumine intellectus agentis exprimi possent. ¶ Hæc ille. In solutione uero secūdi argumenti sic dicit Angelus agit i hæc corpora mouēdo ea localiter p imperiū. Sed iperiū non dicit̄ hic sine uirtute actiua:quā opportet aliquo mō cōtingere in corpus motū:cū mouens & motū opporteat eē simul:ut ꝓbatur in. vii. phisicorꝫ. Actio uero:qua ifluere dicitur in aiam nostrā cōfortādo eā ad intelligendū:nō opportet:ꝙ trāseat p mediū corporale:q̄a hoc facit in spiritualibus ordo:qđ in corporibus situs secūdū Augustinū. Aiæ uero nostræ ordine naturæ q̄si cōtiguant̄ ipsis angelis:sicut & angelus inferior supiori. Vñ nō opportet ꝙ interueniat mediū corpale. ¶ Hæc ille ubi supra. Angelus ergo q̄uis nō possit mouere ad formā: mouet tñ localiter. Sed aia sepata neutro mō potest mouere:nec localiter:nec ad formam.

DIFFERENTIA TERTIA

TERTIO differūt in hoc:q̄a aia indiuiduat̄ p corpus:angel⁹ uero nō:sed ex hoc ipso indiuiduat̄:q̄a nō est aptus recipi in materia. Vñ do. S. i. ii. S. dist. iii. ar. ii. In angelo inq̄t natura i se determinata est:ex hoc ꝙ in aliquo. sicut forma determinabilis recipi non pōt:& ex hoc ipso indiuiduat̄:& nō p determinationē materiæ recipiētis:sicut & diuinū esse ē ꝓpriū & determinatū:nō p additionē alicuius cōtrahētis:sed p negationē oīs adhibiti. Vñ dicitur in libro de causis Quod Indiuiduatio sua est bonitas pura. Sed aia ra-

tionalis non indiuiduatur:nisi ex corpore.Propter hoc impossibilis est error ponentium animas prius creatas & postea incorporatas: quia non efficiuntur plures:nisi secundum q̄ infunduntur pluribus corporibus.Sed aduertendum secundum Auicennam Quod quamuis indiuiduatio animarum dependeat a corpore:quantum ad sui principium:non tñ quantũ ad sui finẽ:ita.s.q̄ cessantibus corporibus cesset indiuiduatio animarum. Cuius ratio est q̄a cũ oĩs pfectio ĩfũdat̃ materie s̃m capacitatẽ suã:natura aĩe fũdit̃ diuersis corpibus nõ s̃m eãdẽ nobilitatẽ & puritatẽ. Vñ in uno quoq; corpore hẽbit eẽ determinatũ s̃m mensurã corporis.Hoc aũt esse terminatũ q̃uis acq̃rat̃ aĩe in corpore.nõ tamẽ ex corpore:nec p depẽdentiã ad corpus.Vnde remotis corporibus adhuc remanebit unicuiq; anime esse suũ.Et põt hoc manifestari p exemplũ sensibile.Si enim aliq̃d unũ nõ retinẽs figurã distinguatur per diuersa uasa:sicut aqua:quando uasa remouebuntur: aut confringentur: non remanebunt propriæ figuræ distiuctæ: sed erit una tantum aqua.Ita est de formis materialibus:q̃ nõ retinent esse per se. Si autem sit aliquid retinens figuram: quod distinguatur per diuersa instrumenta diuersarum figurarum: etiam illis remotis uel confractis:remanebit distinctio figurarum:ut patet in cæra liquefacta& posita ĩ diuersis uasis q̃ frigefacta amotis ẽt uasis figurã detinet Patet etiam de ære aut aliquo metallo liquefacto: & fuso in diuersis uasis fictilibus : q̃a confractis uasis illud æs uel metallũ detinet diuersitatem figurarũ:quas cõsequtus fuit ex ĩ fusione ĩ illa uasa diuersa. Nõnulli dant exemplum de aqua fusa in diuersis sciphis aut phialis: quæ quidem aqua postea concreta sit in glaciem:quia confractis uasis aut elisis remanent figure glaciei distincte:sicut erant prius. Alii uero dãt exemplum de multis sigillis imprimentibus suas figuras ĩ diuersis cæris.Nam amotis sigillis adhuc remanent illæ figuræ distinctæ. Et ita ẽ de anima:quæ retinet esse suum post corporis destructionem: quod etiam manet in ipsa esse indiuiduatum & distinctum. ¶ Hæc recitat doctor lucis in primo.S.distinc.viii.ex intentione Auicenne.In libello etiam de ente & essentia sic dicit.Licet indiuiduatio animæ ex corpore occasionaliter dependeat:quantum ad sui inchoationem:quia nõ acquiritur sibi esse indiuiduatum:nisi in corpore:cuius est actus: non tamen opportet:q̄ destructo corpore indiuiduatio pereat:quia cũ habeat esse absolutum:ex quo acquisitum est sibi esse indiuiduatum ex hoc q̄ facta est forma.huius corporis illud esse semper remanet indiuiduatum. Et ideo dicit Auicenna Quod indiuiduatio animarum & multiplicatio dependet ex corpore quantum ad sui princi-

pium:non quantum ad sui finē. ℭ Hæc ille. ℭ Sed aduertas diligen-ter:quia dixit superius doctor.san. Quod corpus est occasio indiui-duationis animæ:& nō causa. Occasio enim differt a causa:quia occa-sio est solum causa sine qua non. Sed causa est ex qua per se sequitur effectus. Et quia anima rationalis non recipit suum eē:nec suum unū esse sine corpore. Iccirco dixit doctor:ꝙ non est causa:sed occasio in-diuiduationis animæ:quia non indiuiduatur anima per materiam:ex qua fiat:sed per habitudinem ad materiam:in qua est. Angelus ergo & anima rationalis in hoc differunt:quia anima indiuiduatur ex cor-pore: Angelus uero ex hoc ipso indiuiduatur quia eiꝰ essentia uel na-tura non est apta in materiam recipi:nec alicuius corporis actus pri-mus esse potest.

ℭ DIFFERENTIA QVARTA.

QVARTA Differentia est:quia omnes angeli specie diffe-runt adiuicem. Animæ uero numero solum. Vnde doctor lucis in.ii. Sen.dist.iii.ar.iiii.dicit. Circa hoc sunt tres opinio nes. Quidam enim dixerunt: ꝙ omnes angeli sunt unius speciei:adeo ꝙ etiam angelus & anima specie non differunt ſm eos. Alii uero dixerūt. Quod angelus & aīa differūt specie:& angeli uniꝰ ordinis ab angelis alteriꝰordis:sed oēs q̄ sūt uniꝰordis sūt uniꝰspeciei. Alii uero dicūt:ꝙ nullus angelus ē uniꝰ speciei cū alio. Et hæc opinio concordat dictis philosophorum & etiam Dionysii. Et hoc necessariū est cōsentire:tum ex immaterialitate :tum etiam ex icorporeitate. Si enim imateriales ponuntur:cū nulla forma uel natura multiplicet nu merum:nisi ex diuersitate materiæ:oportet ꝙ forma simplex & ima-terialis nō recepta in aliqua materia sit una tantum. Vnde quicquid est extra eam:est alterius nature:eo ꝙ distet ab ea secūdum formam: non secūdum materiale principium:quod ibi nullum est. Talis autē diuersitas causat differentiam in specie. Vnde oportet quoslibet duos angelos acceptos differre ſm speciem. Hoc etiam de necessitate sequi tur:si ex materia componātur : dummodo non ponantur corporei. Quod sic patet. Quorūcūq; materia ſm esse differre ponitur:opor-tet:si ista materia sit eiusdem ordinis in utroq;:sicut materia genera-lium & corruptibilium est una:ꝙ duæ formæ ſm quas diuersum esse accipit:recipiantur in diuersis partibus materiæ. Non enim una pars materiæ diuersas formas oppositas & disperatas simul recipere pōt. Sed impossibile est in materia intelligere diuersas partes:nisi præintel-

ligat in materia quantitas dimensiua ad minus interminata: per quã diuidatur: ut dicit Commentator in libro de substantia orbis & in primo phisicorum: quia separata quantitate a substantia: remanet indiuisibilis: ut in primo phisicorum Philosophus dicit. Sed nulla forma recipitur in materia sub quantitate itellecta: nisi forma corporalis. Ergo impossibile est duos angelos cõmunicare in materia: uel in potentia unius ordinis. Sed omnis forma uel natura: quæ recipitur in diuersis gradibus potentiarum: recipitur ∫m prius & posterius ∫m esse: Impossibile ẽ autem naturam speciei cõmunicari ab indiuiduis per prius & posterius: nec ∫m esse: nec ∫m intentionem: q̃uis hoc sit possibile ĩ natura generis: ut dicitur in. vii. metaphisicæ. Ergo impossibile est duos angelos: si sunt incorcorporei: esse unius speciei. ¶ Hæc ille. ¶ Hoc idem præfatus doctor concludit in prima parte. q. l. ar. iiii. Impossibile est inq̃t duos angelos cuiuscũq; ordinis sint: eẽ unius speciei. Ea. n. quæ conueniunt specie: & differunt numero: conueniunt in forma: & distingunt materialiter. Si ergo angeli non sunt compositi ex materia & forma: sequitur ꝙ impossibile sit duos angelos esse unius speciei: sicut etiam impossibile esset dicere: quod eẽnt plures albedines separatæ: aut plures humanitates: cum albedines nõ sint plures: nisi ∫m ꝙ sunt in pluribus substantiis. Si tamen angeli haberent materiã: nec sic possent esse plures angeli unius speciei. Sic enim oporteret ꝙ principium distinctionis unius ab alio esset materia: non quidem ∫m diuisionem quantitatis: cum sint incorporei: sed ∫m diuersitatem potẽtiarum: quæ quidem diuersitas materiæ: causat diuersitatem non solum speciei: sed etiam generis. ¶ Si uero obiiciatur quod magis & minus non diuersificant speciem: & angeli nõ uident differre adinuicem: nisi ∫m magis & minus: prout scilicet unus alio est simplicior & ꝑspicatioris intellectus: ergo angeli non differunt specie. Respondet ꝙ hæc instantia soluta est supra: ubi de compositione aĩæ ratiõalis & angeloꝝ agebatur: quia magis & minus ∫m ꝙ causant ex intensione & remissione unius formæ nõ diuersificat speciem: sed ∫m ꝙ causant ex formis diuersoꝝ graduũ: sic diuersificant speciẽ: sicut si dicamus ꝙ ignis est perfectior aere. Et hoc modo angeli diuersificant ∫m magis & minus. ¶ Hæc Thomas ubi supra. Hanc eandem conclusionem profitetur dñs Auicenna in metaphisica sua dicẽs. Essentiæ rerum compositaꝝ ex eo ꝙ recipiuntur in materia designata: multiplicantur ∫m diuisionẽ eius. Vnde contingit: ꝙ aliqua sunt idem specie: & diuersa numero. Sed cum essentia rei simplicis nõ sit recepta in materia: non põt ibi esse talis multiplicatio. Et ideo impossibile est: ut inueniant in illis

substantiis plura indiuidua eiusdem speciei: sed quot sunt indiuid ua: tot sunt ibi species. Hæc Auicenna expræsse. Probat̃ etiam aliis rationibus præfata conclusio. Et primo sic. In iis: quæ sunt eiusdẽ speciei: non est inuenire prius & posterius: ut dicit̃ in. iii. metaphisicæ. Sed in angelis etiam unius ordinis sunt primi & medii & ultimi: ut dicit Dionysius capi. x. angelicæ hierarchiæ. Ergo angeli non sunt eiusdem speciei. ¶ Præterea multiplicatio indiuiduorum unius speciei nõ est nisi ad cõseruandum speciei ꝑpetuitatẽ: q̃ in uno saluari nõ põt. Vnde i corporibus incorruptibilibus non est nisi unum indiuiduũ unius speciei ut sol & luna. Sed angelus ẽ substantia incorruptibilis. Ergo nõ sunt plures angeli unius speciei. ¶ Amplius angelus ẽ ꝑfectior quolibet corpore. Sed aliq̃d corpus ad tãtam ꝑfectionem ꝑuenit: ut nihil naturæ suæ sit extra ipsum: ut patet in iis: q̃ cõstant ex tota materia suæ speciei: sicut est in corpore cœli: ut dicit̃ in primo cœli & mundi. Ergo uidetur q̃d multo fortius extra unum angelũ nõ sit aliquid suæ speciei ¶ Vlterius ꝑm pħm in. viii. metaphisicæ. Vbicũq; est pluralitas indiuiduorum ibi est materia. Sed in angelis non est materia: ergo in angelis nõ est pluralitas indiuiduorum sub una specie. Ergo quot sunt indiuidua in angelis: tot sunt species. Quilibet ergo ãgelus differt specie a quocũq; alio angelo. Sed una aĩa non differt ab alia: nisi numero solum. Qui enim diceret aĩas specie differre explodẽdus esset. Differũt ergo in hoc angeli & aĩe. Quia oẽs angeli specie differũt adinuicem. Aĩæ uero numero solũ q̃uis Ioannes dñs scotus in. ii. sen. di. iii. & in suis quodlibet. q. ii. dicat Angelos sub una specie plurificari & plura angelorum indiuidua sub una specie contineri.

¶ DIFFERENTIA QVINTA.

QVINTO Differũt in hoc: angelus & aĩa: qa angelus est nobilior & ꝑfectior aĩa. Patet hoc: qa angelus magis recedit a rebus materialibus minus hñs de potentia: & plus de actu. Gradus enim ꝑfectionis in ĩtelligẽtiis attendit̃ ꝑm recessũ a potentialitate: & accessum ad actũ purũ. Nam intelligẽtia supior: q̃ plus ꝓpinqua est deo: plus habet de actu: & minus de potẽtia: & sic de aliis. Aĩa uero humana: q̃ plus habet de potentia & minus de actu: q̃ cæteræ substãtiæ intellectuales: tenet ultimũ gradũ in substãtiis intellectualibus. Vñ aĩa: siue eius intellectiua potẽtia uel itellect⁹ possibilis se hẽt ad formas ĩtelligibiles sicut materia prĩa: q̃ tenet ultimũ gradũ in eẽ sensibili: ad formas sensibiles: ut dicit Cõmẽtator in. iii. de aĩa. Et

ideo phs cōparat eā tabulæ rasæ:in q̄ nihil ē depictū. Efficitaūt tm̄ ꝓpinqua rebus materialibus aīa:ut ex ea & corpore resultet unū esse in uno cōposito:q̄uis eius eē ex corpore nō depēdeat. Et pp hoc īter oēs alias substantias ītelligibiles minus hēt de actu:& plus de potētia. Sed cū angelus plus recedat a rebus materialib⁹:plus habēs de actu & minus de potētia:sequit̄ quod ipse sit nobilior & pfectior aīa. Et cōsequēter infert:qđ ēt sit simplicior:qa magis accedit & appropinq̄t ad actū puꝝ & simplicissimū:q est deus:a quo aīa magis recedit:plus ad potētialitatē accedēs:ut paulo ante ꝓlibauimus. Angelus igit̄ ē simplicior aīa: Vnde doctor san. in primo sen. di. iii. dicit. Quod eoꝝ:q̄ sunt magis materialia:q̄ intellectus species ē in ītellectu simplicior:q̄ in rebus Et ideo huiusmodi dicunt̄ cognosci p modū abstractionis. Angeli āt sunt simpliciores nostro ītellectu: Et ideo species:q̄ in nostro ītellectu efficit̄: p quā cognoscūtur:ē minus simplex. Vnde non cognoscunt̄ angeli p abstractionē:sed p impssionem ī ītelligētias nostras. ¶ Hæc ille. Angelus ergo est simplicior anima.

¶ DIFFERENTIA SEXTA.

SEXTO Differūt angelus & aīa:quo ad modū ītelligendi: qa angelus intelligit sine fantasmate:nec eius cognitio ortū habet a sensu sicut Dionysius. vii. c. de. di. no. dicit. Quod angeli nō cōgregant diuinā cognitionē a rebus diuisibilibus & sensibilibus. Aīa uero corpori unita sine fantasmate nō pōt ītelligere & eius cognitio ortum habet a sensu:qa nihil est in ītellectu: qn prius fuit in sensu. Et in primo posterioꝝ phs etiam dicit. Quod omnis doctrina & disciplina intellectiua ex præexistēti fit cognitione. Decreui igitur circa materiam istam scientificam & pulcherrimā hic inserere quæstionem. ¶ Vtrum cognitio nostra ortum habeat a sensu. Et uidetur ꝙ non. Et primo sic arguitur: eorum quæ non cōueniunt ī materia:non potest esse actio & passio. Sed mens nostra siue ītellectus noster non cōmunicat in materia cum rebus sensibilibus:ergo non possunt sensibilia agere in intellectum nostrū:ut ex eis menti nostræ aliqua cognitio imprimatur. ¶ Minor patet & maior probatur per philosophū in libro de generatione:& per Boetium in libro de duabus naturis & una psona in decimo qui dicunt. Quod illa solum agunt & patiuntur adinuicē quæ communicant in materia. ¶ Secundo sic. Obiectum intellectus pro statu isto est. Quod quid est:ut dicitur in tertio de anima. Sed quiditas rei nullo modo sensu percipit̄ ergo

cognitio mentis a sensu non accipiť. ¶ Tertio Augustinus in. x. confessionū loquens de cognitione itelligibiliū: quomodo a nobis acquiratur: dicit. Ibi inquā erant: anteq̄ ea didicissem scilicet intelligibilia in mente nostra. Sed in memoria non erāt: ergo in intellectu. Et sic uidetur Quod intelligibiles spēs non sint a sensibus accepte. ¶ Quarto philosophus dicit in. iii. de anima: Quod Voluntas nō fertur in incognitū. Augustinus etiam probat in. x. de trinitate Quod Inuisa amare possumus: incognita uero nequaq̄. Sed aliquis anteq̄ sciētiam addiscat amat eā. Qd̄ patet ex hoc ꝙ multo studio eā q̄rit. Ergo anq̄ addiscat illam scientiam: habet eam in notitia sua: ergo uideť: ꝙ non accipiat anima scientiam a rebus sensibilibus. ¶ Quito secūdum Augustinū. xii. de trinitate. Mens nostra de rebus corporalibus iudicat secundum rationes incorporales & sempiternas. Sed rationes acceptæ a sensibus nō sūt huiusmodi. Ergo idem: qď prius. ¶ Sexto. si anima cognitionem a sensibilibus accipiat: hoc non potest esse: nisi inquantū species: quæ a sensibilibus accipitur intellectum possibilem mouet. Sed talis species non potest mouere intellectum possibilem. Non enim mouet ipsum in phantasia adhuc existens: quia ibi existens nondum est actu intelligibilis: sed potentia tantum. Similiter non mouet intellectum possibilem existens in intellectu agente: qui nullius speciei est receptiuus: alias non differret ab intellectu possibili. Similiter nec existens in ipso possibili intellectu: quia forma iam inherēs subiecto subiectum non mouet: sed in ipo quodāmodo quiescit. Nec etiam per se existens: cum species intelligibiles non sint substātie: sed de genere accidentium: ut dicit Auicēna in sua Metaphisica. ergo nullo modo potest esse: ut anima nostra a sensibus accipiat sciētiā. ¶ Septimo. Omne agens est nobilius patiente: ut patet per Augustinum: xii. super genesim ad litteram: & per philosophum in. iii. de anima. Sed recipiens se habet ad illud: quod recipit: quasi paciēs ad agēs. Ergo cum anima nostra sit multo nobilior sensu & sensibilibus nō potest nec a sensibilibus: nec ab ipso sensu cognitionem accipere. ¶ Octauo & ultimo philosophus dicit in. vii. phisicorum. Quod anima in quiescendo fit sciens & prudens. Sed anima non posset accipere scientiā: nec a sensu: nec a sensibilibus: nisi moueretur quodāmodo ab eis. Ergo anima non accipit scientiā a rebus sensibilibus: nec ab ipsis sensibus. ¶ In cōtrariū ē philosophus: qui dicit cognitionē nostrā intellectiuā ortū habere a sensu. Auicēna etiā dicit in Metaphisica sua ꝙ cognitio ītellectiua ortū hēt a sensitiua. Hoc ēt expimento patet: qa ſm philosophū: cui deficit unus sensus: deficit una sciētia: sicut cæcis a na

tiuitate deest scia de coloribus. hoc aũt nõ esset: si aĩa aliũde acciperet scientiã: q̃ p sensus. Ergo aĩa a sensibilibus per sensus scientiã accipit. ℂ Preterea nostra cognitio originaliter cõsistit ĩ notitia primoꝝ principioꝝ: quoꝝ cognitio in nobis a sensu oritur: ut patet in libro posterioꝝ. Ergo sciẽtia nostra a sensu oritur. ℂ Vlterius. natura nõ habundat ĩ sup̃fluis: nec deficit in necessariis. Si ergo natura ĩpa nihil facit frustra: sequit̃ ꝙ a sensibus cognitionẽ accipiat aĩa. Alias frustra essent sibi dati sensus: nisi p eos cognitionẽ de rebus accipet. Ergo &c. ℂ Circa questionẽ hãc cõsiderandũ est. Quod multiplex fuit antiquoꝝ opinio. Quidã enim posuerũt ortũ sciẽtiæ nostræ totaliter a causa exteriori eẽ: q̃ est a materia sepata: q̃ in duas sectas diuidit̃. Quidã enim: ut platonici: posuerũt formas rerũ sensibiliũ esse a materia sepatas. Et sic esse itelligibiles actu: & p earũ pticipationẽ a materia sensibili effici idiuidua ĩ natura. earũ uero participatione humanas aĩas scientiã habere. Et sic ponebãt ſm dictas formas esse principiũ generationis & sciẽtie: ut philosopus narrat ĩ principio Metaphisice. Sed hec positõ a philosopho sufficiẽter reprobata est: qui ostendit: ꝙ nõ ẽ ponere formas sensibiliũ rerũ: nisi ĩ materia sensibili: cũ etiã nec sine materia sensibili ĩ uniuersali formæ uniuersales itelligi possint: sicut nec simus intelligi põt sine naso. Et ideo alii non ponẽtes formas sensibiliũ sepatas sed itelligentias tñ: quas nos angelos dicimus: posuerũt originẽ nostre sciẽtiæ totaliter ab huiusmodi substãtiis separatis esse. Vñ Auicenna uoluit Quod sicut forme sensibiles nõ acquirũtur in materia sensibili nisi ex influẽtia itelligẽtiæ agentis: ita & forme intelligibiles humanis mentibus nõ imprimũtur: nisi ex intelligẽtia agente: quæ non est pars aĩæ: sed substãtia separata: ut ipse ponit. Indiget tñ aĩa sensibus: q̃si excitãtibus & disponẽtibus ad sciẽtiã: sicut ista ĩferiora agẽtia p̃parãt materiã ad suscipiẽdã formã ab itelligẽtia agẽte. Sed hæc opinio irrationabilis uidet̃: q̃a ſm hoc nõ esset depẽdẽtia necessaria iter cognitionẽ aĩæ humanæ: & uirtutes sensitiuas: cuius apparet cõtrariũ manifeste: tũ ex hoc ꝙ deficiẽte sensu deficit scia de suis sensibilibus: tũ ex hoc Quod mẽs nostra nõ põt actu considerare ea: q̃ habitualiter scit: nisi formãdo aliqua fãtalmata. Vñ ẽt læso organo fantasiæ ĩpedit̃ cõsideratio. Et p̃terea p̃dicta positio tollit ꝓxima rerũ pricipia: si oĩa inferiora ex substãtia sepata ĩmediate formas cõsequunt̃: tã itelligibiles: q̃ sensibiles. ℂ Alia opinio fuit ponẽtiũ nostræ sciẽtiæ originẽ totaliter a cã ĩferiori esse: q̃ ẽt ĩ duas sectas diuidit̃. Quidã eni posuerunt humanas aĩas ĩ seipsis cõtinere oĩum rerũ notitiã: sed per cõiunctionẽ ad corpus p̃dictam cognitionem obtenebrari. Et ideo dicebant nos indigere stu

dio & sensibus: ut ipedimenta scientiæ tollerentur dicētes: Addiscere nihil aliud esse: q̄ reminisci: sicut ex iis: q̄ uidimus & audiuimus reminiscimur ea: q̄ prius scíebamus. Sed hæc positio nō uidet̄ esse rationalis. Si enim cōiunctio aiæ ad corpus sit naturalis: nō pōt eē q̄ per eam totaliter naturalis scientia impediatur. Et ita si hæc opinio uera esset: nō pateremur oīmodā ignorantiā eoꝝ: quoꝝ sensum non habemus. Est aūt opinio hæc cōsona illi positioni: q̄ ponit aīas ante corpora fuisse creatas: & postmodū corporibus unitas: qa tūc cōpositio corporis & aiæ nō esset naturalis: sed accidētaliter ꝓueniēs ipsi aiæ: q̄ qdem opinio & ꝑm fidē & ꝑm philosophoꝝ sn̄ias reprobāda iudicat̄. ℭ Alii uero dixerūt Quod aīa sibi ipsi ēst sciētie causa. Non eni a sensibilibus sciētiā accipit: quasi actione sensibili: ut aliquo mō similitudies rerū ad aiam ꝓueniāt: sed ipa anima ad p̄ntiam sensibiliū in se sensibiliū similitudines format. Sed hæc positio nō uidet̄ totaliter rōnalis. Nullum eni ē agēs: nisi ꝑm q̄ est actu: & inquātū ē actu: agit. Vn̄ si anima format in se oīum rerū similitudines: opportet q̄ ipa actu hēat illas similitudines rerū. Et sic redibit in p̄dictā opinionē: q̄ ponit oīum rerū sciētiam aiæ naturaliter insitam esse. ℭ Et ideo sola Aristotelis positio uera est: q ponit sciētiam aiæ nostræ partim ab intrinseco esse: & partim ab extrinseco: Ab extrinseco aūt: parti a rebus materialibus & sensibilibus: partim uero a rebus a materia separatis: Q d' qualiter uerū sit attēde. Cū enim aīa nostra cōparat̄ ad res sensibiles: q̄ sūt extra animā: inuenit̄ se habere ad eas in duplici habitudine: Vno mō ut actus ad potētiam: inquātū scilicet res: q̄ sūt extra animā: sūt itelligibiles in potētia: Ipa uero aīa est intelligibilis i actu. Et ꝑm hoc ponitur in ea intellectus agēs: q faciat intelligibilia in potētia intelligibilia actu. Alio mō ut potētia ad actū: prout scilicet in aīa nostra formæ rerū determinate sūt in potētia tātum: q̄ in rebus extra āīam sunt in actu. Et secundū hoc ponit̄ in aīa nostra intellectus possibilis: cuius est recipere formas a rebus sensibilibus abstractas factas intelligibiles actu ꝑ lumen intellectus agentis. Quod quidē lumē procedit a prima origine a substātiis separatis & precipue ac principaliter a deo maximo optimoq̧. Et ꝑm hoc uerū est: sciētiam aiæ nostræ ab extrinseco eē: partim a rebus sensibilibus mediāte sensu: & partim a rebus a materia separatis: hoc est a substantiis separatis: quia lumen intellectus agētis est a deo: & quia angeli confortant intellectum nostrum: tum etiam quia lumine angelico illustrantur fantasmata sicuti clarius superius elucidauimus in differentia. ii. quæ est inter animam humanam & angelum. Est etiam partim scientia nostra ab intrinseco: quia ipa anima in se similitudi

nes rerum format: inquantum lumine intellectus agentis efficiuntur formæ a sensibilibus abstracte intelligibiles actu: ut in intellectu possibili recipi possint. Et sic etiam per lumen intellectus agentis nobis est quodammodo omnis scientia originaliter indita mediantibus conceptionib⁹: quæ statim lumine intellectus agentis cognoscuntur: per quas sicut per uniuersalia principia iudicam⁹ de aliis: & ea præcognoscimus in ipis. Et ŝm hoc illa opinio ueritatē habet: quæ ponit nos ea: quæ addiscim⁹: ante in notitia habuisse. Sic ergo patet ꝙ cognitio humana ortum habet a sensu. Et huic etiam positiōi omnium recte philosophantium doctrina consentit: quæ sensum a sensibilibus: imaginationem a sensu: intellectum a phantasmatibus accipere fatetur. Hec ex intentione thomæ in quæstionibus disputatis de ueritate. q. x. dicta sunt. Et ideo ad argumenta ex ipsius etiam intentione respondebim⁹

¶ Ad primū ergo dicendum ꝙ forme sensibiles: uel a sensibilibus abstracte nō possunt agere in animam nostram: nisi quatenus per lumē intellectus agentis immateriales redduntur. Et sic efficiuntur quodāmodo homogenee intellectui possibili: in quem agunt. ¶ Ad. ii. dicit̄: ꝙ circa idem uirtus superior & inferior operantur: non similiter: sed superior sublimius. Vnde & per formam: quæ a rebus accipitur: sensus non ita efficaciter rem cognoscit: sicut intellectus: sed sensus per eam manu ducitur in cognitionem exteriorum accidentium: Intellectus uero peruenit ad nudam quiditatem rei: secernendo eam ab omnibus materialibus conditionibus. Vnde pro tanto dicitur cognitio mentis a sensu originem habere: non qđ omne illud: quod mens cognoscit: sensus apprehendat: sed quia ex iis: quæ sensus apphēdit: mēs siue intellectus in aliqua ulteriora manu ducitur: sicut etiam sensibilia intellecta manu ducunt in intelligibilia diuinorum. Et hec est solutio sancti doctoris in questionibus disputatis ar. vi. decime questionis.

¶ Ad. iii. dicendum Quod uerbum Augustini referendū est ad præcognitionem: qua particularia in principiis uniuersalibus præcognoscuntur. Sic enim uerum est: Quod ea q̄ addiscimus: prius in anima nostra erāt. ¶ Ad. iiii. rn̄detur Quod aliquis anteq̄ aliquā sciētiam acquirat: amare eam pōt: inquātum cognoscit quædā cognitōe uniuersali: cognoscēdo utilitatē illi⁹ sciētiæ: uel usu: uel quocūq; alio modo. ¶ Ad. v. dicit̄: Q đ prima principia: quoꝝ cognitio est nobis innata sūt quædam similitudo illius increate ueritatis. Vn̄ ŝm ꝙ per ea de aliis iudicamus dicimur iudicare de rebus per rationes immutabiles: uel ueritatem increatam. Hoc tamen quod Augustinus ibidem dicit: referendum est ad rationem superiorem: quæ æternis con-

templandis inhæret: quæ quidem: q̄uis sit dignitate prior: tamen operatio eius est posterior: qa inuisibilia dei per ea: quæ facta sunt: intellecta conspiciunt. Ad Ro. primo. ℭ Ad sextum respondet: ꝙ in receptione: qua intellectus possibilis species rerum accipit a fantasmatibꝰ se habēt fantasmata: ut agens instrumētale & secūdarium. Intellectus uero agens: ut agens principale & primū. Et ideo actionis effectus relinquit in ītellectu possibili ꝑm conditionem utriusqꝫ: & nō ꝑm conditionem alterius tm̄. Et ob hoc intellectus possibilis recipit formas: ut intelligibiles actu ex uirtute ītellectus agentis: sed ut similitudines determinatarum reꝝ: ex cognitione fantasmatum. Et sic formæ intelligibiles in actu nō sunt existentes: neqꝫ in fantasia: neqꝫ in intellectu agēte: sed solum in intellectu possibili. ℭ Sed perscrutabit aliquis: cū intellectus agens dicatur potentia actiua: intellectus uero possibilis potentia passiua: si potentia actiua distinguitur a passiua ex hoc ꝙ habet operationem. Respondet doctor sanctus in quæstionibus disputatis. q. xvi. ar. primo ad. xiii. Non enim inquit distinguit potentia actiua a passiua ex hoc ꝙ habet opationem: quia cum cuiuslibet potentiæ animæ tam actiuæ: q̄ passiuæ sit operatio aliqua: quælibet potētia animæ esset actiua. Cognoscit autem eoꝝ distinctio p comparationem potentiæ ad obiectum. Si enim obiectum se habeat ad potentiam: ut patiens & transmutatum: sic erit potentia actiua. Si autem econuerso se habet: ut agens & mouens: sic erit potentia passiua. Et inde est quod omnes potentiæ uegetabilis animæ sunt actiuæ: quia alimentum transmutatur per potentiam animæ tam in nutriendo: q̄ in generando. Sed potentiæ sensitiuæ omnes sunt passiuæ: quia per sensibilia obiecta mouentur & fiunt in actu. Circa intellectum uero: aliqua potentia est actiua: aliqua uero passiua: eo ꝙ per intellectum intelligibile potentia fit intelligibile actu: quod est intellectus agentis. Et sic intellectus agens est potentia actiua. Ipsum etiam intelligibile in actu facit intellectum in potentia esse intellectum in actu. Et sic intellectus possibilis dicitur potentia passiua. Et ideo non dicimus: Quod intellectus agens sit subiectum habituum: sed possibilis: quia proprium potentiæ passiue est subiici & substerni. ℭ Hæc ille. ℭ Et per hoc habetur cognitio qualiter intellectus agens & possibilis adinuicē distinguunt. Nō enim eadem rōne est obiectū aliqd inquātum est in actu: & inquātum est in potētia: aut inquantum agit & patit. Intelligibile enim in actu est obiectum intellectus possibilis: agens quasi in ipsum. prout eo ipso exit de potētia in actū. Intelligibile uero in potentia est obiectum intellectus agentis: ꝓut fit p intel

lectũ agentem intelligibile actu. ℂ Ad septimũ dicẽdũ. Quod q̃uis itellectus possibilis sit simpliciter nobilior fantasmate: tñ ẜm qd nihil ꝓhibet fantasma nobilius esse: inquantum scilicet fantasma ẽ actu similitudo talis rei: quod intellectui possibili non cõuenit: nisi in potẽtia Et sic quodãmodo põt agere in intellectũ possibilem uirtute luminis intellectus agentis: sicut & color põt agere in uisum uirtute luminis corporalis. ℂ Ad ultimum dicitꝰ quies in qua perficit̃ sciẽtia excludit motum materialium passionum: non aũt motũ & passionẽ cõiter acceptam: ẜm ꝙ quodlibet recipere pati dicit̃: & moueri: sicut ẽt philosophus dicit in. iii. de aia. Quod intelligere est quoddam pati. Et ꝑ hoc patet solutio ad obiecta. Accipit ergo anima coniuncta cognitionem suam a sensu. ℂ Sed quia dictum est supius. Qod itellectus accipit similitudines a fantasmatibus: siue ab imaginatione: imaginatio a sensu: sensus aũt a rebus: ꝑscrutãdum est: q̃uo fiat istud. Ideo doctor lucis octauo quodlibet ar. prio sic dicit. Anima humana similitudĩes rerum q̃bus cognoscit: accipit a rebus illo modo accipiẽdi: quo patiẽs accipit ab agente: quod non est intelligẽdum: quasi agens influat ĩ patiens eandem numero spẽm: quã habet in seipso: sed generat sui similem educendo de potẽtia in actum. Et per hunc modum dicitur spẽs coloris deferri a corpore colorato ad uisum. Sed in agentibus & patiẽtibus distinguẽdum est. Est enim quoddam agẽs: quod de se sufficiẽs est ad iducendum formã suam in patiens: sicut ignis de se sufficit ad calefaciẽdum. Quoddam uero agens est: quod nõ sufficit de se ad inducendam formã suam in patiẽs: nisi superueniat aliud agẽs: sicut calor ignis non sufficit ad cõplendum actionẽ nutritiõis: nisi ꝑ uirtutẽ aiæ nutritiuæ. Vnde uirtus aiæ nutritiuæ est pricipalior agens. Calor uero igneus est agens istrumẽtale. Similiter aũt est diuersitas ex ꝑte patiẽtium. Quoddam enim est patiẽs: quod in nullo cooperat̃ agenti sicut lapis: cum sursum proiicit̃: uel lignum: cum ex eo fit scãnum. Quoddam uero patiens est: quod cooperat̃ agẽti: sicut lapis: cũ deorsum ꝓiicitur: & corpus hoĩs cum sanat̃ ꝑ artem. Et ẜm hoc res: q̃ sũt extra aiam tripliciter se hñt ad diuersas aiæ potẽtias. Ad sensus enim exteriores se hñt: ut agẽtia sufficiẽtia: q̃bus patientia nõ cooperantur sed recipiũt tm̃. Q̃d aũt color ꝑ se non possit mouere uisum: nisi lux supueniat nõ est cõtra hoc: qđ dictũ ẽ q̃a tam color q̃ lux iter ea: quæ sunt extra aiam cõputant̃. Sensus aũt exteriores suscipiũt tm̃ a rebus ꝑ modũ patiẽdi sine hoc ꝙ aliq̃d cooperent̃ ad sui formationẽ: q̃uis iam formati habeãt ꝓpriã õpationẽ: q̃ ẽ iudiciũ de ꝓpriis obiectis. Sed ad imaginationẽ res: q̃ sunt extra aiam cõparant̃: ut agẽtia sufficiẽtia

Actio enim rei sensibilis nõ sistit in sensu: sed ulterius pertigit usq₃ ad fantasiam siue imaginationem: tñ imaginatio est patiens quod cooperatur agenti: qa ipsa imaginatio format sibi aliquaꝝ reꝝ similitudines quas nũq̃ sensu pceptt: ex iis tñ: q̃ sensu pcipiunt: componendo ea & diuidẽdo: sicut imaginamur mõtes aureos: quos nũq̃ uidimus: ex hoc φ uidimus aurum & montes. Sed ad itellectum possibilem cõparant res: sicut agentia insufficientia. Actio enim ipsaꝝ reꝝ sensibilium nec etiam in imaginatione sistit: sed fantasmata ulterius mouẽt intellectũ possibilem: nõ aũt ad hoc: φ ex se ipsis sufficiãt: cum sint in potẽtia intelligibilia: intellectus aũt non mouet: nisi ab intelligibili in actu. Vñ oportet: quod supueniat actio intellectus agentis: cuius illustratione fantasmata fiunt intelligibilia in actu: sicut illustratione lucis corpalis fiunt colores uisibiles actu. Et sic patet: quod intellectus agens est pricipale agens: quod agit reꝝ similitudines in intellectu possibili. Fantasmata aũt: q̃ a rebus exterioribus accipiunt: sunt quasi agẽtia istrumẽtalia. Intellectus enim possibilis comparat ad res: quaꝝ notitiam accipit: sicut patiens: quod cooperat agenti. Multo enim magis põt itellectus formare quiditatem rei: q̃ nõ cecidit sub sensu: q̃ imaginatio.

¶ Hæc ille. ¶ Sed unico medio cõtra pdicta istat. Quia solus deus põt dimẽsionem a re dimẽsionata abstrahere q solus põt dimẽsiones corporibus dare. Sed ad hoc quod spẽs a rebus accipiat in aia: oportet φ ab ipsa specie dimẽsiones separent: qa i rebus extra aiam hñt eẽ dimensionale: nõ aũt in aia: maxime quãtum ad intellectum. Ergo ui detur φ aia nõ possit accipere spẽs a rebus sensibilibus. Respõdetur quod ratio ista procedit ac si illa eadem species numero: quæ est in rebus uel imaginatione postmodum fieret in intellectu. Sic enim oporteret: φ auferrent ab ea dimensiones. Et hoc patet esse falsum: Differunt igitur in hoc angelus & anima: quia anima indiget fantasmate in operatione sua non sicut organo: sed sicut obiecto: & cognitio sua ortum habet a sensu. Angelus uero fantasmatibus non indiget: nec eius cognitio ortum habet a sensu. Et hæc differentia: sicut & omnes aliæ oriuntur & dependent ex prima. Ex eo enim quod angelus non unitur corpori ut forma: ex hoc cognitio sua non habet ortum a sensu: & consequẽter sine fantasmate inelligit. Quia uero rationalis anima unitur corpori ut forma: ex hoc cognitio sua ortum habet a sensu: nec sine fantasmatibus potest intelligere: sicut nec sine coloribus uisus potest uidere. Comparantur enim fantasmata ad intellectum: sicut colores ad uisum: sicut phs in .iii. de aia asserit.

DIFFERENTIA SEPTIMA.

ET EX HOC Sequitur septima differentia iter Angelũ & animam rationalem: quia angelus intelligit per species indi tas siue innatas: siue sub aliis uerbis per species concreatas: aut per species a deo ĩfusas uel influxas. Anima uero unita corpori intelligit per species: hoc est per similitudines rerum a rebus sensibilibus acceptas: & receptas in intellectu mediante sensu: ueluti paulo ante demonstrauimus. Quod autem angelus per huiusmodi species intelligat: testatur sanctus doctor lucis in multis locis. Vnde in quæstionibus disputatis. q. viii. arti. quinto. sic dicit. Ipsa diuina essentia est similitudo rerum omnium. Et ideo intellectus angeli res cognoscere potest: & per similitudines ipsarum rerum: & per ipsam diuinam essentiam. Sed illa cognitio: qua cognoscit res per similitudines ipsarum rerum: erit alia a cognitione: qua cognoscit res per uerbum: quamuis etiam ille similitudines causentur ex coniunctione intellectus angelici ad uerbum: uel potius causentur per influxum uerbum. ¶ In eadem uero quæstione arti. septimo sic dicit. Angelus cognoscit per similitudines a creatione diuinitus impressas: sicut & res materiales per huiusmodi similitudines cognoscit. ¶ In octauo uero articulo iterum sic effatur. Similitudines rerum materialium in angelo existentes impræsse sunt in ipsum a deo. Rationes enim rerum naturalium in mente diuina sunt quidem lux & uita. Vita quidem sunt inquantum procedunt ad rerum constitutionem in eẽ: sicut forma artificis procedit in artificiatum. Lux uero sunt inquantum eedem impræssiones quasdam efficiũt sibi similes in mẽtibus angelorum. ¶ In nono autem articulo in hæc etiam uerba prorupit. Angeli res materiales per formas innatas cognoscunt. Sicut enim ex rationibus æternis in mente diuina existentibus procedunt formæ naturales ad rerum substantiam: ita procedunt a deo formæ rerum omnium in mentes angelicas ad rerum cognitionem: ut sic intellectus angelicus nostrum intellectum excedat: sicut res formata excedit materiam informẽ. Vnde intellectus noster comparatur tabulæ rasæ. Intellectus uero angelicus tabulæ pictæ: uel speculo in quo rerũ similitudines resplẽdẽt. Sed in prima parte. q. lv. ar. ii. hác rem diffusius declarãs dicit. Species p q̃s angeli ĩtelligunt: nõ sunt a rebus acceptæ: sed eis connaturales. Sic enim oportet intelligere distin-

ctionem spũalium substantiaꝝ & ordinẽ: sicut est distictio & ordo cor poralium. Suprema aũt corpora hñt potẽtiam in sui natura totaliter pfectam p formam. In corporibus aũt inferioribus potentia materiæ nõ totaliter pficit̃ p formã: sed accipit nũc unam: nũc aliam formã ab aliquo agẽte. Similiter & iferiores substãtiæ itellectiuæ. s. aiæ hũanæ hñt patẽtiam itellectiuam nõ cõpletã naturaliter: sed cõplet̃ in eis suc cessiue: p hoc ꝙ accipiũt spẽs itelligibiles a rebus. Potẽtia uero itelle ctiua in substantiis spũalibus supioribus idest i angelis naturaliter cõ pleta est p spẽs intelligibiles cõnaturales ad oĩa itelligenda: q̃ naturalit̃ cognoscere pñt. Et hoc ẽt ex ipo mõ essendi huiusmodi substãtiaꝝ ap paret. Substantiæ enim iferiores spũales scilicet aiæ hñt eẽ affine cor pori: inquãtum sunt corporũ formæ. Et ideo ex ipso mõ essendi com petit eis: ut a corporibus & p corpora suam pfectionem itelligibilem cõsequant̃. Alioqn frustra corporibus unirent̃. Substãtiæ uero supe riores idest ãgeli sunt a corporibus totaliter absolute: imaterialiter: & in eẽ intelligibili subsistẽtes. Et ideo suã pfectionẽ itelligibilem conse quunt̃ p intelligibilem effluxum: quo a deo spẽs reꝝ cognitaꝝ acce perunt simul cum itellectuali natura. In mente ergo angeli sunt simi litudies creaturaꝝ nõ qdem ab ipsis creaturis: sed a deo q ẽ creaturaꝝ cã: & in quo primo similitudies reꝝ existũt. ¶ In secũdo deniq̃. S. ar. primo dicit. Quod itellectus augelicus ẽ medius īter itellectũ diuinũ & humanũ: & uirtute & modo cognoscẽdi. In itellectu. n. diuino simi litudo rei itellecte est ipsa diuina ẽssentia: q̃ est reꝝ cã exẽplaris & effi ciens. In intellectu uero humano similitudo rei itellectæ ẽ aliud a sub stantia itellectus: & est sicut forma eius. Vñ ex itellectu & similitudie rei efficit̃: unũ cõpletũ: qđ est itellectus in actu itelligens. Et huiusmõi similitudo est accepta a re. Sed in itellectu angelico: similitudo rei est qdem aliud a substãtia itelligentis: nõ tñ est acqsita a re: nec est cã rei: sed est ifluxa a deo ad cognoscẽdum. ¶ Hæc ille. ¶ Si uero obiciat̃: quod lumen angelicũ est fortius q̃ lumẽ itellectus agentis in aia. Sed lumẽ itellectus agẽtis in aia abstrahit spẽs itelligibiles a fantasmatib⁹. Ergo lumẽ itellectus angelici põt abstrahere spẽs ẽt ab ipsis rebus sen sibilibus. Et ita nihil ꝓhibet dicere. Q đ angelus itelligat p species a re bus acceptas. ¶ Ad hoc dicit̃: qđ de extremo ad extremũ nõ puenit̃ nisi p medium. Esse aũt formæ in imaginatione: qđ ẽ quoddã sine ma teria: nõ tñ sine materialibus cõditionibus: mediũ est inter eẽ formæ: q̃ est in materia: & eẽ formæ: q̃ est in itellectu p abstractionẽ a mate ria & a cõditionibus materialibus. Vñ q̃tũcunq̃ sit potẽs itellectus an gelicus: non posset formas materiales reducere ad eẽ intelligibile: nisi

prius reduceret eas ad eē formarum imaginatarum: quod est impossibile: et cum careat imaginatiōe. Dato ēt quod posset abstrahere spēs itelligibiles a rebus materialibus: nō tñ abstraheret: qa nō indigeret eis: cū habeat spēs intelligibiles cōnaturales. Et sic patet quod similitudines rerum i intellectu angelico existētes nō sunt a rebus acceptæ: qa spēs itelligibilis nō accipit a re: nisi mediāte fantasmate: quod se habet ad itellectū sicut color ad uisum: ut dicit in. iii. de aīa. Angeli ergo cognoscūt per species eis cōnaturales: & a creatione sibi inditas. Aīa uero coniuncta intelligit p spēs a rebus acqsitas & receptas in itellectu mediante fantasmate & sensu. ¶ Sed anteq̄ ad octauā differētiam accedam notandum est: sicut partim ēt supius plibauimus: quod angelus non solum cognoscit p spēs ifluxas aut cōcreatas siue cōnaturales: sed ēt cognoscit res in uerbo ituendo diuinā essentiam. Et pp hoc introducta est ab Augustino. iiii. &. v. super genesim ad litterā duplex cognitio in angelis. Videlicet matutina & uespertina: appellando illam cognitionem matutinam: qua angeli res in uerbo cognoscunt. Vespertinam uero qua cognoscūt res in ppria natura. Vnde cum dicit factū est uespere & mane dies unus: intelligit augustus cognitionem uesptinā & matutinam in lumine & splendore itellectus angelici. Vnde ea: q̄ in sex primis diebus facta legunt: uult Augustinus sine successione tēporū fuisse cōpleta: sm illud qui uiuit in æternū: creauit oīa simul. Vnde per dies illos nō tēporum distinctiones: sed angelorum cognitionē uult itelligi. Sicut aūt in die cōsueto. Mane est principiū diei: Vespe aūt terminus: ita cognitio primordialis eē rerum dicit cognitio matutina. Et hæc est sm quod res sunt in uerbo. Cognitio aūt ipsius rei creatæ sm quod in ppria natura cōsistit: dicit cognitio uesptina. Nam eē rerum fluit a uerbo sicut a quodam primordiali principio. Et hic efluxus terminat ad esse rerum: quod in ppria natura hñt. Vnde doctor san. in q̄stionibus disputatis. q. viii. ar. xvi. dicit. Sicut in die tēporali mane est diei principiū: uespere uero finis ita in cognitione angeli respectu eiusdē rei est cōsiderare principiū & finē sm ordinē rei cognite. Principiū aūt cuiuslibet rei est in sua cā: a qua fluit. Terminus aūt ipsius est in ipsa re: ad quā actio causæ pducētis terminat. Vnde primitiua alicuius rei cognitio est sm quod cōsiderat in cā sua: q̄ ē uerbum æternū. Vnde cognitio rerum in uerbo dicit matutina cognitio. Vltima aūt rei cognitio est sm quod cognoscit in se ipsa & talis cognitio dicit uesptina. Sciendū tñ: quod ista distinctio pōt dupliciter intelligi. Vno mō ex parte rei cognitæ: alio mō ex parte medii cognoscēdi. Ex parte qdem rei cognitæ: ut dicat res in uerbo cognosci: qñ cognoscit eē eius: qd hēt in uerbo. In ppria uero

natura: ſm ꝙ cognoſcit̃ ipm eſſe rei: quod habet in ſeipſa. Et hic nõ ẽ conueniẽs ĩtellectus: qa eẽ rei: quod habet in uerbo: nõ eſt aliud ab eẽ uerbi: qa ut Anſelmus dicit. Creatura in creatore eſt creatrix eſſentia Vnde hoc mõ cognoſcere creaturam in uerbo nõ eẽt cognitio creaturæ: ſed magis creatoris: Et ideo oportet hãc diſtinctionẽ ĩtelligi ex pte medii cognoſcendi: ut dicat̃ res cognoſci in uerbo: qñ p uerbum ipſa res in ꝓpria natura cognoſcitur: & hæc eſt cognitio matutina. In propria uero natura: qñ cognoſcit̃ p formas aliquas: hoc eſt p aliquas ſpecies creatas rebus creatis ꝓportionatas: ſicut cum cognoſcit p formas ſibi inditas & cõnaturales: uel ẽt ſi cognoſceret p ſpẽs acqſitas: qtum ad hoc ptinet nihil differt. Et iſta appellat̃ ueſpertina cognitio. Cognoſcere igit̃ rem in ſua natura p medium increatum: ptinet ad matutinam cognitionem: ſed cognoſcere ipãm p medium creatum: ptinet ad ueſpertinam. ℭ Hæc ille. ℭ In pdicta etiam qſtione ar. xvii. ſic iterum dicit. Cognitio matutina diſtinguit̃ a ueſptina per medium cognoſcendi. Quod qdem ſi ſit increatum facit cognitionem matutinã ſi uero creatum: facit ueſpertinam. Non aũt qlibet cognitio reꝝ in ꝓpria natura põt dici ueſpertina: ſed illa tm̃: q refert̃ in laudem creatoris: ut ſic ueſpere redeat ad mane. Vnde cognitio demonum: quã hñt de rebus: neq; eſt matutina: neq; ueſpertina: ſed naturalis. Attamẽ cũ cognitio reꝝ in propria natura ſemp ueſpertina ſit relatio eius ad cognitionem in uerbo nõ facit eam matutinam: ſed facit eam terminari ad matutinam. Et ideo nõ dicit̃ ꝙ ex hoc angelus cognitionem matutinam habeat: qa cognitionem reꝝ in ꝓpria natura ad uerbum referat: quaſi ipa cognitio relata ſit cognitio matutina: ſed ex hoc ꝙ refert meret̃ cognitionem matutinam accipe. ℭ Sed ea: q paulo ante prælibata ſunt: aliquid difficultatis continere uident̃. ℭ Primo qa cognitio ueſpertina eſt: qua angeli cognoſcunt res in propria natura. Sed res in uerbo in ꝓpria natura cognoſcunt̃: qa uerbum expreſſius ꝓpriam naturam rei repreſentat q ipæ ẽt formæ: ergo cum cognitio matutia ſit cognitio in uerbo: uidetur ꝙ ueſpertina cognitio a matutina in angelis nõ differat. ℭ Secundo ſic. Angelus in principio ſuæ creationis cognouit cognitione matutina: nõ aũt cognouit uerbum: qa nõ fuit creatus beatus: ergo cognitio matutina non eſt cognitio reꝝ i uerbo ℭ Sed diceres quod qͣuis nõ cognouerit uerbum p eſſentiam: cognouit tñ p aliquam ſimilitudinem creatam. Et ſic cognouit res i uerbo. ℭ Sed contra: omnis cognitio q eſt p formas creatas eſt obũbrata: qa oĩs creatura in ſe cõſiderata ẽ tenebra. Oẽs enim iuoluimur tenebris. Sed cognitio obũbrata ẽ cognitio ueſpertina: ergo cognoſcere res in

uerbo:uel p uerbū mō pdicto eēt cognitio nō matutina:sed uespṫina ℭ Tertio. Cognitio matutina ē clarior q̄ uespṫina. Sed cognitio rer̄ in uerbo est minus clara:q̄ cognitio rer̄ in ppria natura:qa res i uerbo sunt ꝧm qd:i ppria aūt uatura sunt simpliciter. Melius aūt cognoscitur aliqd:ubi est simpliciter:q̄ ubi est ꝧm qd. Ergo hoc mō distiguī nō pōt eē ut cognitio rer̄ in uerbo dicaṫ matutina:in pprio āt genere dicatur uespṫina. ℭ Quarto Cognitio:q̄ est ex ppriis & imediatis: est perfectior:q̄ q̄ est ex cā cōmuni. Sed deus est cā cōis rer̄ oium. Impfectior est ergo illa cognitio:qua res cognoscunṫ in uerbo: q̄ illa: q̄ conoscunṫ res in ppria natura. ℭ Quinto. Res cognoscunṫ in uerbo:sicut in quodam speculo. Sed pfectius cognoscunṫ res in seipsis:q̄ i speculo:ergo & pfectius in ppria natura q̄ in uerbo. Et sic idem qd̄ prius ℭ Ad istas instantias respondetur ex intētione sancti doctoris ubi supra:& primo ad primum argumētum dicitur. Quod q̄uis res expssiꝰ repræsententur in uerbo:q̄ in formis intellectus angelici:tamen formæ intellectus angelici sunt magis rebus proportionatæ:& quasi eis adequatę. Et ideo ista cognitio dicitur esse rerum in propria natura: & non prima. ℭ Ad secundum dicitur quod Angelus in principio suæ creationis non fuit beatus:nec per essentiam uerbū uidit. Vnde nec cognitionem matutinam habuit:sed primo habuit uespertinam & ex uespertina profecit in matutinam. Vnde signanter primus dies mane non dicitur habuisse:sed primo uespere:quod uespere transiuit in mane:quia lux illa spiritualis: quæ primo die facta dicitur: scilicet substantia angelica:statim facta seipsam cognouit:quod fuit cognitionis uespertinæ. Et hanc cognitionem retulit ad laudem uerbi: in quo facta est ei cognitio matutina:& propter hoc dicitur genesis primo. Factum est uespere & mane dies primus & cætera. Ad aliam instantiam siue replicam dicitur. Quod cum cognitio uespertina a matutina distinguatur ex parte medii cognitionis:& nō ex parte rei cognitæ:cognitio creatoris per creaturam est uespṫina:sicut econuerso cognitio creaturæ p creatorē ē matutina. Vñ q̄tum ad hoc ratio recte pcedit. ℭ Ad tertiū dicit ꝙ cognitio rer̄ i uerbo ē pfectior q̄ cognitio ear̄ i ppria natura:iquātum uerbū clarius repsentat unāquāq; rē: q̄ creata spēs. Res aūt habere uerius eē i seipsis:q̄ in uerbo:pōt itelligi dupliciter. Vno mō ut habeāt nobilius eē i se:quā eē:qd̄ hñt in uerbo qd̄ falsum ē:qa in seipsis hñt esse creatum:in uerbo autem increatū. Et ita esse:quod habent in seipsis est ꝧm qnid respectu illius:quod habent in uerbo. Alio modo ut res sit perfectius in seipsa:q̄ in uerbo. Et hoc quodāmodo uerum est. Res enim in seipsa materialis ē: qd̄ est de

ratione quarũdam rerꝫ:in uerbo aũt materialis nõ est:sed est ibi simili tudinem hñs:q̃tum ad formam & materiã. Et tñ q̃uis ꝑm hoc:quod ẽ talis res:in uerbo sit ꝑm quid tñ perfectius cognoscit̃ ꝑ uerbum:q̃ ꝑ seipsam:ẽt inquãtum ẽ talis:qa perfectius repñtat̃ et ꝓpria ratio rei in uerbo:q̃ i seipsa:q̃uis ꝑm ꝓpriam rationem existẽdi:sic uerius sit in seipsa. Cognitio aũt seq̄tur formæ repñtationem. Vnde res cum nõ sit in aĩa:nisi ꝑm q̃d per suam similitudinem:simpliciter tñ cogno scitur. ℂ Ad quartum dicẽdum ꝙ ipse deus est ꝓpria & imediata cã uniuscuiusq; rei:& quodãmodo magis intima cuiq;:q̃ ipm sit itimum sibi:ut Augustinus testat̃ dicens. Quod deus est intimior cuilibet rei q̃ sit ipa res sibi. ℂ Ad quitum & ultmũ dicendũ. Quod formæ nõ transfundunt̃ a speculo in res:sed econuerso:a uerbo aũt transfun= dunt̃ in res. Vnde nõ tenet similitudo de cognitiõe rerꝫ in speculo & in uerbo. Et per hæc patet solutio ad p̄dictas istantias ex mente sancti doctoris. ℂ Sed maiorẽ difficultatem habet hoc. Videlicet quod an gelus possit cognoscere simul res in uerbo & in propria natura.

ℂ Videt̃ enim ꝙ nõ:qa eadem potentia non põt simul geminũ actũ habere. Vt ꝙ intellectus simul plura itelligat. Sed alius actus est:quo intellectus angeli uidet res i uerbo:& alius quo uidet res i propria na= tura. Ergo ipossibile est:ut simul uideat res i uerbo:& i ꝓpria natura.

ℂ Sed diceres:ꝙ hoc modo uident̃ ab itellectu angelico simul res in uerbo & i propria natura:sicut itellectus noster simul uidet eclypsim & cãm eius. ℂ Contra cum itellectus noster simul uidet eclypsim & cãm eius accipit cãm:ut rõnem itelligẽdi eclypsim. Ergo accipit ecly= psim & cãm eius:ut unũ itelligibile. Et sic erit unus tm̃ actus. ℂ Præ= terea unius nõ põt eẽ:nisi unus terminus ultimus:sicut una linea nõ terminat̃ ex una parte:nisi ad unum pũctum. Sed ultimus terminus potẽtiæ est opatio:ergo nõ põt una potẽtia simul habere plures act?. Et sic idem:q̃d prius. ℂ Vlterius sicut se hẽt potẽtia ad actũ:ita actus ad obiectũ. Sed unus actus nõ põt termiari ad duo obiecta: ergo nec una potẽtia põt simul habere plures actus. Et sic idem: quod prius.

ℂ Sed cõtra: Visio qua angeli uidẽt res i uerbo:est uisio beata: q̃ q̃dẽ nõ est itercisa:sed cõtinua. Si ergo nõ pñt simul uidere res in propria natura & i uerbo nũq̃ uidẽt res i ꝓpria natura. Et præcipue hoc uide tur in sanctissima aĩa Xp̄i:q̃ ab initio suæ creationis uidet uerbum:& in uerbo. ℂ Respõdeo ad istam q̃stionem ex itentione theologorum principis Thome nono quodlibet ar. vii. Quod angelus uel aĩa sepa rata in patria simul possunt uidere res in uerbo:& in propria natura. Et hoc expræsse põt haberi ab Augustino libro. iiii. super genesim ad

litteram:ubi uult ꝙ dies illi & uespere & mane in angelis nō sunt ordinati ſm successionem:sed solum ordine naturæ. Vnde simul ē prim⁹ dies cum secūdo:& mane cum uespe:& ita simul est uisio reꝝ in uerbo & in ꝓpria natura. Quod qualiter sit possibile:sic uidendum est. Operari siquidem nō ꝓprie attribuiẗ potētiæ:sed rei subsistēti:quæ ꝑ potētiam operaẗ. Vt ipa potētia intellectus nō sit operans in intelligēdo:sed magis oꝑationis principium. Sicut aūt potētia intellectiua est principium itellgendi ipsi substātiæ:ita spēs itelligibilis est pricipiū intelligendi ipsi potētiæ. Vñ sicut una substātia pōt simul diuersos act⁹ habere:ſm diuersas potētias:sicut aīa simul uult & itelligit:ita ex una potētia itellectīa pñt simul ꝓdire diuersi act⁹: si simul diuersis spēbus itelligibilibus uniant. Hāc.n.cām Algazel assignat:q̄re nō ē possibile simul multa itelligere:qa scilicet nō ē possibile itellectū simul iformari multis speciebus i actu ꝑfecte:sicut nec idem corpus figurari simul diuersis figuris. uisio aūt:qua angelus uidet res in ꝓpria natura fit per spēm itelligibilem cōcreatam uel infusam inherētem. Visio aūt rerū i uerbo fit ꝑ ipam uerbi essentiam:q̄ nō ē inherēs:sed ei itellectus uniẗ sicut intelligibili. Spēs aūt cōcreata inhærēs nō repugnat unioni itellectus angelici ad uerbū:cum ipa spēs:& q̄cquid est ꝑfectionis in itellectu angelico: sit quasi materialis dispositio ad illam beatam unionem. Vnde simul ex itellectu angeli ꝓcedit oꝑatio duplex. Vna rōne unionis ad uerbum:qua scilicet uidet res i uerbo. Alia rōne speciei intelligibilis:qua informaẗ:qua uidet res in ꝓpria natura. Nec ēt i una harum oꝑationum debilitaẗ ꝑ attentionem ad alteram:sed magis cōfortaẗ: cum una sit ratio alterius:sicut imago rei uise cōfortaẗ dum uẗ in actu oculo exteriori. Actio enim beatitudinis in beatis est ratio cuiuslibet alterius actionis in eis. In q̄stionibus uero disputatis.q.xiiii.ad sextū:unū dicit ꝙ applicari pōt in ꝓposito. Si eni aliqua duo ita se hñt ꝙ unū sit ratio itelligendi aliud:unū eoꝝ erit quasi formale: & alīd q̄si materiale:& sic illa duo sunt unū itelligibile:cum ex forma & materia unū cōstituaẗ. Vñ itellectus qñ itelligit aliq̄d ꝑ alterum: itelligit unū tm̄ itelligibile:sicut patet in uisu. Lumē enim est:quo uideẗ color: Vñ se habet ad colorē q̄si formale. Et sic color & lumē sunt unū tm̄ uisibile & simul a uisu uidenẗ. ¶ Hæc ille. ¶ Pñt ergo angeli simul uidere res in uerbo & in ꝓpria natura:sicut patet ex iis:q̄ supius annotata sūt. Et ꝑ hæc ēt patet solutio ad pmū. ¶. Secūdum cōcediẗ. Quia exēplū illud nō ē cōueniēs. ¶ Ad tertiū dicendum Quod potētia itellectiua angeli nō terminaẗ ad duos actus ſm idem:sed secūdum diuersas spe

cies:quibus ad actum ordinatur. ℂ Ad quartum dicendum ꝙ inter actum & obiectum nihil cadit medium:sicut species cadit media inter intellectum & eius actum. Vnde non est simile. Possunt ergo angeli uidere simul res in uerbo & in propria natura. ℂ Sed nūquid possūt aliter plura simul intelligere. Respondet pfatus doctor. ℂ In quæstionibus disputatis.q.viii.ar.xiiii.sic dicens.Impossibile est ꝙ angelus simul & semel secundum diuersas formas actu intelligat. Omnia igit̄ diuersa:quæ diuersis formis intelligit nō pōt simul intelligere.Illa uero:quæ intelligit per eandem formam simul intelligit. Et ideo p unā uerbi essentiā simul intelligit. Ea uero itelligit p formas inatas:q̄ sūt multæ:ñ simul itelligit si diuersis formis itelligit. Quilibet.n.angel⁹ p eandē formā multa intelligit ad minus omnia singularia unius speciei per unam speciei formam. Superiores enim angeli plura possunt una specie intelligere: q̄ inferiores ūde magis pn̄t simul multa intelligere. ℂ In secundo uero sen.disti.iii.ar.iiii.in proposito sic effatur.

ℂ Causa quare non possunt plura simul intelligi hæc ē:quā Algazel assignat:quia oportet semper intellectum configurari actu ꝭm spēm rei intelligibilem:quam apud se habet rei intellectæ in actu: ut sit assimilatio utriusq̧:quæ exigitur ad cognitionem rei. Sicut aūt impossibile est corpus ꝭm eandem partem diuersimode figurari diuersis figuris:ita impossibile est unum itellectum diuersis simul speciebus ad diuersa itelligenda actu informari. Et ideo cōsiderandum est: ꝙ quicūq̧ intellectus plura intelligit p plures spēs:oportet ꝙ ea nō simul intelligat:ut patet in intellectu humano ꝭm statum uiæ a rebus accipiēte: Intellectus autē diuinus.qa simplici intuitu & unico intelligendi actu oīa cognoscit:ideo simul est actu omnium. Sed intellectus angeli cognoscit res duplicit̄:uno mō p spēs plure:sq̄ i itellectu eius sunt. Et sic oportet ꝙ plura nō simul cognoscat:nisi inquātum reducunt̄ ad unā speciem:p quam illa plura cognoscuntur. Alio modo cognoscūt res in uno:quod est cā earum: Et hoc est uerbum. Et sic possunt eē simul in actu cognitionis omnium. Hæc aūt cognitio est quasi formalis respectu pcedentis. Et ab hac nūq̄ absoluunt̄. Et ideo frequēter inuenit̄ traditum a sanctis & philosophis:ꝙ in intellectu ipsorum non est successio uel renouatio:q̄uis sit uicissitudo inquantum intelligunt res in propria natura per species concreatus. ℂ Hæc ille. ℂ Vbi nota ꝙ uicissitudo ista angeli:uidelicet hæc operatio:qua intelligunt res in propria natura per species concreatas:mensuratur tempore. Vnde Thomas in.ii.sen.dist.ii.ar.primo ad quartum. Angelus inquit potest cō

siderari dupliciter:uel quantum ad suum esse: quod est sine uicissitu- dine:& sic mensuratur æuo. Vel quãtum ad operationem: & sic etiã quantum ad aliquam operationem æuo mensuratur:prout scilicet in- tuetur res in uerbo:quia sic in eius operatione non est uicissitudo aliq̃ sed secundum aliam operationem:in qua est uicissitudo: mensuratur tempore prout scilicet intuetur res per plures species:quæ sunt apud ipsum. Hoc autem tempus est aliud a tempore:quod mensurat mo- tum primi mobilis:quia ista uicissitudo non ordinatur ad illam : nec istud tempus est continuum:sed numerus discretus uicissitudinis nõ continuæ. Continuitas enim accidit tempori ex parte motus nume- rati:& nõ ꝑm formã suã:qua numerus ẽ: ut dicit Commẽtator in.iiii. phisicoꝝ. ℭSi qs aũt obiicere uellet:ꝙ nulla uicissitudo sit in angelis ꝑ hoc ꝙ hñt intellectũ deiformẽ ut Dionysius dicit. Sed apud deũ nul la est transmutatio:nec uicissitudinis obũbratio Iacobi primo:ergo in actu simul oĩa intelligit sine uicissitudine aliqua. Dicitur ad hoc ꝙ in- tellectus angelorum dicit̃ deiformis: eo ꝙ diuino itellectui cõformis est:nõ aũt in hoc ꝙ uno actu oĩa intelligat & simul:sed in hoc ꝙ a re- bus cognitionem nõ accipit:sed sine inuestigatione rõnis:ac sine ad- miniculo sensus cognoscit.

ℭDIFFERENTIA OCTAVA.

ET EX HOC Oritur differẽtia octaua ĩter angelũ & aĩam rõnalem:quia aĩa corpori unita diuersis uiribus cognitiuis uniuersalia & singularia cognoscit. Intellectu quidẽ uniuer salia & imaterialia. Sensu aũt materialia & singularia: qa ĩtel lectus ẽ uniuersaliũ:sensus uero singularium:ut patet in primo po sterioꝝ:Boetius etiam dicit. Quod uniuersale ẽ dum intelligitur :par ticulare dũ sentit̃. Et iõ dr̃ ẽt cõiter ab oĩbus ꝙ unũquodq; ẽ itelligibi- le ꝑm formã:sensibile aũt ꝑm materiã:qa subiectum uniuersalitatis ẽ forma:subiectũ uero singularitatis est materia. Angelus aũt ꝑ unam itellectiuã uirtutẽ utraq; cognoscit & uľia & singularia. Nullꝰ eni põt custodire:qđ nõ cognoscit. Sed angeli custodiũt hoĩes singulares:ꝑm illud dauidicũ Angelis suis mãdauit de te ut custodiãt te in oĩbus uiis tuis:ergo angeli cognoscunt singularia. Hoc ẽt ordo reꝝ expostulat: qa q̃to aliqđ ẽ supius:tãto hẽt uirtutẽ magis unitã:& ad plura se extẽ- dentẽ:sicut in ipso hoĩe patet:ꝙ sensus cõis:q̃ est supior:q̃ sensus pro prius:licet sit unica potẽtia:oĩa cognoscit:q̃ sensibꝰ exterioribꝰ cogno

scũt:& ultra hoc q̃dã alia:q̃ nullus sensus exterior cognoscit: scilicet differentiam albi & dulcis. Et simile est etiam in aliis considerare. Vñ cum angelus sit supra animam:inconueniens est dicere: quod anima quacũq; sua potẽtia cognoscat aliquid:quod angelus per unam uim cognoscitiuam scilicet intellectum nõ cognoscat. Vnde Aristoteles pro inconueniẽti habet:ut litem quam nos scimus:deus ignoret:ut patet i primo de anima & in.iii. Methaphisicæ. Modus aũt quo itellect⁹ angeli singularia cognoscit:ex hoc cõsiderari potest: Quod sicut a deo effluunt res: ut subsistãt in propriis naturis:ita etiam ut sint in cognitione angelica. Manifestũ est autem q̃ a deo efluit in rebus:nõ solum illud:quod ad naturam uniuersalem pertinet:sed etiam ea: quæ sũt indiuiduationis principia. Est enim causa totius substãtiæ rei:& quantũ ad materiam:& quãtum ad formam. Et secũdũ q̃ causat:sic & cognoscit:quia sciẽtia eius est causa rerum. Sicut igitur deus per essentiã suã per quã omnia causat:est similitudo omnium:& per ea omnia cognoscit nõ solum quãtum ad naturas uniuersales:sed etiã quãtum ad singularitatem:ita angeli per species a deo iditas res cognoscũt:nõ solũ quãtum ad naturam uniuersalem:sed etiam secundum earum singularitatẽ:inquãtũ sũt quædã repræsentationes multiplicatæ illius unitæ & simplicis essentiæ. ¶Hæc diuus Thomas in prima parte.q.lvii. ar.ii. In quæstionibus etiam disputatis.q.viii.ar.ii.sic dicit. Sensus & imaginatio singularia cognoscũt. Sed quia intellectus omnino immaterialiter recipit:ideo formæ:quæ sũt in intellectu speculatiuo:sũt similitudines rerum secũdum formas tãtum. Rationes uero ideales i deo exñtes sũt effectiue rerũ ñ solũ q̃tũ ad formã ꝟ ẽt q̃tũ ad materiã. Et iõ similitudines sunt rerum quãtum ad utrũq;. Et propter hoc cognoscitur res a deo non solum in uniuersali nata: ex parte formæ:sed etiam in sua singularitate ex parte materiæ. Sicut autem ab intellectu diuino effluunt res materiales secũdum formam & materiam ad essendũ ex utroq;:ita effluunt formæ itellectus angelici ad cognoscẽdũ utrũq;. Et ideo per formas innatas cognoscũt res i sua singularitate & uniuersalitate:inquãtum sũt similes formis factiuis scilicet ideis in mente diuina existẽtibus:q̃uis ipẽ nõ sint rerum factrices. ¶In.ii. autem. S. dist.iii.ar.iii. eandem quasi sentẽtiã cõcludit dicens. Opportet illã uirtutem:quæ cognoscit singulare: habere apud se rei similitudinẽ:quãtum ad cõditiones indiuiduantes. Et hæc est ratio:quare per speciem: quæ est in sensu:cognoscit̃ p singulare:& nõ per speciem:quæ est in itellectu. Opportet autem ut apud artificem sit similitudo rei per artẽ

cōditæ secūdum totum illud: quod ab artifice producitur. Et propter hoc edificator per artem cognoscit formam domus: quam inducit in materiam: nō autem hāc domū uel illā: nisi per hoc ꝙ a sensu accipit: quia ipse materiam nō facit. Sed deus est causa rei: nō solum quantum ad formam: sed etiam quātum ad materiam: quæ est principium indiuiduationis. Vnde idea i mente diuina est similitudo rei quantum ad utrūq;: scilicet materiam & formam. & ideo per eam cognoscunt res nō tātum in uniuersali: sed etiam i particulari. formæ autē: quæ sunt i mēte angeli: sūt simillimæ rationibus idealibus in mēte diuina existētibus: sicut deducte immediate exemplariter ab eis. Vnde per eas angeli cognoscere possunt singularia: quia sunt similitudines rerum: etiam quātum ad dispositiones materiales indiuiduātes: sicut & rationes uel ideæ rerum existētes in mēte diuina. ℂ Sed uide quid de hoc dicat præfatus doctor i suis quodlibet: quodlibet. vii. ar. iiii. ad primum. Angelus iquit nullo modo cognoscit singularia per speciem acqsitam: qa nec per speciē acceptā a re. Sicut enim res agerēt i itellectum eius. qd' est impossibile: neq; per aliquam speciem de nouo ifluxam a deo reuelāte ipi angelo aliquid de nouo: quia spēs: quas angelus habet apud se cōcreatas sufficiūt ad omnia cognoscibilia cognoscēda: sed secūdū ꝙ per altius lumē intellectus angeli eleuatur i altiores cōceptiones ex illis spēbus ꝓdire potest: sicut etiam ex eisdem fantasmatū speciebus intellectus ꝓphetæ lumine ꝓphetiæ adiutus: aliquā cognitionē accipit: ad quam sufficiebat naturale lumē intellectus agētis. Restat ergo ut angelus cognoscat singularia per spēs cōcreatas. Sicut aūt per unā speciē cōcreatam potest cognoscere diuersa idiuidua: ita etiam multo amplius pōt per unā speciem cognoscere qcquid est i uno indiuiduo ut nō opporteat eum aliā speciē habere: qua cognoscit colorē & odorem unius pomi: sed simul cognoscēdo hoc pomū: cognoscit qcquid est i pomo illo & essentialiter & accidētaliter. Effectus autem nō est in causa sua: ut in ea possit cognosci: nisi sit causa determinata ad effectū illum: sicut patet i causis necessariis: quibus cognitis cognoscūtur effectus earum: Sed causa cōtingens nō determinatur ad effectū suū: nisi quādo actu producit ipm. Vnde in causa cōtingēte nō est effectus ei⁹: ut in ea possit cognosci: nisi quādo iam actu productus est. Et ideo angelus per species cōcreatas cognoscēs causas uniuersales omniū singularium cōtingentium nō cognoscit naturali cognitiōe effectus earum: anteq̄ sint in actu: sed statim cum actu sūt. ℂ Hæc ille. ℂ Differunt igitur i hoc angelus & anima rationalis cōiūcta: quia anima po-

tentia intellectiua cognoscit uniuersalia:sensu uero singularia percipit:sed angelus una & eadem potentia sua intellectiua & uniuersalia & singularia cognoscit:sicut ex antecedẽtibus palam est. ℭ Potes aliter formare hãc differẽtiam & dicere sic. Quod anima nõ cognoscit singularia cognitione intellectiua:nisi indirecte & reflexe:siue per accidens. Angelus uero directe & irreflexe:neq; per accidens:sed per se singularia cognoscit. Vnde doctor sanctus in quæstionibus disputatis.q.x.ar.v. Mens inquit humana & angelica diuersimode materialia cognoscit. Cognitio enim mentis humanæ fertur ad res naturales primo secundum formam:& secũdario ad materiam:prout habet habitudinem ad formam. Sicut autem omnis forma:quantum est de se communis est & uniuersalis: ita habitudo ad formam nõ facit cognoscere materiam:nisi cognitione uniuersali. Sic autem considerata materia nõ est indiuiduationis principium:sed secũdũ ꝙ consideratur materia in singulari:quæ est materia designata sub determinatis dimensionibus existẽs. Ex hac enim materia indiuiduatur forma. Vnde dicit philosophus in.vii. Methaphisice. Quod partes hominis sunt materia & forma:ut uniuersaliter: Sortis uero forma hæc & hæc materia. Vnde patet ꝙ mens nostra singulare directe cognoscere nõ potest:sed directe cognoscitur a nobis singulare ꝑ uirtutes sensitiuas:quæ recipiunt formas a rebus in organo corporali:& sic recipiunt eas sub determinatis dimensionibus:& secũdum ꝙ ducunt in cognitionem materiæ singularis. Sicut enim forma uniuersalis ducit in cognitionem materiæ uniuersalis:ita forma indiuidualis ducit in cognitionem materiæ signatæ:quæ est indiuiduationis principium. Sed tamen mens per accidens singularibus se immiscet:inquantum continuatur uiribus sẽsitiuis:quæ circa particularia uersantur:quæ quidem continuatio dupliciter est: Vno modo inquantum motus sensitiue partis terminatur ad mentem:sicut accidit in motu:qui est a rebus ad animam: & sic intellectus singulare cognoscit per quandam reflexionem:prout scilicet intellectus cognoscendo obiectum suum:quod est aliqua naturalis:redit in cognitionẽ sui act⁹:& ulteri⁹ ĩ specĩe que ẽ act⁹ sui pricipium & ulterius in fantasma a quo species est abstracta: Et sic aliquam cognitionem de singulari accipit. Alio modo secundum ꝙ motus q̄ est ab anima ad res incipit a mente:& procedit in partem sensitiuam prout mens regit inferiores uires. Et sic singularibus se immiscet mouente ratione particulari:quæ est potentia quædam indiuidualis:quæ alio nomine dicitur cogitatiua:& habet determinatum organum ĩ corpore:scilicet mediam cellulam capitis. Vniuersalem uero sententiam

quam mens habet de operabilibus nõ est possibile applicari ad particularem actum: nisi per aliquã potentiam mediam apprehendentem singulare: Vt sic fiat quidam syllogismus: cuius maior sit uniuersalis quæ est sententia mentis. Minor autem singularis: quæ est applicatio particularis rationis. Conclusio uero electio singularis operis: ut patet per id: quod habetur in. iii. de anima. Mẽs uero angeli: qua cognoscit res materiales per formas: quæ respiciunt immediate materiam: sicut & formam: ñ solum cognoscit materiam in uniuersali directa inspectione: sed etiam in singulari directe. ¶ Hæc ille. ¶ In eisdem etiã quæstionibus disputatis. q. ii. ar. vi. pulcherrime declarat quomodo intellectus humanus singularia cognoscat. Qualibet inquit actio sequitur cõditionem formæ agẽtis: q̃ est principiũ actionis: sicut calefactio mẽsurat̃ ſm modum caloris. Similitudo aũt cogniti: qua iformatur potẽtia cognoscitiua est principiũ cognitionis ſm actum sicut calor calefactionis. Et ideo oportet: ut quelibet cognitio sit per modum formæ: q̃ est in cognoscẽte. Vñ cum similitudo rei: quæ est in intellectu nostro accipiat̃ ut separata a materia & ab oĩbus materialibus cõditionibus: quæ sũt indiuiduatiõis pricipia: relinqtur: ꝙ itellectus noster ꝑ se loquẽdo singularia nõ cognoscat: sed uniuersalia tãtũ. Oĩs eni forma: inquãtũ huiusmodi: uniuersalis est: nisi forte sit forma subsistẽs: q̃ ex hoc ip̃o ꝙ subsistit incõmunicabilis est. Sed per accidẽs cõtingit: ꝙ intellectus noster singulare cognoscit. Vt enim philosophus dicit in. iii. de anima: fantasmata se habẽt ad itellectũ nostrũ: sicut sensibilia ad sensum: utputa colores: qui sũt extra aĩam ad uisum: Vñ sicut spẽs: q̃ est i sensu abstrahitur a rebus ip̃is: & per eã cognitio sẽsus cõtinuat̃ ad ip̃as res sensibiles: ita intellectus noster abstrahit speciem a fantasmatibus: & per eã cognitio eius quodãmodo ad fãtasmata cõtinuat̃. Sed tamẽ tm̃ iterest: Quod similitudo: q̃ est i sensu abstrahit̃ a re: ut ab obiecto cognoscibili. Et ideo res ip̃a ꝑ illã similitudinẽ recte cognoscitur. Similitudo ãt: q̃ ẽ i itellectu: nõ abstrahit̃ a fãtasmate: sicut ab obiecto cognoscibili: ſ sicut a medio cognitõis: ꝑ modũ quo sẽsus nr̃ accipit similitudinẽ rei: q̃ ẽ i speculo dũ fert̃ i eã: nõ ut i rẽ q̃dã: ſ ut i similitudinem rei. Vnde intellectus noster non directe ex specie quam suscipit: fertur ad cognoscendum fantasma: sed ad cognoscendum rem cuius est fantasma: sed tamen ꝑ quãdam reflexionem redit etiam in cognitionem ip̃ius fantasmatis: dum considerat naturam actus sui & speciei per quam intuetur ut eius a quo speciẽ abstrahit: scilicet fantasmatis: sicut ꝑ similitudinẽ: q̃ ẽ i uisu: a speculo acceptã directe fert̃ uisus i cognitionẽ rei speculatæ. Sed per quãdam reuersionem seu reflexionẽ

In cõsciẽtia est sic: uel sic: Et secũdum hũc modũ loquẽdi ĩtelligit: qđ habet genesis .lxxxiii. Nõ ẽ in cõsciẽtiis nostris: qui pecuniã posuerit i saccis uestris. Et ecclesiastes. vii. Scit cõsciẽtia tua: qa tu crebro maledixisti aliis: Et secundum hoc dicit cõsciẽtia testificari aliquid ratiõi: Vt testimoniũ mihi prohibuit cõscientia mea. Vnde cicero dixit: Cõsciẽtiam bene actæ uitæ suæ ipsum magnopere cõsolari. Et paulus apostolus dixit. Testimoniũ prohibẽte illis cõscientia ipsorũ. Aliquis etiã uir sanctus dicit sibi non esse conscius alicuius peccati mortalis: sicut paulus dixit: Nihil mihi conscius sum: sed in hoc iustificatus non sũ.
¶ Secundũ uero alium modũ applicatiõis: quo notitia applicatur ad actum: ut sciatur an actus sit rectus uel non: duplex est uia. Vna secũdũ ꝙ p habitũ scientiæ dirigitur in aliqd faciendũ: uel non faciẽdum. Alio mõ secundũ ꝙ actus: postq̃ factus ẽ: examinat ad habitũ scientiæ: an sit rectus. Et hæc duplex uia in opabilibus distinguit secundũ duplicẽ uiã: quæ est in spectabilibus: scilicet uiã: q̃ est inueniendi & iudicandi. Illa enim uia: qua p scientiã inspicimus quid agendũ est quasi consiliantes: ẽ similis inuentioni: per quã ex principiis inuestigam⁹ conclusiones. Illa aũt uia p quã ea: q̃ iã facta sunt: examinamus discutiendo an recta sunt: est sicut uia iuditii p quã conclusiones in principia resoluunt. Secundũ aũt utrũq; applicationis modũ nõie sciæ utimur: Secũdũ eni ꝙ applicat scia ad actũ: ut dirigẽs ipsũ: ẜm hoc dicit cõscientia istigare uel iducere: uel ligare. Secũdũ uero ꝙ applicat scia ad actũ p modũ examinationis eorꝫ: q̃ iã acta sunt sic dicit cõscientia accusare uel remordere quãdo id: qđ factũ est: iuenit discordare a sciẽtia: ad quã examinat. Defendere aũt uel excusare: quãdo iuenit id: qđ factũ ẽ processisse ẜm formã sciẽtiæ. Sed diligenter aduertẽdũ: ꝙ i prima appilcatione: qua applicat sciẽtia ad actũ ut sciat: an factũ sit: ẽ applicatio ad actũ pticularẽ notitiæ sensitiuæ: ut memoriæ: p quã ei⁹ qđ factũ est: recordamur: uel sensus: p quẽ hunc pticularẽ actũ: quẽ nũc agimus: pcipimus. Sed i secũda & tertia applicatõe: q̃ cõsiliamur qd agẽdũ sit. uel examiam⁹ iã fctã: applicant ad actũ rõnis opatiui habitus sinderesis: & hĩtus sapiẽtie: quo pficit supior rõ: siue simul oẽs applicentur: siue alter eorꝫ tm̃. Ad hos eni habitus examinamus quæ facimus: & secũdũ eos consiliamur de faciẽdis. Examinatio tamen non solum est de factis: sed etiam de faciendis. Consilium autem de faciendis tm̃. ¶ Hæc btũs thõ. in q̃stionib⁹ disputatis. q. xvii. ar. i. ¶ In. ii. uero. S. di. xxiiii. ar. iiii. đ hac eadẽ cõsciẽtia loquẽs sic dicit. Si diligenter omnes potentiæ aiæ inspiciaut: neq; pro habitu: neq; potẽtia cõscientia sumit: ẜm ꝙ in usum loquẽtium uenit: prout conscientia dr̃ ligare:

uel aggrauate peccatum. Nullus enim ligatur ad aliquid faciendum nisi per hoc:ꝙ cõsiderat hoc esse agẽdum: Vnde quãdam actualẽ cõsiderationem rationis per cõscientiam cõmuniter loquẽtes intelligere uidẽtur. Sed q̃ sit illa actualis rationis cõsideratio: uidẽdum est. Sciendum est igiť: Quod sicut in. vi. ethico. philosophus dicit. Ratio in eligẽdis & fugiẽdis quibusdã syllogismis utitur. In syllogismo autem ẽ triplex cõsideratio secũdum tres propositiones: ex quarum duabus: cõcluditur tertia. Ita etiam cõtingit in proposito: dum ratio in operandis ex uniuersalibus principiis circa particularia iudicium assumit. Et quia uniuersalia principia iuris ad sinderesim pertinẽt: rationes autẽ magis appropriatæ ad opus pertinẽt ad habitus: quibus ratio superior & inferior distinguũtur. Sinderesis in hoc syllogismo quasi maiorẽ ministrat: cuius cõsideratio est actus sinderesis. Sed minorẽ ministrat ratio superior uel inferior: & eius cõsideratio est ipsius actus: sed cõsideratio cõclusionis elicitæ est cõsideratio consciẽtiæ. Verbi gratia. Sinderesis hanc proponit. Omne malum est uitandum. Ratio superior hanc assumit: adulterium est malum. quia lege dei prohibitum. Ratio uero inferior diceret adulteriũ est malum: qa inhonestũ: siue iniustum uel quia redũdat in cõtumeliã & dedecus proximi. Cõclusio aũt quæ est. Adulterium hoc eẽ uitandũ: ad conscientiã ptinet & indifferenter siue sit de p̃senti: uel de præterito: uel de futuro: quia consciẽtia & factis remurmurat: & faciẽdis cõtradicit. Et inde dicitur consciẽtia: quasi cũ alio sciẽtia; qa sciẽtia uniuersalis ad actum particularem applicať: uel etiam quia p eam aliqs sibi cõscius est eorum: q̃ fecit: Vel facere intendit. Et propter hoc etiam dicitur sententia & dictamẽ rationis. Cõtingit autem consciẽtiã errare: non ꝓpter sinderesis errorẽ: sed ꝓpter errorem rationis: sicut patet in hæretico: cui dictat consciẽtia: ꝙ prius permittat se comburi: q̃ iuret relinquere heresim: uel relabi ulterius ĩ ipsam: quia ratio superior peruersa est in hoc: ꝙ credit iuramẽtum simpliciter esse prohibitum. Multi etiã hæretici uisi sũt comburi: quia potius uoluerũt mortem obire: q̃ hæresim relinquere: quia ratio superior peruersa erat in hoc: ꝙ credebant errorem suum non esse heresim: quin potius esse ueritatem catholicæ fidei: ut patet in his: qui peruerse scripturas sacras intelligunt: uel interpretantur. Non est igitur hoc propter errorem sinderesis: sed propter peruersitatem rationis: Et secundũ hũc modũ patet q̃liter differãt sinderesis lex naturalis & cõsciẽtia. qa lex naturalis noĩat ipa uniuersalia pricipia iuris. Sinderesis uero noĩat habitũ eoꝝ: seu potẽtiã cũ habitu. Cõscientia uero nominat applicationẽ quãdã legis naturalis ad aliquid faciendum p mo

dū conclusionis cuiusdam. Vñ recte dictum est superius ꝙ ratio con iūcta sinderesi facit conscientiam. Vnde a quibusdam conscientia sic describiť. Conscientia est dictamen rationis: quo iudicat & ligat ad faciendū & non faciendū. ¶ Origenes eam sic notificat dicens. Cōsciētia est spiritus correctoꝛ & pædagogus anime sibi sociatus: quo separatur a malis: & adheret bonis. Sed damascenus libro. viii. eam sic descri bit. Conscientia est lex intellectus nostri: & dicitur esse lex: quia est iu dicium rationis ex lege naturali deductum. ¶ Si quis uero contra ꝑ dicta obiicere uelit: uolens probare conscientiam esse habitum: cuius oppositum superius diximus: asserentes ipsam non esse neqꝫ habitū neqꝫ potentiam: & faciat hoc argumentum: quia scientia dicit habitū ergo etiam conscientia habitum nominat. Dicitur ꝙ q̄uis scientia sit habitus: tamen applicatio scientiæ ad aliquid non est habitus sed actꝰ Et ex hoc significatur nomine conscientiæ. ¶ Sed nunquid conscien tia possit errare. Respondetur ꝙ sic: quia conscientia collationem quā dam dicit. Sed ratio in conferendo decipi potest: ergo conscientia pōt errare. ¶ Preterea Ioannis. xvi. dicitur. Vēit hora: ut omnis: qui inter ficit uos: arbitretur obsequiū se præstare deo. Ergo his: qui occidebāt apostolos: dictabat conscientia: ꝙ ex hoc placerent deo. Sed hoc est er roneum: ergo conscientia errat. Vnde doctor lucis in questionibꝰ dis putatis. q. xvii. arti. ii. sic dicit. Conscientia: sicut dictum est: nihil aliud est: q̄ applicatio scientiæ ad aliquē specialem actū. In qua quidē appli catione cōtigit eē errorē dupliciter. Vno mō ex pte materie: Alio mō ex pte forme. Ex pte materiæ quidē quādo id: quod applicať: in se errorē habet. Ex parte formæ: quādo nō bene applicať: sicut in syllogi zando cōtingit peccatū dupliciter: uel ex eo ꝙ aliquis falsis utitur: uel ex eo ꝙ non recte syllogizat: quādo syllogismus non est in mō: aut figura. Sed ꝙ falsis utatur: ex una quidē parte cōtingit: ex alia aūt parte nō. Dictū est eñi supra ꝙ ꝑ cōsciētiam applicať notitia sinderesis & ra tionis supioris & iferioris ad actū particularē examinādū. Cū autem actus sit particularis: & sinderesis iudiciū existat: non potest applicari iudiciū sinderesis ad actū: nisi fiat assumptio alicuius pticularis. Quā qdē particularitatē quādoqꝫ subministrat ratio supioꝛ: quādoqꝫ inferioꝛ. Et sic cōsciētia pficitur quasi quodā syllogismo pticulari. Vt si ex iudicio sinderesis proferať. Nihil ꝓhibitū lege dei eē faciendū: Et ex su perioris rationis notitia assumatur: Concubitus cū ista muliere est ꝓ hibitus: lege dei: tunc fiet applicatio conscientiæ concludendo ab hoc cōcubitu eē abstinēdū. In uli ergo iudicio sinderesis errorē esse nō cō tingit: ut ex supra dictis patet: sed i iudicio rōnis supioris contingit eē

peccatum: sicut cum quis existimat esse ꝺm legem: uel contra: quod non est: sicut heretici. Et ideo error accidit in conscientia propter falsitatem: quæ erat in superiori parte rationis. Et similiter contingere potest error in conscientia: ex errore existente in inferiori parte rationis: ut cum aliquis errat circa ciuiles rationes iusti uel iniusti honesti uel inhonesti. Et sicut in speculatiuis contingere potest etiam error: eo ꝙ non recto modo fit applicatio: quando debita argumentandi forma prætermittitur. Et ex hoc in conclusione falsitas contingit. Ita etiam accidit in syllogismo: qui in opabilibꝰ requiritur: ut dictũ est Multa alia dicẽda essent circa cõsciẽtiã. Sed hæc sufficiant. Et sic habes quid sit ratio supior & inferior: quid sinderesis: & quid consciẽtia: & in quibus accidere possit error: in quibus uero nõ: & qualiter hæc oĩa sũt in aĩa nostra: & syllogismũ ĩter se faciũt. Nõ autem memini me legisse aliquẽ theologũ: qui hæc oĩa in angelis esse affirmet. Non enim ꝓprie dicuntur rationales: cũ intelligãt sine collatione & discursu: uelut supius disseruimus. Et ideo in ipsis non sunt tot potentiarꝫ noĩa neqꝫ tot potẽtiæ: sicut in aĩa. Vnde thomas in prĩa pte. q. lv. ar. qnto Angeli inqt non hñt corpora sibi naturaliter unitá. unde de iuribꝰ animæ nõ potest eis cõpetere: nisi intellectus & uolũtas. Et hoc etiã cõmẽtator dicit in. xi. metaphisice ꝙ sƀæ sepatæ diuidunẽ in intellectũ & uoluntatem. Et hoc etiã corgruit ordini uniuersi ut suprema creatura intellectualis sit totaliter intellectiua: & non ꝺm partem: ut anima nostra. Et propter hoc etiã Angeli uocantur intellectus & mentes a Dionysio: ¶ Hæc ille.

DIFFERENTIA DECIMASECVNDA.

DVODECIMA differẽtia ĩter Angelũ & animã ẽ quã Dionysius assignat ca. iiii. de di. no. dicens ꝙ Angeli mouẽẽ circa Bonũ & pulchꝝ circulariter: oblique & recte: sicut animæ sed diuersimode & differenter. & nõ accipiẽ hic motus pro motu phisico: qui est actus imperfecti sed ꝑ motu: qui ẽ actus pfecti extendẽdo large nomẽ motus ad quãcũqꝫ opationẽ: sicut etiã phs in. iii. de aĩa dicit. ꝙ intelligere est motus quidã. Isti ergo tres motus scilicet circularis rectus & obliquus differenter sũt in anima & in angelo. Qd qualiter sit libet ex itẽtõe ipius dionysii pscrutari. Circularis eni motꝰ

e totaliter uniformis: tũ pp eq̃distantiã oium ptiũ circuli a cẽtro: tum pp quod i motu circulari nõ est assignare magis ex una pte q̃ ex altera principiũ & finẽ. Motus aũt rectus est difformis: tũ ex ppr:etate lineæ cũ ptes nõ æqualiter distent ab uno puncto signato: tũ ex pte motus: q habet pricipiũ & finẽ signatũ. Obliquus aũt motus habet aliqd uniformitatis: ſm q̃ cõuenit cũ motu circulari: & aliqd difformitatis ſm q̃ cõuenit cũ motu recto. Nõ est aũt idem motus uniformitatis i angelo: & aia unde diuersimode hos motus i utroq; distiguit dionysi⁹ Angelus eni in ipso actu cognitionis diuinæ non se extẽdit ad diuersa: sed in ipso deo uno figit. & ſm hoc dicitur circa deũ moueri quasi motu circulari: non deueniẽs in ipsum: sicut in finẽ cognitionis ex aliquo principio: sicut circulus nõ habet principiũ neq; finem. & ideo dicit q̃ Angeli mouent circulariter unite sine principiis & interminalibus illuminatiõib⁹ pulchri & boni: ut intelligam⁹ ipsas illuminatiões diuinas in mẽtes angelicas peruenientes sicut lineas perueniẽtes de centro ad circũferentiã: quibus quodãmõ ſba circũferẽtiæ constituit: ut sic cognitio quã de semetipso deus habet: comparet centro. ¶ Cognitio aũt: quã angelus de ipso habet: cõparet circulo: qui imitat uuitatẽ centri: q̃uis deficiat ab ipsa. Sed difformitas in angelo respectu diuinæ cognitionis non inuenitur quãtũ ad ipsã formam: sed quãtũ ad cognitionis communicationẽ: ſm q̃ diuersis diuinã cognitionem tradit. & hoc ponit quãtũ ad rectũ motum in angelis. Vnde dicit q̃ in directũ mouet: q̃n pcedũt ad subiectoꝝ puidẽtiã recta omnia transeũtes. Obliquũ uero motũ ponit quasi cõpositũ ex utroq;: inquãtũ. s. ipsi i unitate diuinæ cognitionis pmanẽtes: exeũt per actionẽ in alios reducẽdos in deũ. Vnde dicit q̃ obliq̃ mouẽtur: quãdo puidẽtes minus habentibus inegressibiliter manẽt in idemptitate circa idẽptitatis causam. Sed in anima etiam quantum ad ipsam diuinam cognitionem inuenitur uniformitas & difformitas. Tribus eni modis anima mouet i deũ: uno mõ inuisibilia dei: per ea: q̃ facta sunt uisibilia conspiciens. Et iste est motus rectus. Vnde dicit q̃ in directũ mouet aia: quãdo ad ea q̃ circa seipam pgredit: & ab exterioribus: sicut a quibusdã signis uariatis & multiplicatis ad simplices & unitas sursum agitur contemplationes. Alio modo mouetur in deum ex illuminationibus ex deo receptis: q̃s recipit ſm modũ suũ sẽsibilib⁹ figuris uelatas: sic Esaias uidit dñm sedentẽ sup soliũ excelsũ & eleuatũ. Et hic mot⁹ est obliqu⁹: hñs aliqd d uniformitate ex pte diuie illumiatõis: & aliqd d difformitate: ex pte sẽsibiliũ figurarũ. Vñ dic q̃ obliq̃ mouet aia: iq̃tũ ſm pprie

tatem suā diuinis illuminatur cognitionibus: non intellectualiter: sed rōnabiliter & diffuse. Tertius modus est quādo aīa a se super omnia deum cogitans: & etiam supra seipsam: ab oī difformitate separat̄. Et hic est motus circularis. Vnde dicit ꝙ animæ circularis mot⁹ est itroitus ad seipsam ab exterioribus: & intellectualium uirtutum ipsius cōuolutio: & ꝙ demum iam uniformis facta unitur unitis uirtutibus. Et sic manu ducitur ad id quod est super omnia. ℂ Hæc ex dionysio collecta sunt ubi supra.

DIFFERENTIA DECIMATERTIA.



ERTIA decima differentia est quā Damascenus assignat: quia Angelus interpretatur siue loquitur quibusdam nutibus & signis intellectualibus: sine uocis expressione: Anima uero suos conceptus exprimit p̄ uoces expressas. Vnde phs in primo peryermenias dicit ꝙ uoces sunt earū: que sūt in aīa passionum note. Quomō aūt Angeli loquāt̄: indagare libet. Sed anteq̄ de loqutione angelorū aliqd disseramus: primo uidēdū est: qūo unus angelum aliū illuminet: & illuminando eum purget. Huiusce enī rei cognitio multū ualet ad angeloꝝ loqutionē patefaciendā. Sciēdū est igitur ſm Dionysiū & alios theologos: ꝙ Angeli inferiores illuminant̄ p̄ supiores. Quod sic probatur. Nam sicuti angeli per naturā suā sūt superiores corporibus: ita supiores angeli inferioribus præeminent. Sed nihil fit a deo in corporalibus rebus: nisi misterio angelorū quantū ad coꝝ gubernationē pertinet: ut patet per Augustinū. iii. de trinitate: ergo nihil fit a deo in inferioribus angelis: nisi mediantibus superioribus. ℂ Preterea a corporibus superioribus non mouentur corpora inferiora: nisi per media: sicut terra a cœlo mediante aere: sed ita est ordo in corporibus: sicut in spiritibus. Ergo & summus spiritus nō illuminat inferiores: nisi per medios. ℂ Vlteri⁹ dicit Dionysius. Hāc legem esse dicatis immobiliter fixam: ut inferiora reducant̄ in deum mediantibus superiorib⁹: ergo nūq̄ illuminantur inferiores imediate a deo. ℂ Amplius. Ex bonitate diuina procedit ꝙ ipse de bonitate sua creaturis coīcet ſm eaꝝ proportionē. Et ideo non solum communicat eis de sua bonitate: ꝙ in se sint bona & perfecta: sed etiam ut aliis perfectionē largiantur: deo quodāmō coopante. Et hic est nobilissim⁹ modus diuinæ imitationis. unde dicit Dionysius. iii. ca. ce. hierarchiæ: ꝙ omniū munus est deum cooperatorē fieri. Et exide procedit ordo: qui est in angelis. ꝙ quidam alios illuminant quia superiores illumi-

nant inferiores. ¶ Hæc sanctus doctor lucis in questionibus dispu: q. ix. ar. ii. ¶ Sed in. ii. S. dist. xii. sic dicit prefatus doctor de angelorum illuminatione. Angeli proficiunt in cognitione diuinorum effectuũ per illuminationes in inferioribus a superioribus descendẽtes. Et hoc patet sic. Cum enim deus sit uniuersalissima causa omnium entium: ĩ uisione essentiæ eius non cognoscuntur omnes effectus ipsius de necessitate: nisi intellectus totam uirtutem eius comprehendat. Et quanto aliquis intellectus limpidius eam uidet: tanto plura in ea cognoscere potest sicut in primis principiis speculatiuis: qui perspicatioris intellectus est: plures conclusiones in eis uidet. Et ita superiores angeli plures effectus in essentia diuina cognoscunt: q̃ inferiores. Et de illis superiores possunt illuminare inferiores: & instruere. Et tamen aliqui effectus sunt: quos omnes immediate in uisione diuinæ essentiæ percipiunt: q̃uis etiam hos superiores perfectius cognoscant: sicut & diuinam essentiam clarius intuentur. Et unusquisq; ordo ex illo nomen & rationem recepit. Quod est ultimum suæ uirtutis: ad capiendũ rerum cognitionem immediate in uisione diuinæ essentiæ. unus autem angelus non illuminat alium de his: que ad essentiam beatitudinis pertinent: sed de aliis. Quæ quidem illuminationes seu reuelationes diuinorum effectuum pertinẽt ad præmium: non quidem essentiale: sed accidentale. Et dicitur præmium accidentale: ad quod merita directe non ordinant: sed superadditur ex liberalitate retribuentis. & q̃uis oẽs angeli & beati uideant diuinam essentiã: non tamẽ necesse est ꝙ sciãt omnia: nisi ipsam perfecta cognitione comprehendãt. & hoc nec angelo: nec homini puro potest conuenire: ut diuinam essentiam cõp̃hendat q̃uis ipsam uideat. & q̃uis uidebimus eum sicuti ẽ: ut patet prime Io. iii. quia ipsum eẽ eius uidebimus: quod est eius essentia. ñ tñ ita erit perfectus modus uidendi: sicut est in deo perfectus modus essendi. & ita ꝙ hoc aduerbiũ sicuti determinat modum uisionis ex pte rei uise: & non ex pte uidentis. Et ex p̃dictis etiam patet qualiter intelligendũ sit uerbũ gregorii. in. iiii. dialo. Quid est ꝙ non uideant: qui uidentẽ oĩa uident: qa hoc est intelligendũ de iis: que ptinent ad substantiam beatitudinis: uidentes enim deũ nõ uident oĩa simpliciter: quæ sunt in deo: sed uident omnia: que sunt necessaria ad essentiam beatitudinis eorum. Vel uidentes deum per essentiam uident oĩa: quorũ capaces sũt. ꝙ ãt nõ uideãt oĩa simpliciter: q̃ sũt ĩ deo: uel q̃ deus uidet hoc cõtingit ex defectu intellectus creati q non unitur essentiæ diuinæ ꝭm totam posse eius. ¶ Hic autem defectus ppendi potest ex uerbis Boetii: qui dicit: ꝙ intelligens intelligit per modũ sui: & non p mo-

dum rei intellectæ. Et in libro de causis dicitur. ꝙ recipiens recipit ſm modum ſuum:& non ſm naturam rei receptæ. Et ideo q̄uis omnes beati diuinam eſſentiam uideant:non tamen uident ipſam ſm modū rei cognite:ſed ſm modum cognoſcentium:ideſt ſui ipſorum: & ideo non oportet:ꝙ omnia:quæ in diuina eſſentia ſunt:cognoſcant. ℭ Poteſt etiam dici. ꝙ gregorius loquitur quantum ad ſufficientiam medii:quia ipſa diuina eſſentia eſt ſufficiens medium demonſtrationis rerum omnium. ꝙ autem omnia nō cognoſcant in ipſa:ut puta cogitationes cordium:& huiuſmodi : non prouenit ex defectu diuinæ eſſentiæ:ſed ex defectu intellectus eam non comprahendentis. Qui tamen defectus puritati uidentium deum non derogat: aut quoquomodo repugnat. Vnde thomas in prima parte. q. xii. ar. viii. ad primū Gregorius inquit loquitur quantum ad ſufficientiam obiecti ſcilicet dei:qui quantum in ſe eſt ſufficienter continet omnia & demonſtrat: non tamen ſequitur ꝙ unuſquiſq; uidens deum per eſſentiam omnia cognoſcat:quia non perfecte comprahendit ipſum. Et ideo ſolet cōmuniter dici ꝙ beati uident totam diuinam eſſentiam, ſed non totaliter. ℭ Sed unico medio contra prædicta inſtatur. Nam quicunq; uidet ſpeculum:neceſſario uidet formas relucentes in ſpeculo:niſi diuerſitas partium ſpeculi impediat:ut dum intuetur unam partem ſpeculi formas reſultantes in alia parte non uideat. Sed dei uerbum: quod eſt ſapientia eſt ſpeculum ſine macula:ut dicitur ſapientiæ. vii. in quo oēſ rerum rationes reſplendent. ergo cum uerbum ſit indiuiſibile. Angeli intuentes uerbum omnia in ipſo cognoſcunt. Et ſic unus angelus nō illuminat alium:neq; ſuperiores illuminant inferiores. ℭ Ad hoc argumentum dicitur:ꝙ ſm Boetium in libro de trinitate. In diuinis nō oportet ad imaginationem deduci. unde non eſt imaginandum rationes rerum reſplendere in ſpeculo æterno:ſicut formæ uiſibiles in ſpeculo materiali:ſed magis ſicut cauſatorum rationes præexiſtūt in ſua cauſa:ut Dionyſius dicit in libro de di. no. Non eſt autem neceſſariū ut qui cauſam uidet:hoc ipſo omnes rationes effectuum in ea cognoſcat:ut dictum eſt. Et ideo non procedit ratio. Vel dicēdum ut communiter dicitur. ꝙ ſpeculum æternum uoluntariū eſt:quia in eo non uidetur:niſi quod ipſe uult oſtendere. Secus eſt autem de ſpeculo materiali:quod ex neceſſitate naturæ repræſentat formas in eo relucentes. Vel potes dicere. Quod non eſt neceſſe: ut qui uidet ſpeculum: uideat omnia:que ſunt in ſpeculo:niſi ſpeculum totaliter comprahēdat:Ideo non ſequitur argumentum. ℭ Hæc autem dixiſſe uoluerim

quia licet omnes angeli lucis uideant diuinam essentiam: non tamen omnia uident: sed aliqui plura: aliqui uero pauciora cognoscunt. Et ideo inferiores angeli a superioribus possunt edoceri: & ab eis illuminari. Quod fuit id: quod probare intendebamus. Et hanc conclusionem probat Dionysius in. vii. celestis hierarchiae: & in principio quarti. de di. no. Et ut idem doctor etiã dicit in. vii. ecclesiasticae hierarchiae Angeli superiores illuminando inferiores eos purgant: non quidem ab immundicia & impuritate aut a culpa: sed solummodo a nescientia ¶ His uisis perscrutandum est an angeli adinuicem loq̃tur. Et respõdetur ꝙ sic: q̃uis eorum loqutio: ut dixi sit sine expraessione uocis. qđ autem loquantur: patet per apostolum Paulum prĩe ad cor. xiiii. dicẽtem. Si linguis hominum loquar & angelorum. Sed frustra poneret ĩ eis linguam: nisi loquerentur. ergo loquuntur angeli ad inuicem. Et q̃uis lingua careant: cum sint incorporei: tamen ad innuendum ꝙ loquuntur: dixit Si linguis hominum loquar: & angelorum. ¶ Praeterea. Quod potest uirtus inferior: potest superior ꝑm Boetiũ. Sed homo potest conceptum suum alteri reuellare. Ergo similiter angelus potest. hoc autem est ipsum loqui: ergo in angelis est loqutio. ¶ Vlterius Damascenus dicit: ꝙ Angeli sermone prolato sine uoce tradũt sibi inuicem uoluntates. & consilia & intelligentias. Sermo autem non est nisi per loqutionẽ: ergo ĩ angelis est loqutio. Quomodo autẽ loq̃tur declarat thomas in questionibus disputatis. q. ix. ar. iiii. In angelis ĩquit aliquẽ modum loqutionis ponere oportet. Cum enim Angelus secreta cordis non cognoscat specialiter & directe: oportet ꝙ unus manifestet suum conceptum alteri. Et haec est loqutio angelorum. In nobis enim loqutio dicitur ipsa manifestatio interioris uerbi quod mente concepimus. Quomodo autem angeli suos conceptus aliis manifestent: oportet accipere ex similitudine rerum naturaliũ: eo ꝙ formae naturales sunt quasi imagines immaterialium: ut Boetius dicit. Inuenimus autem aliquã formam existere in materia tripliciter. uno modo ĩperfecte: medio. s. modo inter potentiam & actum: sicut formae: q̃ sunt in fieri. Alio modo in actu perfecto perfectione dico: qua hñs formam est perfectum ĩ se ipso. Tertio modo in actu ꝑfecto: ꝑm ꝙ hñs formam potest communicare alteri perfectionẽ. Aliquid enim est ĩ se lucidũ: & alia illumiare nõ põt. Similiť & ĩtelligibilis forma ĩ ĩtellectu existit tripliciť. Prĩo q̃si mediocriť ĩter potẽtiã & actũ qñ. s. ẽ in hitu. Sc[illegible]o ut in actu perfecto quantũ ad ipsum intelligentẽ. Et hoc ẽ quãdo ĩtel

ligens actu cogitat ſm formam:quam penes ſe habet. Tertio uero ĩ ordine ad alterum:prout eſt quaſi quidam tranſitus de uno in alterũ: quaſi de potentia in actum per uoluntatem. Quando igitur angelus conuertit ſe actualiter ad formas:quas habet habitualiter:tunc dicitur loqui ſibi ipſi. Sed quando angelus per imperium uoluntatis facit: ꝙ intellectus ſuus adhuc perfectius fiat in actu formæ penes ipſum exiſtentis:ut ſcilicet non ſolum ſm ſe ſed in ordine ad alium tali forma pficiatur:tunc alius angelus eius cognitionem perficit. Et ſm hoc unꝰ angelus dicitur alteri angelo loqui. Et ſimiliter eſſet apud nos:ſi intellectus noſter poſſet ferri in intelligibilia ĩmediate. Sed quia intellectus noſter a ſenſibilibus naturaliter accipit:oportet ꝙ ad interiores conceptus exprimendos q̃dam ſenſibilia ſigna aptentur:quibus cognitiões cordium ſiue cogitationes nobis manifeſtentur. ¶ Hæc ex intentione Thomæ ubi ſupra. De hac etiam angelorum loqutione ppulchre diſſerit præfatus doctor in.ii.S.diſt.xii.ar.iii. In angelis inquit eſt quedam loqutio:q̃ tamen ab illuminatione differt in duobus. Primo quãtum ad ea:de quibus ſunt:quia illuminatio proprie eſt de iis:quæ ſuperior angelus in lumine diuinæ eſſentiæ compræhendit:quæ inferior ibi non uidet. Vnde indiget ut in lumine ſuperioris angeli magis determinato & contracto:q̃ ſit lumen diuinum illa cognoſcat. Sed loqutio eſt de motibus liberi arbitrii:quos in uno alius nõ uidet. His.n. duobus modis aliquid poteſt eſſe notum uni angelo:& ignotum alteri: Secundo quantum ad modum:quo utrũꝙ perficitur differentem ſm duo:quæ ad uiſionem intellectualem requiruntur ad ſimilitudinẽ uiſionis corporalis:ſcilicet ipſa res:quæ intellectui proponitur: & lumen ſub quo uidetur. Illuminatio enim fit per hoc: ꝙ lumen intellectus unius angeli per perfectius lumen ſuperioris confortatur ad aliquorum cognitionem:ſed loqutio fit per hoc:ꝙ aliqua prius occulta proponuntur ut cognoſcenda:ſine hoc ꝙ uirtus cognoſcentis fortificetur:ut patet in recitationibus hiſtoriarum:in quibus aliquis cognoſcit:quod prius neſciebat:ſine hoc:ꝙ ſuus ĩtellectus clarificetur. Qualiter autem aliquid poſſit proponi angelo:ut cognoſcendum ab ipſo: patet ex ſimili noſtre loqutionis. Eſt enim aliquid in homine:quod alius homo de ipſo naturaliter percipere poteſt:ut ea:quæ exterioribus ſenſibus ſubiacent. Aliquid uero:quod uideri nõ poteſt:ſicut interiores conceptus mentis. Species ergo concepte interius:ſm ꝙ ordinantur ab intelligente:ut manifeſtande alteri:habẽt rationem uerbi:qđ dicitur uerbum cordis:ſiue uerbum mentis. Secũdum autem ꝙ aptã

tur:& quodammodo ordinantur signis exterius apparentibus:si sint signa ad uisum:dicuntur nutus:si uero ad auditum:dicitur proprie loqutio uocalis. Hii enim duo sensus disciplinabiles sunt. Similiter i angelis interior conceptus mentis libero arbitrio subiacens ab alio uideri non potest. Quando ergo speciem conceptam ordinat:ut manifestandam alteri:dicitur uerbum cordis. Quādo uero coordinat eam alicui:eorum quæ unus angelus i alio naturalitur uidere potest:illud naturaliter cognoscibile fit signum expressiuum interioris cōceptus. Et talis expressio uocatur loqutio:non quidem uocalis:sed itellectualibus signis expressa. Et uirtus exprimendi dicitur lingua eorum. ℂ Hæc ille ad litteram. Et ex predictis patet ꝙ est duplex loqutio i angelis:sicut in nobis. Videlicet interior & exterior:sed exterior in nobis est per signa sensibilia. In angelis uero alio modo:quia ipsa ordinatio cogitationis ad alterum exterior loqutio i angelis dicitur. ℂ Hoc ex Thoma i questionibus disputatis. q. ix. arti. iiii. ad nonum. ℂ Sed ea:quæ hic de loqutione angelorum prælibata sunt: non nihil dubitationis habere uidetur. ℂ Primo quidem:qa ut diuinus ille Plato asserit. Sermo ad hoc datus est nobis ut cognoscamus uoluntatis inditia. Sed unus angelus cognoscit inditia uolūtatis alterius angeli per seipsum: quia sunt spiritualia: & omnia spiritualia ab angelo eadem cognitione cognoscuntur. Vnde cum unus angelus per seipsum spiritualem naturam alterius angeli cognoscat:per seipsum cognoscet uoluntatem ipsius. Et ita angeli non indigent aliqua locutione. ℂ Secundo unus angelus non potest alterius cognitionem cognoscere ꝑ essentiam ipsius cognitionis:cum non sit per essentiam intellectui ei⁹ præsens:Ergo oportet ꝙ per aliquā speciem eam cognoscat. Sed angelus per seipsum sufficit ad cognoscendum omnia:quæ naturaliter sunt in alio angelo per species inatas. ergo eadem ratiōe per easdem species cognoscit omnia:quæ uoluntate fiunt in alio angelo. Et ita uidet:ꝙ in angelis non sit ponenda loqutio: Ad hoc ꝙ conceptus uni⁹ alteri innotescat. ℂ Tertio nutus & signa non sunt ad auditum: sed uisum. loqutio autem fit ad auditum. Angeli autem conceptus suos mutuo sibi indicāt nutibus & signis:ut dicitur in glosa prime ad cor. xiii. super illud. Si linguis:ergo in angelis non debet poni loqutio. ℂ Quarto in omni loqutione oportet esse aliquod medium:per qđ intentio loquentis ad audientem deferatur. Sed tale medium in angelis inueniri non potest:ergo nec loqutio. ℂ Quinto in loqutione corporali sonus ad aures ueniens excitat audientem ad audiendum. Sed

in angelis nō potest poni tale aliquid excitatiuum: cum nihil sit ī uno postmodum in altero factum: & tamē necessaria esset excitatio ad attendendum: si esset loqutio: quia unus angelus non semper alterū cōsiderat: ergo non est ibi loqutio. ℭ Sexto in omni loqutione oportet esse aliquod signum: quod mentis occultum conceptum exprimat. Sed tale signum in angelis esse non potest: nō quidem sensibile: quia sensitiuam cognitionem non habēt: nec iterum intellectuale manēs in intellectu tantum: quia hoc esset equaliter ignotum cum alio conceptu mentis: qui manifestandus esset: ergo uidetur ꝙ in angelis manifestatio per loqutionem esse non possit. ℭ Septimo quia dicit Gregorius. xviii: moralium exponens illud Iob. xxviii. Non adequabitur ei aurum uel uitrum, & cætera. Tunc erit unus conspicabilis alteri: sicut nunc est unusquisꝙ sibi. Sed nūc nō oportet: ꝙ aliquis sibi loquatur ad hoc: ꝙ conceptum suum cognoscat: ergo nec in patria erit necessarium: ut unus alteri loquatur: ad suum conceptum demonstrandum: ergo nec in angelis: qui sunt beati necessaria est loqutio. ℭ Cōfirmatur hoc etiam per id: quod Gregorius ibidem dicit. Tunc uniuscuiusꝙ uultus cognoscitur: & conscientia penetratur. ergo non requiritur ibi loqutio: ad hoc: ꝙ unus conceptū alterius sciat. ℭ Respōdetur ad primum: ꝙ angelus eodem genere cognoscit omnia spiritualia: scilicet intellectualiter. Sed hoc: quod est cognoscere per se: uł per alterum: non pertinet ad cognitionis speciem: sed magis ad modum accipiendi cognitionem. Vnde non oportet ꝙ si unus angel⁹ cognoscat naturam alterius angeli per seipsum: ꝙ etiam loqutionem alteri⁹ per seipsum cognoscat: quia cogitatio angeli nō est ita cognoscibilis alteri angelo: sicut eius natura. ℭ Ad secundum dicitur ꝙ unus angelus cogitationem alterius cognoscit per speciem innatam: per quam alium angelum cognoscit: quia per eandem cognoscit omne: qđ cognoscit in alio angelo. unde q̄cito unus angelus se ordinat ad alium angelum ſm actum alicuius formæ: ille angelus cognoscit eius cogitationē. Et hoc quidem dependet ex uoluntate angeli. Sed cognoscibilitas naturæ angelicæ non dependet ex uoluntate angeli. Et iō nō requiritur loqutio in angelis ad cognoscēdum naturā: sed ad cognoscendam cogitationem tm̄. ℭ Ad tertium respondetur: quia ſm Augustinū. Visus & auditus solūmō exterius differunt: interius autē sūt idem in mente: qa in mēte nō ē aliud uidere & audire: sed i sensu exteriori tm̄. Vn̄ apud angelū: q sola mente utitur: nō differt audire & ui-

dere. Sed tñ dicitur in angelo ad similitudinem eius: quod i nobis fit. Nos enim per auditum scientiam ab aliis accipimus. Nutus autem & signa hoc mõ possunt in angelis distingui: ut signũ dicat ipa species. Nutus aũt ordinatio ad alium. Sed possibilitas hæc faciẽdi dr lingua. Vnde etiá nos: si incorporei essémus: si intellectus noster posset ferri i itelligibilia imediate a sensibilibus nihil accipiendo: tali loqutione uteremur: uidelicet spirituali: & non uocali: ut dictũ ẽ superius. Vñ Basilius dicit. ꝙ si nuda & intecta aĩa uiueremus: ex solis motibus & nutibus intentionum cogitationes alterutrum panderentur. Quod ideo dicit: qa non indigeremus loqutione uocali: sed spirituali tm: qualis ẽ in angelis. ℂ Ad quartum dicẽdũ est ꝙ Angeli non debent cogitari ut distantes ẜm situm. sicut dicimus duo corpora uel duo puncta: qa quod facit in corporibus situs: hoc facit in spiritualibus ordo: ut dicit Augustinus: Vnde non exigitur aliquod medium: per quod deferatur loqutio unius ad alterum: sed sufficit ad hoc solus ordo intentiõis unius ad manifestandum alteri. Vel dicendum: ꝙ omnes continuantur in radiatione diuini luminis: uel naturalis: uel superadditi: ut dicũt theologi. Quod nõ fit unum numero in oĩbus: sed ab uno principio & in unum finem: & ordinate in diuersis acceptum. Vnde per illud lumen unus cognoscit loqutiõem alterius: sicut & essentialia. ℂ Ad qntum respondendum: ꝙ angelus præcipue Beatus semper est i actual consideratione sui ipsius: & per consequens eorum: quæ ad ipsum ptinent: quorum omnium ipse est ratio cognoscendi. Nihil enim prohibet: plura intelligi simul: quæ una ratione cognoscuntur. q̃cito autẽ unus angelus ordinat loqutionem suam ad alterum: efficitur loqutio eius de pertinentibus ad illum. Et ita ab eo cognoscitur. Et inde patet quomodo unus angelus plures sibi loquentes audire potest: & unus sanctus plures eum inuocantes. ℂ Ad sextum dicitur ꝙ illud naturaliter notum in uno angelo: ab alio est quasi signum latentis interius cognitionis: non sensibili: sed intellectuali. ℂ Ad septimum & ultimum dicendum. ꝙ uerbum Gregorii potest intelligi & de corporali uisione: & de spirituali. In patria enim corporibus sanctorum glorificatis unus corporali oculo poterit uidere intima corporis alterius: quæ nunc non potest inspicere etiam in seipso: quia corpora gloriosa erunt quasi peruia. Vnde ibidem Gregorius comparat ea uitro. Similiter etiam oculo spirituali unusquisꝙ uidebit. An alius habeat charitatem & mensuram charitatis. Quod nunc non potest

ſcire aliq̃uis de ſe ipſo. Non tamen oportet ꝙ actuales cognitiones ex uoluntate dependentes unus taliter cognoſcat. ¶ Ad id q̃d obiicitur de conſcientia: dicitur: ꝙ conſcientia dicitur penetrari quantum ad habitus: & non quantũ ad actuales cognitiones. Horum autem ſolutiones argumentorum collegi ex mẽte thomæ in. ii. S. & in queſtionibus diſputatis. ¶ Sed nunquid inferiores angeli ſuperioribus loq̃t. Reſpondet idem doctor in prefatis q̃ſti. q. ix. ar. v. Oportet inquit ſcire: qualiter illuminatio & loqutio differant in angelis. Quod quidẽ ſic põt accipi. Intellectus enim aliquis deficit a cognitione alicuius cognoſcibilis propter duo. uno modo propter abſentiã cognoſcibilis: ſicut dum cognoſcimus geſta præteritorum temporum: uel aliorum locorum remotorum: q̃ ad nos non ꝑuenerũt. Alio mõ ꝑꝑ defectum itellectus: qui non ẽ adeo fortis: ut poſſit ꝑtingere ad illa cognoſcibilia: q̃ penes ſe habet in primis principiis naturaliter notis: quia ipſa cognoſcibilia non poteſt cognoſcere: niſi roboratus exercitio: uel doctrina. loqutio igitur ꝓprie eſt: qua aliq̃s ducit̃ in cognitionem ignorati: per hoc: ꝙ fit ei præſens: quod alias erat ſibi abſens: ſicut apud nos patet: dum unus refert alteri aliq̃d: quod ille non uidit. & ſic facit ei quodam modo præſentia per loquellã. Sed illuminatio eſt: quando intellectus confortat̃ ad aliq̃d cognoſcendum ſupra id: quod cognoſcebat: ut ex ſupiorib⁹ patet. Sed tamen ſciendũ ꝙ loqutio poteſt eſſe in nobis: & ĩ angelis ſine illuminatione: quia quãdoq; contingit aliqua nobis mãifeſtari per loqutionẽ: ex quibus intellectus nullo mõ ad ĩtelligẽdũ magis roborat̃: ſicut cũ recitant̃ nobis aliquæ hiſtoriæ: uel cũ unus angelus alteri conceptionẽ ſuã demonſtrat. Huiuſmodi enĩ idifferẽter poſſunt cognoſci & ignorari ab eo: qui habet debilem intellectũ & fortẽ: ſed illuminatio ſemꝑ habet loqutionem adiũctã: & in angelis & in nobis. Nos enim ſ̃m hoc alium illuminam⁹: ꝙ ei aliquod mediũ tradim⁹ quo intellectus eius roboratur ad aliq̃d cognoſcendum: quod per loqutionem fit. Similiter etiam oportet ꝙ & in angelis fiat per loqutionem. Superior enim angelus habet cognitionẽ de rebus per formas magis uniuerſales. Vnde inferior angelus non eſt proportionatus ad accipiendum cognitionem a ſuperiori angelo: niſi ſuperior angelus cognitionem ſuam quodãmodo diuidat multiplicet & diſtinguat concipiendo in ſe illud: de quo uult illumiare per modum talem: quo ſit compræhenſibile ab inferiori angelo. Et talem conceptum ſuum alteri angelo manifeſtando eum illuminat. Et hoc expreſſe dicit Dionyſius. xv. capitu. celeſtis hierarchie. Et eſt ſimile de magiſtro: qui uidet diſcipulum non poſſe capere ea: quæ ipſe cognoſcit per illum

modum:quo ipse cognoscit. Et ideo studet distinguere & multiplicare per exempla:ut sic possit a discipulo comprehendi. Dicendum est igitur ꝙ illa locutione:que illuminationi adiungitur:superiores solũ inferioribus loquũtur:sed ꝭm aliam locutionem indifferenter loquũtur & superiores inferioribus:& inferiores superioribus. ℭ Hec ille ubi supra. ℭ Queritur etiam. Utrum distantia localis impediat locutionem angelorum adinuicem. Respondetur ꝙ non. Quia in omni eo: quod abstractum est a loco & tempore:& hic & nunc:nihil omnino facit:nec operatur loci distãtia:nec diuersitas temporis. Sed locutio angeli:quæ in intellectuali operatione consistit:est abstracta a loco & tẽpore:& ab hic & nunc:ergo ad eam nihil facit loci distantia. Uñ Thomas:ubi supra ar. vi. Actio sequitur modum agẽtis. Et ideo illa:q̃ corporalia & situalia sunt:corporaliter & situaliter agunt. Quæ uero sũt spiritualia:non nisi spiritualiter agunt:unde cum in angelo inquantum est intelligens:nullo modo sit situalis actio:intellectus ipsius nullo modo proportionem habet ad situm. Et ideo cum loquutio sit operatio intellectus ipsius:nihil facit ad eam propinquitas uel distantia loci. Et sic equaliter a propinquo uel remoto angelus locutionem alterius angeli percipit:illo mõ:quo angelos in loco esse dicimus. ℭ Sed contra hoc dupliciter instatur. Primo quia ꝭm damascenum Angel⁹ ubi operatur:ibi est. Si igitur alteri angelo loquitur:oportet ꝙ sit ubi est ille:cui loquitur. Et sic localis distantia locutionem angelorũ impediet. ℭ Item Esaiæ. vi. dicitur. Q̃d unus Angelus clamabat ad alterum. Sed clamor ille:ut uidetur:erat propter distantiam localem ĩpedientem:quia locutio clamosa non est nisi propter distantiam eius: cui loquimur:ergo uidetur: q̃d distantia loci ĩpediat locutionẽ angeli ℭ Dicitur ad primam instãtiam ꝙ cum dicitur: Angelus est:ubi operatur:intelligendum est de operatione:quã circa aliquod corp⁹ agit: q̃ quidem operatio situalis est ex p̃te eius:in quod terminatur. locutio autem angeli non est talis operatio. Et ideo ratio non sequitur. ℭ Ad secundam ĩstantiam respondetur:ꝙ Angelus clamare dicitur:ĩquantũ cõuertit se p̄ spẽm ad aliũ ad oñdẽdũut ali⁹ capiat eũ:uł ad oñdẽdũ magnitudinẽ affectus:ꝭmꝙ dicit Greg. ii. moraliũ. Tãto q̃sqs minus clamat:quanto minus desiderat. Vel dicendum ꝙ clamor ille:quo seraphin clamasse dicuntur:designat magnitudinem eorum: quæ loquebantur:scilicet unitatem essentiæ:& trinitatem personarum:dicẽtes sanctus:sanctus:sanctus. Dominus deus sabaoth. In hoc enim ꝙ dicebant ter sanctus:ostendebant trinitatem personarum: In hoc uero ꝙ dicebant Dominus deus:innuebant unitatem essentiæ. Et sic pa

tet solutio ad obiecta. ¶ Dubitatur etiam. Nũquid unus angelus pos sit alii loqui: ita q alii locutionem eius non percipiant. Respondetur q sicut ex predictis patet: Ex hoc ipo cognitio unius angeli in cogni tionem alterius uenit per modum cuiusdam spiritualis loquutionis. Q d Angelus fit in actu alicuius speciei: non solum ƀm seipsum: sed etiam in ordine ad alium. Et hoc fit per propriam uoluntatem angeli loquentis. Ea autem: quæ sunt uoluntatis: non oportet q eodem mo do se habeant ad omnes: sed ƀm modum a uoluntate præfixum. Et iõ locutio predicta non equaliter se habebit ad omnes angelos: sed ƀm q uoluntas angeli determinabit. Vnde si angelus fiat per propriã uo luntatem in actu alicuius speciei ƀm intellectum in ordine ad unum tantum angelum: percipietur ab illo uno tantum eius loqutio. Si ue ro in ordine ad plures pcipietur a pluribus. ¶ Hæc beatus Thomas in prefatis questionibus: q. ix. ar. ultimo. Sed quidã adhuc restat scru pulus. Vtrum angeli deo loquantur: dicitur q conceptio mentis or dinatur ad alterum. Sed aliqd ordinatur ad alterum dupliciter. Vno modo ad hoc q cõicet alteri: sicut in rebus naturalibus agens ordina tur ad patiens: & in loqutiõe humana doctor ordinatur ad discipulũ. Et quantum ad hoc nullo modo angelus loquitur deo: neq; de iis: que ad rei ueritatem pertinent: neq; de iis: quæ dependent a uoluntate cre ata: quia deus est omnis ueritatis & omnis uoluntatis principium & conditor. Alio modo ordinatur aliquid ad alterum: ut ab eo accipi at: sicut in rebus naturalibus passiuum ad agens: & in loqutiõe huma na discipulus ad magistrum. Et hoc modo angelus loquitur deo: uel consultando diuinam uoluntatem de agendis: uel eius excellentiam: quam nunq̃ comprehendit admirando: sicut dicit Gregorius in scdo moralium q angeli loquuntur deo per hoc: q super semetipsos respi ciunt: in motum admirationis surgunt. hec Tho. in prima. p. q. cvii. arti. tertio. Breuiter igitur colligendo predicta patet: quod loqutio ni hil aliud est: q̃ manifestatio alicuius latentis in corde. Vnde ꝓprie oĩs loqutio fit ratione comunicationis latentium. Manifestũ est autem q intelligibile tripliciter est in intellectu: ut ex predictis patet: Primo q̃ dem habitualiter: siue in thesauro memoriæ: ut dicit Augustinus ex i tentione tñ Auicẽnæ scdo ut i actu cõsideratum uel cõceptũ. Tertio ut ad aliud relatum extra se. Per imperium autem uoluntatis: quãdo mens conuertit se ad actum: considerãdo id: quod habet in habitu: lo quitur aliquis sibi ipsi: & tunc dicitur formare uerbum cordis. Cum uero conceptus mentis per imperium uoluntatis ordinatur ad alterũ puta ad agendum aliquid: uel ad manifestandum alteri: tunc dicitur

formare uerbum oris. In nobis autem interior mentis conceptus duplici obstaculo clauditur. Primo ipsa uoluntate: que conceptum itellectus potest retinere clausum interius. Et sic nullus potest mentē alterius uidere: nisi solus deus. Scdo claudit̄ mens hominis ab alio homine p grossiciem corporis. Vnde cum etiam uoluntas ordinat conceptum mentis ad manifestandum alteri: non statim cognoscitur ab altero: sed oportet per liguæ ianuam egredi: & per illam: quales sum⁹ intrinsecus: ostendere extra: Angelus autem secundum obstaculum non habet: quia incorporeus est. Et ideo mens angelica quando conuertit se per imperium uoluntatis ad cōsiderandum in actu. quod prius habebat in habitu: tunc dicitur loqui sibi ipsi. Quando autem ordinat conceptum suum alteri angelo manifestandum: tunc loquitur illi. Et potestas sic ordinandi conceptus suos alteri manifestandos: dicitur lingua eorum: superius patuit. Habes etiam quomodo possint loqui superiores inferioribus: & econuerso: & quomodo non. Explicatum etiam fuit qualiter localis distantia angelorum loqutionem nō impedit: & quomodo unus angelus potest loqui uni soli: uel duobus absq3 hoc: q alii loqutionem eius percipiāt atq3 etiam quomodo deo possunt loqui: uel non. et hæc de angelorum loqutione cumulate dicta sufficiant. Angelus igitur sine expressione uocis loquitur. Anima uero corpori unita sine uocis expressione: uel sine signis & nutib⁹ corporalibus suos exprimere conceptus non potest.

DIFFERENTIA DECIMAQVARTA.



QVARTA decima inter angelum & rationalem animam differentia est: quia nuſq̄ legitur in sacris litteris de angelo q sit factus ad imaginem & similitudinem dei sicut legitur d̄ anima: geñ. primo. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Imago enim dei & repræsentatio sancte trinitatis non relucet in homine: quantum ad corpus: sed quantum ad animam: in cuius mente consistit imago: quāuis diuine perfectiones copiosius refulgeant in angelo: q̄ in anima: quantum ad naturalia: cum angelus sit simplicior & perfectior anima. ueluti superius elucidauimus: Declarandum est igitur: quomodo anima dicatur esse ad imaginem & similitudinem dei facta: & quid sit imago & similitudo: Sciēdū ē ergo q imago ꝓprie dr̄: qd̄ ad alteri⁹ imitationē est: qa imago dr̄ q̄si imitago ab imitor imitaris. Nec tñ quelibet imitatio rōnem imaginis

perficit. Vnde si hoc sit album & illud album: non ex hoc dicitur eius imago. Sed ad ratione͂ imaginis exigitur imitatio in aliquo: quod spe- ciem exprimat & essentiam. Propter quod ab Hilario dicitur species i- differens. Et inde est ꝙ in corporalibus ꝯm imitationem figure potissi mum imago attenditur: quia figura est quasi certum signum oste͂de͂s unitatem & differentiam speciei. Hæc autem imitatio potest esse dupli citer: aut simul quantum ad speciem: & signum spe͂i. Et sic imago ho- minis est in filio suo: qui ipsum in humana specie & figura imitatur. Et hec est perfecta imago: aut quantum ad figuram tantu͂: & non qua͂ tum ad ueritate͂ spe͂i: sicut imago hominis est in statua lapidea. Et hæc est imperfecta imago. Et primo modo filius dei dicitur imago patris: si cut in natura co͂icans: Secundo autem modo imago dei est in anima: que potest dici imago dei: licet non perfecta. Et q͂uis dicat Hilarius: ꝙ Imago dicitur esse rei ad rem coequa͂da͂. Et nulla equalitas possit esse creature ad deu͂: non obstat quia ad rationem imaginis non exigitur æqualitas equiperantiæ: cum magni hominis in parua pictura imago exprimatur: sed exigitur æqualitas proportionis: ut scilicet eadem sit proportio ꝑtium ad inuicem in imagine: que est in imaginato: Et talis æqualitas reperitur in creatura intellectuali: que proprie ad imagine͂ dei dicitur. Et ratio est. Nam illa imitatio rationem imaginis co͂stituit: que est in aliquo ad speciem pertinente. Ex primo autem & co͂muni nihil sortitur speciem: sed ex ultimo & proprio: sicut est differentia co͂ stitutiua. Consideratis autem diuine bonitatis processibus in creatu- ris: quibus naturæ creatæ constituuntur in similitudinem naturæ in creatæ: ultima inuenitur intellectualis dignitatis ꝑticipatio: q͂ omnes alias præsupponit. Et ideo intellectualis natura attingit ad imitatione͂ diuinam: in quo quoda͂modo consistit species naturæ eius. Et inde est ꝙ in eadem operatione ponimus ultimam fælicitatem intellectualis creaturæ: in qua est fælicitas dei: scilicet in contemplatione intellecti- ua. Et ideo sola intellectualis creatura rationabiliter ad imagine͂ dei di citur esse. ¶ Hæc ex intentione Thome & aliorum theologorum in ii. s. distin. xvi. Dicit autem magister. s. ibidem ex inteto͂e tamen Au gustini ꝙ homo dicitur ad imaginem dei factus ꝯm mentem: qua ir- rationabilibus antecellit. Sed homo non differt a brutis ꝯm nutritiua͂: neq; ꝯm sensitiuam: ergo ꝯm intellectiua͂. Illa ergo pars superior ani- me: in qua est memoria intelligentia & uoluntas: mens appellatur. Et non loquor de illa memoria: in qua conseruantur intentiones ꝑticu- lares: quia illa: cum sit co͂is nobis & brutis non est in mente: sed illa be ne: in qua retinentur seu conseruantur species intelligibiles. Augusti

nus etiam appellat mētem illam partē superiorē aie:in qua ē imago:& dicta est mens non a mouendo:ut nonnulli existimant: sed a mensurando:ut dicit thomas in questionibus dispu.q.x.ar.i.Res enim uniuscuiusq; generis mensurat̄ p id:quod est principiū primū i genere suo ut dicitur in.x. metaphisice.Et ideo mens in aia nostra dicit illud:quod est altissimū in uirtute ipsius. Vnde cum ₰m id:quod est altissimum in nobis:diuina imago inueniatur in nobis:imago non pertinebit ad essētiam animæ:nisi ₰m mentē:prout nominat altissimam potentiam ei⁹ ℂ Hæc ille. Dicit aūt Augustinus.xi.de trinitate q̄ imago dei est in mente:₰m q̄ ipsa mens intelligit.Intelligit autem temporalia:hoc est res sensibiles & materiales seipsam:& deum.Hæc tria mens intelligere potest.Sed in illa cognitione:qua mens temporalia cognoscit:non inuenitur expræssa similitudo trinitatis increate:neq; ₰m conformitatem:neq; ₰m anologiam.Non ₰m conformitatem:quia res materiales sunt magis dissimiles:q̄ ipsa mens.unde per hoc q̄ mens ea scientia informat̄:non efficitur deo magis conformis.Similiter neq; ₰m anologiam:quia res temporalis:que sui notitiam parit in aia:uel intelligētiam actualem:non est eiusdem sbæ cū mente:sed quoddam extraneum a natura ipsius.Et sic non potest per hoc increate trinitatis cōsubstantialitas repræsentari.In cognitione uero:qua mēs seipsam cognoscit est repræsentatio increatæ trinitatis ₰m anologiam:hoc mō mēs cognoscens seipsam uerbum sui gignit:& ex utroq; procedit amor:sicut pater seipsum cognoscēs uerbū suum ab æterno genuit & ex utroq; procedit spiritus sanctus.Sed in cognitione:qua mēs deū ipsum cognoscit mens ipsa deo cōformatur:sicut oē cognoscēs inquātū huiusmodi assimilatur cognito.Maior aūt est similitudo:q̄ ē p cōformitatē: ut uisus ad colorē:quā quæ est per anologiā:ut uisus ad intellectum:q similiter ad sua obiecta cōparat̄.Vnde expræssior similitudo trinitatis est in mēte:₰m q̄ cognoscit deū:q̄ ₰m q̄ cognoscit seipsā. ℂ Hæc beatus Tho.i q̄stionib⁹disputatis.q.x.ar.vii.Nūc aūt de similitudine aliquid differamus. Similitudo:ut Boetius dicit. Est rerum differētiū eadem qualitas:Nam per substantiam aliqua dicuntur eadem: p quātitatē æq̄lia & p qualitatē similia:ut dicit phs.Vnde ista est Bona consequētia.Ista sunt similia ergo differunt.In ratione autem imaginis includitur similitudo:& non econuerso:Magister uero.S.in.ii.dist.xvi. declarat qualiter anima sit ad imaginem & similitudinem dei. Ad imaginem inquit:₰m memoriam:intelligētiā & uoluntatem. Ad similitudinem ₰m innocentiā & iustitiā que in mente rationali naturaliter sūt Vel imago considerat̄ in cognitione ueritatis:similitudo i amore uir-

tutis. Vel imago in aliis omnibus: similitudo in essentia: quia immortalis & indiuisibilis. vnde Augustinus in libro de quantitate animæ. Anima facta est similis deo: quia immortalem & indissolubilem fecit eam deus. Imago ergo pertinet ad formam: similitudo ad naturam. factus est ergo homo ꝯm animam ad imaginem & similitudinem dei: nõ patris uel filii uel spiritus sancti: sed totius trinitatis. Ita & ꝯm animam dicitur homo esse imago dei: quia imago dei in eo est: sicut imago dicitur: & tabula & pictura que in ea est sed propter picturam: quæ in ea ē: simul & tabula imago appellatur. Ita propter imaginem trinitatis etiã illud in quo est hæc imago: nomine imaginis uocatur. Quocirca homo & imago dicit: & ad imaginem est: filius autem imago: nõ ad imaginem. ¶ Hæc ex textu magistri sentẽtiarum. Annotatu etiam non indignum arbitror. ꝙ tres sunt similitudinis differentiæ. Prima fundatur super proportione: sicut nigrum in comparatione ad congregare proportionabiliter simile est albo comparato ad disgregare: hanc autẽ proportionalem similitudinem: disperata & opposita habere possunt Secunda fundatur super communem qualitatem: sicut albũ albo assimilatur: unde superius dictum est ex intentione Boetii ꝙ Similitudo est rerum differẽtium eadem qualitas. Tertia fundatur super receptionem: sicut cæra assimilatur sigillo: & speculum rei opposite: cuius speciem recipit sicut aqua rei obiecte & oculus rei uise. Harum autem similitudinum secunda expressior est q̃ prima: & tertia q̃ secunda. similitudine proportionis similatur anima deo per naturam. Et hoc multipliciter ostenditur. Diuina enim essentia potest considerari dupliciter ut comparata ad personas: & ut comparata ad creaturas. Si consideretur: ut comparata ad personas: repræsentat anima trinitatem personarum in unitate essentie: quia in ipsa est trinitas potentiarum in una mẽte. Sed in hoc est differentia: quia diuina essentia dicitur de tribus personis realiter: sed anima non prædicatur realiter de tribus potẽtiis: q̄a potentiæ animæ realiter differunt ab ipsa anima: sicut recta tenet philosophia. In hoc tamen non deficit similitudo. quia sicut pater est origo filii: & ambo simul spiritus sancti: ita memoria est origo intelligentiæ: & utraq; uoluntatis. Item diuina essentia potest comparari ad creaturas. Et hoc dupliciter ut causans & ut conseruans: ut causans tripliciter. Primo modo efficienter. quia deus est causa efficiens omnium rerum: quia Omnia per ipsum facta sunt. Io. I. Et similiter quodammodo ꝯm tenuem proportionem ab uno homine omnis homo est. Secũdo formaliter accipiendo formam pro forma ideali siue exemplari: q̄a

In deo est idea omnium spiritualium & corporalium Boetius. Mūdū mente gerens:similiqꝫ imagine formans. Pulchrum pulcherrimus ipse Similiter intellectus natus est omnibus assimilari:rerum omniū species & ideas in se recipiendo. Vnde philosophus in tertio de anima. Intellect⁹ ē quodāmō oīa finaliter. tertio finaliter. Est.n. ultimus finis reꝝ omnium. Vniuersa enim propter semetipsum creauit altissimus:ut dicitur eccle. vii. Ita & nos sumus quodammodo finis omnium:ut dicit ii. phisicorum. Augustinus etiā dicit ꝙ omnia fecit de⁹ pp hoiem:hominem autem propter seipsum. Similiter comparatur diuina essentia ad creaturas:ut conseruans:quia sicut rebus dedit esse:ita etiam conseruat eas in eē:immo ipse est intimior rei: q̄ sit ipsa res sibi. Nam si actio sua uel prouidentia in momento uel in instanti a rerum gubernatione cessaret:omnia in nihilum ruerent sicut ex nihilo facta sunt: ut dicit Augustinus. Et gregorius dicit. ꝙ omnia in nihilum tenderent: nisi ea manus conditoris substentaret. Est etiam deus totus ī toto uniuerso:& totus in qualibet parte uniuersi. Est enim ubiqꝫ & in omnib⁹ rebus per essentiam per potentiam & per præsentiam: ut dicit Magister. S. in primo. Similiter anima dat esse corpori: & est tota in toto:& tota in qualibet parte corporis:quia non est extensa ad extensionem corporis. ❡ Item similitudine qualitatis similatur anima deo: partim per naturam:& partim p gratiā. Sed prænotandum est illud Augustini. Credamus deum sine qualitate bonū:sine quantitate magnum:qa sua bonitas non est qualitas accidentalis:sed ueritas sbalis. Anima autem est bona qualitate & accidente. Et ista est bonitas per gratiam. Bonitas per naturam est bōitas entis participata exiliter & analogice ab ipso qui solus est:cuius esse est sua essentia:non dependēs ab aliquo. Ideo fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suā. Ad imaginē in naturalibus:ad similitudinem in gratuitis. Nam sicut deus est simplex insensibilis & imortalis:ita etiam anima. Non enī esset imago dei:si mortis termio clauderet:ut dicit Augustinus natralia sūt hæc & ideo inamissibilia. Accedūt gratuita naturalibus:accrescit imagini similitudo:quæ exordium habet ī natura:icremētū in gratia:complementum in gloria. I. io. iii. Cū apparuerit similes ei erimus: & uidebimus eum sicuti est. ❡ Tertia uero similitudo quæ pfectior est & expssior prima & secūda:magis cōpetit angelo:q̄ aiæ. Vn̄ a Dionysio speculū appellat:qa ī ipso relucēt spēs īdite reꝝ sibi ifluxe a pricipio creatiōis ab ipo sūmo reꝝ oīum archetypo. Appellat ēt signaculū dei ezechielis. xxviii. sm expositionē grego. sic ergo āgel⁹ pōt dici speculū signaculū & sigillū illi⁹ summi regis. Anima uero imago & similitudo

Quelibet uero alia creatura uestigium appellatur. Et hoc ideo est: qa diuinæ perfectiones copiosius effulgent in angelo: q̃ in anima & i anima etiam copiosius: q̃ i aliis creaturis. Vnde thomas in. i. S. dist. iii. angelus inquit quantum ad expræssam repræsentationem diuinorũ attributorum magis est ad imaginem dei: q̃ anima: quia diuinæ bonitates copiosius effulgent in angelo: q̃ in anima. Ideo angelus est expressior imago dei: q̃ anima. Vnde etiam gregorius dicit: ꝙ est signaculũ similitudinis: quia in eo diuinæ imaginis similitudo magis insinuatur expræssa. Sed quantum ad distinctionem potentiarum: expræssior est imago & similitudo trinitatis in anima: q̃ in angelo: quia i angelo suæ potentiæ sunt minus distinctæ. Sed quia ista respræsentatio est quãtũ ad exteriora simpliciter concedendum est: ꝙ ãgelus magis est ad imaginem dei: q̃ anima. In secũdo etiam. S. dist. xvi. ar. iii. sic dicit. De imagine possumus loqui dupliciter. Aut quantum ad id: in quo proprie consistit imaginis ratio: aut quantum ad id: in quo secundario assignatur similitudo imaginis. Proprie enim & principaliter imago intellectualem naturam consequitur. Vnde oportet: ꝙ ubi intellectualis natura perfectius inuenitur etiam ibi sit imago expræssior. Et sic cum natura intellectualis multo sit dignior in angelo: q̃ in homine: eo ꝙ propter obumbrationem intellectualis luminis homo rationalis dicitur: cum ratio sit quidam intellectus obumbratus: ueluti superius patuit: oportet ꝙ in angelo sit expressior dei imago: q̃ in anima. Assignatur etiam imago dei in homine respectu animæ: sed non ita proprie: quãtum ad aliquas proprietates consequentes: sicut ꝙ homo dominatur ĩferioribus creaturis: sicut etiam deus in toto uniuerso: & est quodammodo finis earum Et hoc innuitur geñ. i. Vbi post id: quod dictum ẽ: Faciamus hominem ad imaginem &c̃. subiungit. Et præsit piscibus maris & uolatilibus cceli &c̃. Et similiter: sicut deus est totus ĩ qualibet parte uniuersi: ita anima in qualibet parte corporis. Et ꝰm hoc & alia huiusmodi nihil prohibet animam esse magis ad imaginem dei: q̃ angelum. Sed hoc est ꝰm quid: & non simpliciter: quia iudicium similitudinis uel diuersitatis: quod sumitur ab essentialibus rei: est multo firmius. Vnde Dionysius in. iiii. ca. celæstis hierarchiæ dicit: ꝙ Angelus est quoddam medium: quantum ad gradum naturæ inter mentem nostram & deum. Augustinus etiam dicit. Duo fecisti domine: unum ꝓpe te: idest angelum: aliud prope nihil: idest materiam primam. ℭ Sed contra prædicta obiicitur. Nã ad hebreos. xi. dicit glosa. ꝙ natura mẽtis humanæ: quã xp̃s assumpsit: nihil post deum est melius. Sed xp̃s assumpsit mentem eiusdem nature cum mentibus nostris. ergo cũ uniũ

quodꝙ tanto sit melius: quanto expræssiori imagine deum imitatur: uidetur ꝙ esse ad imaginem non magis angelis: q̃ homini conueniat. Confirmatur. Quia etiam de beatissima & clementissima semper uirgine maria dicit diuus hieronimus. ꝙ exaltata est super choros angelorum. Multæ etiam animæ beatæ erunt equales angelis in gloria: imo nonnullæ superiores. ergo uidetur. ꝙ homo magis debeat dici ad imaginem dei: q̃ angelus. ❡ Ad hoc dicitur ꝙ natura humana: quã christus assumpsit: excellit omnem creaturam: sed hoc habet ex unione diuinitatis: & non ex principiis essentialibus. Et ideo non sequitur similis ratio de mentibus: siue de animabus humanis non unitis. Assumpsit enim dei filius humanam naturam: ut Damascenus dicit in athomo: idest in indiuiduo: & non in specie. & sic etiam natura mentis humane in gloria prædicta accipitur. Exaltatio autem integerrimæ & illibatæ semper uirginis mariæ super choros angelorum non fuit naturæ: sed gratiæ. Et ideo per hoc nihil probatur. quia imago inuenitur in homine & in angelo quantum ad naturalia sua: & non quantum ad habitũ gratiæ uel gloriæ. Consideratis autem naturalibus angeli & hominis magis est capax diuinæ cognitionis angelus: q̃ homo. ꝙ autem homo ad equalitatem angelorum perducitur in diuina fruitione: est gratiæ & non naturæ. Et ideo ratio non procedit. De nobilitate autem hoĩs & angeli distinguit Thomas doctor lucis in. i. S. dist. iii. Homo inquit & angelus tripliciter possunt considerari. Aut per relationem ad finẽ. Et sic sunt equales. Erunt enim homines: sicut angeli in cœlo. Mathei xxii. Aut quantum ad reputationem diuinam. Et sic homo maior est angelo: inquantum humana natura assumpta est in unitatem diuinæ personæ. Aut quantum ad utramqꝫ naturam in se. Et sic natura angeli nobilior est natura hominis: ueluti per diuinum uatem liricum dicit Minuisti eum paulo minus ab angelis. Et loquitur de homine ad litteram: ut patet. Habes igitur qualiter angelus: quantum ad expræssam repræsentationem diuinorum attributorum: magis est ad imaginem dei: q̃ anima: cum diuinæ perfectiones copiosius effulgeant in angelo q̃ in anima. Sed quantum ad distinctionem potentiarum expræssior ẽ imago & similitudo trinitatis in anima: q̃ in angelo. Ideo notanter de homine dicitur. Faciamus hominem & c. Et non de angelo. Quia in hoc uerbo faciamus designatur personarum pluralitas siue trinitas. In hoc uero: quod dicitur: Ad imaginem & similitudinem innuitur essentiæ unitas.

DIFFERENTIA DECIMA QVINTA

QVINTA decia differētia ē:qa Angel⁹ pōt dici psona aia uero nō ꝙ āt āgel⁹ possit dici psona patet qa diffinitio psōæ sibi cōpetit:q̄ Boeti⁹ pōit i libro d̄ duab⁹ naturis & una psōa i.x. dicens ꝙ psōa ē rōalis naturæ idiuidua sb̄a.uñ Thomas i.ii. S.dist.iii.ar.ii.dicit ꝙ tria sunt de ratione persone:uidelicet subsistere: ratiocinari:& indiuiduum esse:que tria angelo conueniunt sicut præfatus doctor ibidem declarat per singula.Et non accipitur hic ratiocinari proprie:pro discursu:sed pro actu simplicis intelligentiæ:cum dictum sit superius.ꝙ angelus lumen intellectuale purum & impermixtum participat:& sine inquisitione itelligit.Anima autem non potest dici persona.Vnde doctor lucis in.iii.S.q.iii.ar.ii. De unione inquit animæ ad corpus apud antiquos duplex fuit opinio. Vna ꝙ anima unitur corpori sicut ens completum enti completo:ut esset in corpore sicut nauta in naui.Vnde sicut dicit gregorius nicen⁹ Plato posuit ꝙ homo non est aliquid constitutum ex corpore & anima sed est anima corpore induta.Et f̄m hoc tota personalitas hominis consisteret i anima:adeo ꝙ anima separata posset dici homo uere:ut dicit hugo de sancto uictore.Et f̄m hanc opinionem esset uerum ꝙ magister. S.dicit i littera.ꝙ anima est persona:quando est separata.Sed hæc opinio non potest stare quia sic corpus & anima accidentaliter unirentur. Vnde hoc nomen homo:de cuius itellectu est anima & corpus:non significaret unum per se:sed per accidens.Et ita non esset in genere substantiæ.Alia est opinio Aristotelis ꝙ anima unitur corpori sicut forma unitur materiæ.Vnde anima est pars humanæ naturæ:& non natura quedam per se. Et quia ratio partis contrariatur rationi personæ: ideo anima separata non potest dici persona:quia q̄uis separata non sit pars actu tamen habet naturam ut sit pars.Si uero obiiciat: ꝙ diffinitio personæ competit animæ quia est indiuidua substantia &c.Dicitur ꝙ Anima rationalis dicitur substantia indiuidua:id est hoc aliquid per modum:quo omne subsistēs est hoc aliquid:etiam si habeat naturam partis.Sed ad rationem persone exigitur ulterius:ꝙ sit totum & completum.Vlterius anima separata proprie loquendo non est substantia alicuius naturæ:sed est pars naturæ.Et sic non sequitur ꝙ sit persona.Et q̄uis anima non sit persona:compositum tamen ex anima rationali & corpore recte & congrue potest dici persona contra laurentiū uallam:qui fuit tantæ temeritatis & insolentiæ:ut ausus fuerit Boetiū circa personæ diffinitionem impugnare:ignorans ciceronem dicere nos duabus personis esse uestitos.Et nisi a proposito digredi uererer: ostenderem multis oratorum auctoritatibus uere & congrue dici pos

se:platonem uel socratem esse bonam personam:sicut ipse dicit se uel le ostendere Boetio homini romano:romane loqui nescire. Ignorauit enim ualla:quod cæteri puri humanistæ adhuc ignorant: quomodo uidelicet nomen significet substantiam cũ qualitate.& ob hoc etiam tam petulanter & ruditer blacterauit præfatus laurentius de diuinis p sonis. Omnium enim errorum mater est ignorantia. Sed isti puri humanistæ:qui solis uocabulis:& solis uerborum lenociniis innituntur:ut suam obtegere & palliare ignorantiam possint:dicunt se dialecticæ atq philosophiæ operam nauare nolle:quia hæ artes & disciplinæ barbarie quadã uerbo᷑ respsæ suæ nitorem eloquentiæ contaminarent. Sed potius barbari censendi sunt ipsi:qui hæc ignorant. Nõ enĩ poetæ & oratores sine dialectica & philosophia delibari:aut degustari pos sunt:immo nullus sine iis artibus & disciplinis grãmaticẽ attinget:aut quoquomodo penetrabit unde quintilianus primo libro oratoriarum in stitutionũ de grãmatica loqns sic dicit. Nec ignara phiæ:cũ pp plurimos locos in singulis fere carminibus ex itima qõnũ naturaliũ subtilitate repetitos:tum pp empedoclẽ i grecis Varronẽ & Lucretiũ in latinis:q præcepta phiæ uersibus tradiderũt. Quin potius uitupãdi sũt illi qui tenuẽ ac ieiunã cauillantur hanc artem:q̃ nisi fundamenta qsq fideliter iecerit:qcqd superextruxerit stati corruet. Sed de iis hacten⁹.

DIFFERETIA DECIMA SEXTA.

DECIMA sexta differentia est qa angelus est mutabilis a pte ante:sed imutabilis a pte post. Aĩa uero rõalis:anteq̃ corporis ergastulo soluat:ẽ mutabilis a parte ante:& a parte post: idest ante electionem:& post Angelus enĩ solũ añ electionẽ mutabilis ẽ. Post aũt electionẽ imutabilis. Habet enĩ uertibilitatẽ imutabilẽ:eo q imutabiliter adhæret bono uel malo. Aĩa uero habet uertibilitatẽ mutabilem:qa de bono ĩ malũ mutari põt:& ecõuerso. De⁹ enĩ imutabilis ẽ a pte ãte:& a pte post iuxta illud Malachiæ.iii. Ego deus & nõ mutor. Et iacob⁹ĩ epistola sua dicit. Apud quẽ nõ ẽ trãsmutatio nec uicissitudinis obumbratio. Homo aũt mutabilis ẽ a pte añ:& a pte post. Sed ãgelus:q est medius iter deũ & hoiem:pticipat de utroq extremorũ. Cõuenit.n. cũ hoĩe:iquãtũ ẽ mutabilis a pte ante: cũ deo aũt:iquãtũ ẽ imutabilis a pte post.

DIFEERENTIA DECIMA SEPTIMA.

DECIMA septia differentia:ẽ qa q̃uis angelus & anima peccauerint:diuinã similitudinẽ appetendo tamen angelus peccauit appetendo potentiam. Anima uero: appetendo sciẽtiã. Mouetur ergo talis questio. Vtrum Angelus dei æquali

tatem appetierit. Videtur enim ꝙ ñ. Quia sicut dicit Augustinus de eadem loquens: Non est credendum: ꝙ uir spirituali mēte præditus: esse uoluerit sicut deus. Sed angelus multo sapientior fuit homine. Ergo uidetur ꝙ dei equalitatem nō appetiit. ℂ Secundo, illud: quod nō cadit i appræhēsione: non cadit in appetitu & uoluntate: quia uoluntas non est nisi de aliquo bono appræhenso. Bonum enim appræhensum mouet appetitum: uel sensibilem: uel rationalem: uel itellectualem. In solo autem huiusmodi appetitu contingit esse peccatum. Sed creaturam aliquam esse æqualem deo: non cadit i appræhēsione: tum quia deus omnem itellectum creatum sua magnitudine excedit: tum etiam quia iplicat cōtradictionem: quia necesse est finitum esse ifinitū si equatur infinito: ergo angelus non potuit appetere esse: ut deus. Potes formare aliter istam rationem. Illud quod simpliciter est impossibile: nō ē appetibile: ut patet. Sed ꝙ creatura aliqua sit æqualis deo: est impossibile: ergo non est appetibile. Ergo uidetur ꝙ Angelus dei equalitatem non appetierit: ℂ Tertio q̄uis uoluntas sit possibilium & ipossibilium: dūmodo illa impossibilia contradictionem non implicēt: tamē electio non est nisi possibilium: ut dicitur in tertio ethicorum. Sed electio angeli fuit de eo: quod desiderauit: quia quicūꝗ nō peccat per electionem: peccat per infirmitatem uel ignorantiam: ut colligitur a pħo i quīto ethicorum: quale ñ fuit peccatum angeli. Ergo suum desiderium fuit possibile. Sed eum esse equalē deo: est ipossibilē. ergo hoc nō fuit suum desiderium. ℂ Confirmatur quia angelus in maiori plenitudine sapientiæ conditus est: q̄ homo: sed nullus homo: nisi omnino amens: eligit esse omnino equalis angelo: nec deo: quia electio ñ est nisi possibilium: de q̄bus est cōsilium: ut imediate patuit. Ergo multo minus peccauit angelus appetēdo esse: ut deus. ℂ Quarto nullus peccat i desiderio sui finis: quia hoc est naturale. Illud autem: quod est finis nature: absꝗ peccato appeti potest. Sed assimilari deo: est finis: i quem naturaliter tēdit quelibet creatura. Ergo si finis angeli & cuiuslibet creature est assimilari deo. Videtur ꝙ nō peccauit hoc appetēdo. ℂ Quinto quicūꝗ uult assimilari alicui: cōuertitur ad illud. Nullus eni uult esse similis ei: quē odio habet. Sed angelus peccādo ñ est conuersus: sed auersus a deo: ergo ñ appetiit similitudinē dei uel equalitatē. ℂ Sed cōtra est: quod dicit glosa super illud dauidicū. Quæ ñ rapui: tūc ex soluebā. Eua sicut diabolus rapere uoluit diuinitatē. Ergo uidetur ꝙ diabolus dei equalitatē appetierit. ℂ Præterea Esaie. xiiii. ex persona Nabuchdonosor i figura diaboli dicitur. In cælū ascendā: Nō āt potest itelligi de cælo empireo: q̄a i illo creatus fuit: ergo opor

tet ꝙ itelligatur de cælo sanctæ trinitatis. Et ita uidetur: ꝙ æqualitatē diuine celsitudinis appetierit. ℭ Cōfirmat̄ hoc ēt p Augustinū i li- bro de questionibus ueteris & noui testamēti:q de diabolo loquēs dicit ꝙ elatiōe iflatus uoluit dici deus. ℭ Respōdetur ꝙ circa hoc triplex ē opinio quidam nāq simpliciter & absolute cōcedūt:ꝙ peccatū angeli fuit ex hoc:ꝙ deo simpliciter æqualis esse uoluit. Nec obstet:ꝙ hoc sit impossibile:quia ꝯm Augustinū. Cæca ambitio semper præsumit: plusq̄ possit. Sed hoc ñ uidetur cōueniēs:qa q̄uis homo possit plus de siderare:q̄ possit habere:ñ tñ plus potest uelle:q̄ possit æstimare:qa i- tellectū uolūtas seqtur:sed ñ excedit: Et præterea i angelo ñ est poue re passionē:q̄ ex appetitu honoris iudiciū itellectus ligēt:sicut est i no bis. Et præterea nullus uult aliqd unq̄:quo posito eius natura ñ mane ret: Si aūt angelus deo equalis esset: ñ esset huius nature:sed diuinæ. Et ita suū ñ eē appeteret. Et iō aliter alii dicūt:ꝙ dei æqualitatē directe nō appetiit:sed idirecte:qa appetiit aliqd: quo habito sequeret̄ ꝙ deo esset equalis:scilicet nulli subesse. Hoc ēt ñ ũ r̄ cōueniēs:qa totū bonū angeli ē i hoc:ꝙ deo subest:sicut tota claritas aeris ē i hoc:ꝙ subiicitur radiis solis. Et iō hoc ab angelo ñ potuit appeti. Et iō aliter est dicēdū: ꝙ ñ appetiit equalitatē simpliciter:quātū ad rē ꝯam desiderati:ut scilicet uellet tātā bonitatē habere:quātā deus habet:sed tñ appetiit equalita- tē ꝯm qd:quātū ad modū hñdi. Bonitas aūt siue beatitudo est in deo: quā habet p suā naturā:& a qua oīs creature beatitudo & bonitas trāſ funditur. Vidēs ergo angelus dignitatē naturæ suæ:qua creaturis cæ teris præeminebat:uoluit a se beatitudinē & bonitatē i oīa inferiora de riuari. Voluit ēt p sua naturalia i perfectiōem beatitudinis peruenire. Et ideo dr̄ ꝙ sine merito habere uoluit hoc:qd̄ meritis habiturus erat si perstitisset. Nec ēt quātū ad modū hñdi simpliciter deo eqparari uo- luit. Nō enim uoluit a se beatitudinem habere:nec esse primum i alios trāſfundens:sed a deo & sub deo:ꝯm ꝙ ipse i oi natura opat̄. ℭ Hæc beatus Thomas & theologi alii in. ii. S. dist. quita arti. ii. ℭ Ad primū igitur argumentum respondetur:ꝙ angelus noluit æqualitatē simpli citer:sicut nec homo:sed modo prædicto. Quidam tñ dicūt ꝙ Adam magis fuit præditus spirituali mente:q̄ angelus non tamen quantum ad gradum naturæ:sed quantum ad diuinam reuelationem: quā ha- buisse creditur:cum dominus in eum soporem misit. ℭ Ad secundū & tertium dicendum: ꝙ rationes illæ procedunt de equalitate simpli- citer:quam non dicimus angelum appetisse. ℭ Ad quartum dicit̄ ꝙ assimilatio diuina est finis uniuscuiusq creaturæ:ꝯm modum suum a creatore præfixum. Vnde sine deordinatione non potest esse: ꝙ ap-

petitus tēdat in diuinam assimilationem ultra terminum naturæ suæ a deo statutū. ℂ Ad q̄ntū dicēdū q̄ i quolibet peccatore auersio a deo ē p̄ter itētionē: qa malū ñ p̄t eē itētū: sed sēp bonū: i quo ē ad deū assimilatio. Et ita p̄ter itētionē ipsorū angelorū fuit: q̄ a deo se auerterent: cui assimilari uolebant. Et per hæc patet solutio ad ea oīa: q̄ superi⁹ obiecta sunt. ℂ Sed de peccato etiā diaboli sic loq̄tur Thomas in prima p̄te. q. lxiii: arti. iii. Angelus inq̄t absq; oī dubio peccauit appetēdo eē: ut deus. Sed hoc pōt itelligi dupliciter. Vno modo p̄ equip̄antiam. Alio mō p̄ similitudinē. Primo quidem mō nō potuit appetere eē: ut deus: qa sciuit hoc esse ipossibile naturali cognitione: nec primū actū peccandi præcessit in ipso: uel habitus: uel passio ligans cognoscitiuā ipsius uirtutem: ut i p̄ticulari deficiens eligeret ipossibile: sicut in nobis interdum accidit. Et ideo dato q̄ esset possibile: hoc esset cōtra naturale desiderium. Inest enim unicuiq; naturale desiderium ad cōseruandum suum eē: quod nō cōseruaret: si transmutaretur in alteram naturam. Vñ nulla res: q̄ ē i iferiori gradu nature: pōt appetere sup̄ioris naturæ gradum: sicut asinus nō appetit eē equs: quia si transferretur in gradū superrioris naturæ: iam ipsum nō esset: Sed i hoc imaginatio decipitur quia enim homo appetit esse in altiori gradu quātū ad alia accidētalia: q̄ possūt crescere absq; corruptiōe subiecti: extimatur q̄ possit appetere altiorem gradum naturæ: in quē peruenire non possit: nisi eē desineret. Manifestū ē aūt: q̄ de⁹ excedit angelū: nō ſm aliq̄ accidētalia: sed ſm gradū naturæ. Et ēt un⁹ angel⁹ aliū. uñ ipossibile ē q̄ angelus iferior appetat eē æq̄lis sup̄iori: nec ēt q̄ appetat eē similē deo possibile ē. ℂ Appetere āt eē ut deus per similitudinem cōtingit dupliciter. Vno modo quātum ad id: in quo aliquid natum ē deo assimilari: Et sic: si aliquis quātum ad hoc appetat esse deo similis ñ peccat: dūmō similitudinē dei debito ordine appetat adipisci: ut scilicet eā a deo habeat. Si quis aūt appeteret ſm iustitiā esse similis deo: quasi p̄pria uirtute: & non ex uirtute dei peccaret. Alio uero mō pōt appetere aliq̄s esse similis deo: quātum ad hoc: in quo non est natus assimilari sicut si q̄s appeteret creare cælum & terram: quod est proprium dei. In quo appetitu esset peccatū. Et hoc modo diabolus appetiit esse: ut deus: ñ ut ei assimilaretur quantum ad hoc: quod est nulli subesse simpliciter: quia sic suū non esse appeteret: cū nulla creatura eē possit: nisi per hoc q̄ sub deo esse p̄ticipat. sed in hoc appetiit eē similis deo: q̄a appetiit: ut finem ultimum beatitudinis id: ad quod uirtute suæ naturæ poterat peruenire: auertens suum appetitum a beatitudine supernaturali: quæ est ex gratia dei. Vel si appetiit ut ultimum finem illam

dei similitudinem: quæ datur ex gratia: uoluit hoc habere per uirtutẽ suæ naturæ: non ex diuino auxilio ꝭm dei dispositionem. Et hoc cõsonat dictis Anselmi: qui dicit: ꝙ appetiit illud: ad quod peruenisset: si stetisset. Et hæc duo quodãmodo in idẽ redeunt: quia ꝭm utrũq; appetiit finalem beatitudinem per suam uirtutem habere: quod ẽ ꝓpriũ dei. Quia uero: qđ ẽ ꝑ se: est principiũ & cã eius: quod ẽ ꝑ aliud: ex hoc ẽt consequtum ẽ: ꝙ appetiit aliquẽ principatũ super alia habere: in quo etiam peruerse uoluit deo assimilari. ¶ Sed nunquid diabolus in primo instãti suæ creationis fuit malus: & peccauit. Dicitur ꝙ impossibile fuit angelum in primo instãti peccasse ꝑ inordinatũ actũ liberi arbitrii. q̃uis enim res aliqua in primo instanti: quo esse incipit: simul incipere possit operari: tamen illa operatio: quæ simul incipit cum esse rei est ei ab agente: a quo habet esse: sicut moueri sursum est igni a generante. Vnde si aliqua res habeat esse ab agente deficiente: quod possit esse causa defectiua actionis: poterit in primo instanti: in quo incipit eẽ. habere defectiuam operationem: sicut si tibia: quæ nascitur clauda ex debilitate seminis: statim incipiat claudicare. Agens autem: quod angelos in eẽ produxit: scilicet deus: nõ potest esse causa peccati. Vnde non potest dici ꝙ diabolus in primo instanti suæ creationis fuerit malus. ¶ Sed contrarium uidetur: quod dicitur Io. viii. de diabolo. Ille homicida erat ab initio. Ergo uidetur ꝙ diabolus in primo instanti suæ creationis peccauerit. Respondet Augustinus. xi. de ciuitate dei dicẽs ꝙ cũ dicitur ꝙ diabolus ab initio peccat: nõ ab initio ex quo creatus est peccare putandꝰ ẽ. sed ab initio peccati: q scilicet nunq̃ a peccato suo recessit. ¶ Dubitatur etiam. Vtrum aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum angelorum. Respõdetur ꝙ probabilior opinio & sanctoꝝ dictis magis cõsonãs ẽ. ꝙ stati post primũ istãs suæ creationis diabolus peccauerit. Et hoc necesse ẽ dicere: si ponatur: ꝙ ĩ primo instanti suæ creatiõis in actũ liberi arbitrii ꝓrupit: & cũ gr̃a sit creatus. Cũ eni angeli ꝑ unũ actũ meritoriũ ad beatitudinem perueniãt: si diabolꝰ ĩ primo instanti in gratia creatus meruit: statim post primum instans beatitudinem accepisset: nisi statim ĩpedimẽtũ pstitisset peccãdo. Si uero ponat̃ ꝙ Angelꝰ ĩ gr̃a creatꝰ ñ fuerit. uel ꝙ ĩ ꝓmo istanti actũ liberi arbitrii non potuit habere: nihil prohibet aliquam moram fuisse inter creationem & lapsum: Hæc autem opinio secũda duabus mediis corroborari potest. Primo sic. Posse peccare cõmune est homini & angelo. Fuit autem aliqua mora inter creationem hominis & eiꝰ peccatum: ergo pari ratione fuit aliqua mora inter formationem diaboli & eius peccatum. Secundo sic arguitur ex intentione scoti. Aliud instans fuit: in quo diabolus peccauit ab instanti: in quo creatus

fuit. Sed inter quelibet duo instantia cadit tempus medium. ergo aliq mora fuit inter reationem diaboli & eius lapsum. ℭ Ad primum dicitur ꝙ Angelus habet liberum arbitriũ inflexibile post electionem. Et ideo nisi statim post primum instans: in quo naturalem motũ habuit ad bonum impedimentum beatitudini præstitisset: fuisset firmatus ĩ bono. Sed non est simile de homine. Et ideo ratio non cõcludit. ℭ Ad secundũ dicendum: ꝙ inter quelibet duo instantia esse tempus mediũ habet ueritatem: inquantum tempus est continuum: ut probatur in. vi. phisicorum. Sed tamen in angelis: qui non sunt subiecti cælesti motui: qui primo per tempus continuum mensuratur: tempus accipiť ꝑ ipsa successione operationum intellectus uel etiam affectus. Sic igiť ĩstans primum in angelis intelligitur respondere operationi mẽtis angelicæ qua se in seipsam cõuertit per cognitionem uespertinam: quia ĩ primo die commemoratur uespere: sed non mane. Et hæc quidẽ opatio in omnibus bona fuit. Sed ab hac cognitione quidam per matutinam cognitionem ad laudem uerbi sunt conuersi. Quidam uero in seipsis remanentes: facti sunt nox per superbiam intumescentes: ut Augustinus dicit. iiii. super genesim ad litteram. Et sic prima opatio fuit oĩbus cõmunis. Sed in secunda fuerũt distincti. Et ideo ĩ primo ĩstanti omnes fuerunt boni: sed in. Secundo fuerũt bõi a malis distīcti.

ℭ Solet etiã queri utrũ ille angelus: q̃ fuit supremus inter peccantes: fuerit etiam supremus inter omnes: hoc ẽ dictũ. Vtrũ magnus diabolus fuerit primꝰ inter oẽs ãgelos. Respondet Gregorius in omelia de cẽtũ ouibꝰ: ꝙ sic. Primus inqt angelus: qui peccauit: dũ cũctis agminibus angelorꝝ ꝑlatus eorꝝ claritatẽ trãscenderet: ex eorum cõparatione clarior fuit. ℭ Sed cõtra ẽ: quod diciť. Eze. xxviii. Tu cherubin extẽtus &c. Sed ordo cherubin est sub ordine seraphin: ut dicit Dionysius vii. ca. cælestis hierar. Ergo angelus qui fuit primus inter peccãtes: nõ fuit primꝰ ĩter oẽs. ℭ Ad hoc diciť ꝙ cherubin interpratať plenitudo sciẽtiæ. Seraphin aũt ardens siue incendens. Cherubin ergo denominatur a scientia: q̃ põt eẽ cũ mortali pctõ seraphin uero denominatur ab ardore charitatis: q̃ cũ pctõ mortali non põt esse. Et ideo primꝰ angelus peccãs non ẽ denominatus seraphin: sed cherubin. Damascẽus tñ dicit. ꝙ diabolus maior fuit de ĩferiori ordĩe ãgelorꝝ: q̃ ꝑsũt terrestribus. Et dicit: ꝙ illi: q̃ ceciderũt: fuerũt de ĩferioribus: in quorũ ẽt ordine aliq̃ bõi ãgeli pmãserũt. ℭ Querũt ẽt aliq. utrꝝ peccatũ primi angeli peccantis fuerit causa aliis peccandi. Dicitur ꝙ peccatum primi ãgeli fuit aliis causa peccãdi: non quidẽ cogẽs. sed q̃dã q̃si exortatiõe ĩducẽs cuius signum ex hoc apparet: ꝙ omnes demones illi suppremo sub=

duntur:ut manifeste apparet p illud:qd dñs noster iesus xps dixit Mathei.xxv.Ite maledicti i ignẽ eternũ:q patus ẽ diabolo & angelis ei⁹: Habet enim hoc ordo diuinæ iustitiæ:ut cuius suggestioni aliqs consentit i culpa:eius potestati subdatur i pœna.ẜm illud.ii.pe.ii. A quo qs superatus est:huic & seruus adiectus est. Sublato igitur tẽpore deliberatiõis:quod ĩnobis reqrit:i eodẽ istãti:i quo primus angelus suã affectionem itelligibili loqutiõe expressit:possibile fuit aliis i eã cõsentire. ℂ Perscrutãtur etiã nõnulli:si plures fuerũt peccãtes angeli:q̃ pmanẽtes. Dicitur ꝙ ñ:qa peccatũ est cõtra naturalem iclinatiõnẽ. Ea uero:quæ cõtra naturã fiũt:ut i paucioribus accidũt. Natura enim cõsequitur suũ effectũ:uel semp:uel ut i pluribus. Et iõ plures angeli pmãserũt:q̃ peccauerũt. Vnde.iiii.Regũ.vi.dr:plures nobiscũ sunt q̃ cũ illis. Et exponitur de angelis:q sũt nobiscũ i auxiliũ: & de malis q nobis aduersantur. ℂ Sed cõtra est:qd dicit phus i.ii.topicorum. Malũ est ut i pluribus:bonũ uero:ut i paucioribus. Item si pdicta rõ ualeret:plures etiam saluarẽtur hoĩes:q̃ dãnarentur:cuius oppositũ uidemus:qa ex hominibus plures uidemus malos:q̃ bonos. Et ita plures dãnãtur q̃ saluãtur:iuxta illud euãgelicũ multi sũt uocati: pauci uero electi. Et illud. Arcta est uia:quæ ducit ad uitam:& pauci ambulãt per eam. Ampla est uia:quæ ducit ad mortem:& multi per ipsam icedũt ergo plures homines etiam ex xpianis dãnãtur:q̃ saluãtur. Videtur ergo ꝙ etiam de angelis idem sit iudicium:ꝙ plures fuerint ruẽtes & cadẽtes:q̃ stãtes. Item cõtra hoc:quod dictum est supra: ꝙ peccatum est cõtra naturalem iclinationem:uidetur esse id:quod legitur i genesi:quia sensus & cogitatio hominis i malum pna sũt ab adolescentia sua. Et Hieronymus etiam dicit. Naturali dicimur malo:ergo peccatũ ñ ẽ cõtra naturalẽ iclinationẽ. ℂ Ad auctoritatem phi. Malum est ut in pluribus &c. Dicit ꝙ triplex est malũ: naturæ:culpæ & pœnæ. De malo pene ñ est ad ppositũ pro nũc. Si ergo loqmur de malo natur. hoc duobus modis:qa uel loquimur respectu totius nature:uel respectu alicuius pticularis agẽtis i natura. Si respectu totius naturæ:sic cõstat:ꝙ malũ ẽ ualde:ut i paucioribus:qa ñ põt esse:nisi in generabilib⁹ & corruptibilibus:quoꝝ aggregatio est puæ quãtitatis respectu toti⁹ celi:i quo nullum malum accidit. Si autem cõsideretur respectu alicuius pticularis agẽtis i natura:constat ꝙ actio eius semper est ẜm debitum naturæ suæ:nisi aliquando impediatur. Et hoc est raro. Et ex tali impedimento accidit malum in natura eius: sicut apparet in partibus monstruosis. Si autem loquamur de malo culpæ:quod inuenitur i eo quod non determinatur ad unam actionem:sicut omnia: quæ agunt

ex libertate uoluntatis: Aut hoc est plurium naturarum: aut unius tā tum. Si est unius nature: sicut in angelis: sic constat: ꝙ in pluribus est cōsequta operatio recta ꝟm cōueniētiam naturæ ipsorum: & peccatū ipsorum fuit ut in paucioribus. Et dicunt aliqui ꝙ tertia ps angelorū cecidit: due uero partes remanserunt: iuxta illud Apochalypsis. & dra co cauda sua trahebat tertiam ptem stellarum. Si autem est plurium naturarum: sicut est homo: qui est compositus ex natura intellectuali & sensitiua: potest considerari dupliciter. Vel ꝟm totam naturam spe ciei. Et sic oportet ꝙ in pluribus actio eius procedat ꝟm illam naturā cuius actio est multiplicior: & circa bona magis manifesta nobis. Et quia naturæ sensitiuæ actio est circa delectabilia sensus: quæ magis multiplicantur: q̄ delectabile rationis: quod est etiam magis occultū nobis: qui cognitionem a sensu accipimus. Ideo ut plures sequnť ope rationes illas. Et ex hoc contingit malum ipsi homini: non inquātum est homo: quia non est homo: ꝟm ꝙ habet sensum: sed ꝟm ꝙ habet ra tionem. Vel potest considerari aliquod indiuiduum illius speciei: & sic contingit: ꝙ aliquis per uoluntatem determinatur ad sequendū ope rationes ipsius rationis per habitum uirtutis: & tunc ut in pluribus be ne operatur. & deficit ut in paucioribus. Sed quādo adhæret alteri na turæ: efficitur quasi alius: ut dicitur in. ix. ethicorum. Vnde tūc est iu dicium de ipso: sicut de aliis animalibus: in quibus est natura sensitiua tantum: quia in pluribus operabitur bonum sibi: quātum ad id: quod factus est: ut leo per crudelitatem: uel canis per irā: siue per luxuriam & sic de aliis: ut dicit Boetius quarto libro de cōsolatiōe ꝓsa tertia. So lutio istius argumenti est ex intentione Thomæ in. ii. S. dist. prima ad tertium. Reliqua etiam: quæ superius de peccato primi angeli preliba ta sunt: ex intentione sua sunt in prima parte. q. lxiii. Vbi ad hoc argu mentum talem etiam præbet solutionem. Phus inquit loquitur quā tum ad homines: in quibus malum cōtingit ex hoc ꝙ sequntur bona sensibilia: quæ sunt pluribus nota: deserto bono ratiōis: quod paucio ribus notum est. In angelis autem nō est nisi natura intellectualis. un de non est similis ratio. ꝙ autem homines proni sint ad malum hoc ñ est ex inclinatione nature: inquantum natura: quia natura bona est in se: cum a deo bono nil nisi bonum emanare possit: sed est ex infectiōe nature: inquantum corrupta est & deprauata per corruptionem fomi tis. Ideo apostolus dicebat: inuenio aliam legem in membris meis re pugnantem legi mentis meæ. Et iterum caro cōcupiscit aduersus spi ritum: & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersan tur. Sic ergo malum est contra naturalem inclinationem: Bonum ue

ro est s̃m naturam. Et sic habes ratiõem cur pauciores ex angelis lapsi fuerint: q̃ steterint. Econuerso autem in hominibus: qui plures damnantur: q̃ saluantur. Sed quispiam curiosus postulabit: si ex omni ordine angeli ceciderunt. Respondet Thomas ubi supra: ꝙ s̃m illos: qui dicunt ꝙ diabolus maior fuit de inferiori ordine angelorum: qui praesunt terrestribus: mãifestum est: ꝙ non de quolibet ordine ceciderunt sed de infimo tantum. Sed s̃m illos: qui ponunt maiorem diabolum de suppremo fuisse ordine probabile ẽ: ꝙ de quolibet ordine aliqui ceciderunt: sicut in quemlibet ordinem homines assumuntur in supplementum ruinae angelicae. In quo etiam magis comprobatur libertas liberi arbitrii: quae s̃m quẽlibet gradum creaturae in malum flecti potest. ¶ Fuit autem peccatum diaboli superbia: q̃ quando dicit inordinatum appetitum propriae excellẽtie: & praecipue in dignitate uel honore: est speciale peccatum: & unum de capitalibus uiciis. ꝙ autẽ primum angeli peccatum superbia fuerit: patet: tũ ex desiderato: qa eminentiam dignitatis appetiit: tũ etiam ex motiuo: quia ex consideratione proprie pulcritudinis in peccatum ruit. ¶ Et hec de peccato angeli cumulate dicta sufficiant. Nunc autem de peccato primi parentis paucula sunt differenda. ¶ Quaeritur ergo. Vtrum peccatum primi parentis fuerit in hoc ꝙ appetierit esse: ut deus. Videtur enim ꝙ non.

Completa enim uoluntas prudentis de impossibili esse non potest: & praecipue de illo: quod in appraehensione non cadit. Sed aliquã creaturam esse sicut deus: est impossibile: nec intellectu capi põt: ergo hoc non appetiit Adam: cum prudentiam & reliquas uirtutes haberet: ut dicit Magister. S. in. ii. Si dicatur ꝙ nõ appetiit esse sicut deus ꝑ aequitatem: sed per similitudinem. Contra dicit Augustinus ꝙ amor est eorum: quae habentur: sed appetitus eoꝝ: q̃ ñ hñtur. Cũ ergo hõ ĩ sui creatiõe ad dei similitudinẽ fact⁹ sit: uĩ ꝙ hoc ñ appetiit. Scđo sic Cõstat enim ꝙ malũ ꝑ experiẽtiam deus scire ñ põt. Sed sciẽtia boni & mali ĩtelligitur de malo per experiẽtiam: quod prius erat ꝑ cognitionẽ tm̃: ergo uĩ ꝙ ex hoc ꝙ appetierit sciam boni & mali: dei similitudinẽ nõ affectauit. ¶ Tertio pħs dicit i. x. ethi. ꝙ debem⁹ nos ĩ diuina trahere quãtũ possum⁹: qa ip̃e dñs de⁹ diuina nobis nõ ĩuidet: ut quidam poeta mẽtiebatur. Dionysius aũt & Augustinus dicũt ꝙ ad deum acceditur: nõ loco: sed similitudine. Cum ergo ad ip̃m accedere debeam⁹: s̃m illđ dauidicum: Accedite ad eum & illuminamini: & facies uestrae non confundentur: Videtur ꝙ non peccauit in hoc: ꝙ dei similitudinẽ appetiit. ¶ Quarto nullus peccat appetẽdo id: qđ naturali desiderat. Sed natura hoc ẽ naturali appetitu oẽs hoies scire desi

derāt:ut ī primo methaphisice phis dicit. Cum igit̄ nō appetierit diui nam similitudinem:nisi ī sciētia: Vt uerba serpētis ostēdūt:uidet̄ ꝙ in appetēdo dei similitudinē ñ peccauit. ℂ Sed cōtra est:quod dicit Augustinus:qui peruerse uult esse sicut deus:puerse uult esse similis deo ut diabolus & homo. hoc etiam dñs inuit gen̄. iii. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est &c. ℂ Ad hāc questionem rñdetur. ꝙ homo quātū ad aliqd appetiit esse sicut deus:quātū uero ad aliqd nō. Si enī sicut dicat equalitatem in aliqua perfectiōe:sic homo noluit habere tā tam sciētiam:uel potētiam:uel bonitatem:quātam habet deus:qa hoc ipsum ipossibile & icogitabile est. Sed quātum ad aliquē modū hñdi uoluit deo parificari:tam hō:q̄ diabolus:ut scilicet uterqꝫ haberet perfectionem sibi datā:sicut habet deus ꝑm aliquē modū:sed differenter qa superbus angelus appetiit talem æqualitatem ī ptāte:sed homo in scīa:cuius ratio est:qa primus angelus iter alias creaturas excellētior erat. Vnde quodāmodo ex ordine suæ naturæ excellētiā super alias creaturas habebat. Voluit ergo dignitati suæ naturæ inixus: ut ipse principium quoddam creaturarum sequētium existeret:& gubernationis & causalitatis:sub primo tamen principio: a quo suam potētiā recognoscebat:sed hoc ꝑm dignitatem naturæ suæ adipisci præsumebat:non ex diuino munere superaddito. Homo uero q̄ creaturis inferioribus suppositus erat:ut eas regeret:& eis uteretur:non tam per potentiam:q̄ per prudentiam:hoc modo appetiit:ut ꝑ naturæ suæ cōditionem:& ligni prohibiti edulium:tātam sciētie plenitudinem consequeretur:ut ex lumine proprie rōnis:quod tñ a deo sibi collatum esse credebat:& seipsum regeret ī oībus:& iferiora sibi subiecta. Vñ Augustinus dicit ꝙ noluit:ut seruus teneri eē sub præcepto quasi ab alio regularetur per lumē naturali lumini supadditū. Et hoc etiā uerba serpētis ostēdūt:q promisit sciētiā boni & mali:quod ad actiōes pertinet & ad gubernationē rerū. ℂ Ad primū ergo dicēdū ꝙ electio itātum cæcat oculos mētis:ut illud æstimet esse possibile qd̄ possibile ñ ē. Vñ potuit esse:ut ad uerba serpētis homo excellētiam inordinate appeteret ī cōi:ex illo appetitu uero obcæcatus puersum iudiciū de ipossibili proferret. Et sic appetitus inclinaretur ad hūc excellentiæ modum. Vel dicēdum ꝙ æqualitatem æquipantiæ:quod ipossibile est:& cogitari ñ potest:ñ appetiit:sed assimilationem quādam:ut dictum est: quā cogitare potuit. ℂ Ad secūdū dicēdū ꝙ similitudinē naturalis dignitatis:quā ī creatiōe accepit:appetēdo ñ peccauit:sed qa ipe super hoc aliā similitudinē appetiit:ut scilicet sicut deus lumine suæ naturæ oīa regit & gubernat:ita ēt hō ꝑ naturale lumē rōnis sibi subdita guberna-

ret & seipm sine adiutorio exterioris luminis. ¶ Ad tertiũ respõdet ꝙ hõ nõ appetiit mala p experientiã sciæ: sed p iudiciũ. Sed hoc cõsequtũ est ex peccato suo: ꝙ malũ p experiẽtiam cognosceret: ut sic: & demo- nis pmissio uerificaret incõplete: cuius cõsuetudo ẽ ut dubiis uerbis hoĩes fallat: & ut nomẽ arbori ĩpoitũ nõ frustra uideat. ¶ Ad quartũ dicit ꝙ ad dei similitudinẽ accedẽdum ẽ ẽm modũ & ordinẽ unicuiq; a deo pstitum. Sed q pprio motu ad dei similitudinẽ accesserit puerse uult eẽ similis deo: ut dicit Augu. Oĩs. n. peccator appetit similitudi- nẽ dei: cũ nihil sit appetibile: nisi put eius similitudinẽ hẽt. Sed in hoc peccat: qa q̃rit eius similitudinẽ ĩordinate & ĩ quo q̃renda nõ ẽ. ¶ Ad qntum dicẽdum ꝙ nõ peccauit in hoc: ꝙ sciam appetiit: sed qa inor- dinate appetiit: ut dictũ ẽ. ¶ Hæc ex ĩtentiõe sancti doctoris & alioꝝ theologoꝝ i. ii. sen. di. xxii. ar. ii. ¶ Hæc ergo ẽt ĩter aĩam & angelum extitit differẽtia: qa angelus peccauit appetẽdo dei potẽtiam. Aĩa ue ro scientiam: eo modo: quo dictum est.

DIFFERENTIA DECIMAOCTAVA.

DECIMA Octaua differẽtia ẽ: qa angelus post peccatũ ĩmo biliter adhæsit malo: adeo ꝙ taliter ĩ culpa fuit obstinatus: ut nullo mõ possit ad deũ cõuerti: nec bonũ alqd opari: sed sp malũ. Vnde Augu. in lib. de fide ad petrũ. Dcmones inqt nec mala uolũtate: nec pena carere pñt. Ex mala aũt uoluntate nũq̃ pcedit nisi malus actus: ergo angelus malus nũq̃ põt bonũ opari: sed est ptinax & obstinatus in culpa. Nã sicut angeli beati malũ facere nõ pñt: qa cõ firmati sunt ĩ bono: ita mali angeli nõ pñt facere bonũ: qa ĩ malo sũt obstinati. Aĩa uero corpori unita: ãteq̃ ex hoc mortali corpe discedat ẽt post peccatũ põt bonũ opari: & ueniã cõseq. Nã in q̃cũq; hora ĩge- muerit peccator: oĩum iniqtatũ eius: q̃s fecit: nõ recordabor amplius Aĩa igit post peccatũ põt penitere. Diabolus aũt nũq̃. Huius aũt dia- bolicæ obstinatiõis ratio diuersimode assignat. Quidã. n. dicũt: sicuti supius plibauimus: ꝙ liberũ arbitriũ angeli mediũ ẽ ĩter diuinũ & hu- manũ: eo ꝙ diuinũ ĩmobile ẽ ante electiõnẽ & post humanũ uero mo bile añ & post. Angelicũ ãt mobile ante: sed ĩmobile post. Vis. n. appe titiua ĩ oĩbus pportionat apphensiuæ: a q̃ mouet: sicut mobile moto ri. Appetitus. n. sensitiuus ẽ boni pticularis: Volũtas uero uniuersalis sicut ẽt sensus apphẽsiuus ẽ singulariũ: itellect⁹ uero uniuersaliũ. Dif- fert aũt apphẽsio angeli ab apphẽsiõe hoĩs ĩ hoc ꝙ angelus apphendit ĩmobiliter p ĩtellectũ: sicut & nos ĩmobiliter apphẽdim⁹ pria pricipia

quorum est itellectus: hō uero p rōnem apphēdit mobiliter discurrēdo de uno in aliud: hñs uiā pcedēdi ad utrūq oppositorum. Unde & uolūtas hois adhæret alicui mobiliter: qsi potēs ēt ab eo recedere: & cōtrario adhærere: uolūtas aūt angeli adhæret fixe & imobiliter. Et iō si cōsideref āte adhæsionē pōt libere adhærere: & huic: & opposito i his: q. s. nō naturalit uult: sed postq iā adhæsit imobilit adhæret: & iō cōsueuit dici φ liberū arbitriū hois flexibile ē ad oppositū: & ante electionē & post liberū aūt arbitriū angeli est flexibile ad utrūq oppositū ante electionē: sed nō post. Sic igit & boni angeli semp adhærētes iustitiæ sūt in illa cōfirmati: mali uero peccātes sunt in pctō obstiati. ℭ Sed uidet Q đ hæc rō diabolicæ obstinatiōis instantiā hēre uideaf: qa supponit illud: cuius cā qrit. s. imobilitatē post angelorum electionē. Et qūis cā assignata uideaf: qa appetitus seqt apphensionem: q in angelis nō ē discursiua: sed imobilis: tñ fm hoc nō pōt assignari rō cōfirmatiōis & obstinatiōis hoium defunctorum. ℭ Et iō alii dicūt φ cū angelus sit indiuisibilis: ad quodcūq se cōuertit: totaliter cōuertif. Sed hæc rō ē insufficiens: qa ēt aia indiuisibilis ē: ut supius patuit. Et ēt qūis angelus sit indiuisibilis in essentia: ē tñ diuisibilis uirtute: fm φ uirtus eius ad multa se extendit. Et hoc est fm obiecta: & fm φ magis & minus alicui applicaf: & hoc ē fm intēsionē & remissionē act⁹. Vñ nō oportet: φ sua opatio pcedat ab eo fm totā suā uirtutē: cū sit dñs sui actus. ℭ Alii ēt diuersas rōnes huius obstinatiōis assignauerūt: qs cā breuitatis omitto. Dicif ergo φ eadē ratio obstinationis ē i hoibus dānatis: & in angelis peccātib⁹: qa fm Dama. Quod est in angelis casus: hoc ē i hoibus mors. Dicendū igif φ sicut ipossibile ē a uolūtate indeclinabilit adhærente recto fini pcedere opus peccati: ita ecōtrario ipossibile est a uolūtate adhærēte incōuertibiliter puerso fini aliqđ opus rectū puenire. Peccatū aūt uolūtatis cōtingit dupliciter circa finē. Vel ex passiōe deducēte rōnem ab actuali cōsideratiōe recti finis. Et talis peccator penitens est: passione cessante: uel ex malicia: q fm phm in. vii. ethicorum: est corruptiua finis. Dicif. n. ex malicia peccare: q ex electiōe praui finis peccat: eo φ qlis est fm habitū: talis finis uidef ei: ut q hēt hobitū luxuriæ: delectationē ueneream sibi ponit finē. Et cū error circa finē in opabilibus sit sicut error circa prima principia in speculatiuis: circa q errātem nō cōtingit ex aliis magis notis dirigi: oportet φ sit peccans sicut ipenitēs: ut phs dicit. Ibidē ergo de peccato null⁹ pōt penitere: nisi uel passione cessante: uel habitu remoto: quo malū finē eligebat. Remoueri aūt habitū nō ē possibile: nisi in eo: q est in statu uiæ & mutabilita

tis. Vnde qñcũ q aliqs deuenit ad termniũ uiæ:nõ põt deflecti ab eo fine:cui adæesit:siue sit bonus:siue malus. Finis aũt uiæ hois est mors sua. Finis aũt angeli est terminus electiõis suæ:qua bono adhæsit uel malo. Vnde sicut hoies post mortem in bono confirmanť uel in malo ptinaces redduntť:ita & angeli post conuersionem & auersionem. Datur autem homini longior uia:q̃ angelo:qa erat magis a deo distãs & oportebat q in eius cognitionem inquirendo perueuerit. Angelus autem statim deiformi intellectu sine inquisitione in diuina peruenire potuit. ℭEt hæc est etiam ratio cur peccatum hominis fuit remediabile & reparabile:non autem peccatum angeli: q̃uis etiam aliæ rõnes possint assignari. Quarum prima est ex uirtute naturali utriusq;:quia quantum ad cognitiuam Angelus cognoscit in plena luce per intellectum deiformẽ:ut possit totum considerare sine inquisitione:quod ad electionem alicuius rei pertinet:ut sic per ignorantiam non excuseť sicut homo qui cognoscit quæ agenda sunt deliberando per rationem. Quæ est quasi quædam obumbratio intellectus:sicut dicit Isaac in libro diffinitionum suarum q ratio oritur in umbra intelligentiæ. Et iõ quia angelus peccauit contra deiformẽ intellectum. Homo autẽ contra dictamen rationis:ut patet ex Dionysio.iiii.c.de diui.nomi. Peccatum angeli fuit multo grauius & irrecuperabilius. Secũdo quantum ad effectiuam:sicut supra secundo uel tertio recitauimus:quia uoluntas angeli inuertibilis est post electionem:cum sit infra uoluntatem diuinam:quæ est inuertibilis ante & post:& supra uoluntatem humanam:quæ est uertibilis ante & post. Et ideo angelus malo:quod appetiit peccando immobiliter inhæret. Et quia nunq̃ penituit:nec penitere potest. Ideo peccatum eius remediabile non fuit. Secunda ratio assignatur ex natura utriusq;:quia angelorum natura non propagatur ex uno:ex quo uitium cõtrahat:sicut humana. Et ideo nec per unum eam reparari congruit. Et hoc est q Apostolus uideť dicere ad Roma. quinto. Sicut per unum hominem & cætera. ℭ. Tertia ratio assignatur ex peccato utriusq;:& quantum ad genus peccati:quia homo superbiuit ex appetitu scientiæ:cuius natura creata capax est:& ad ipsam homo naturaliter inclinatur:ueluti superius patuit. Angelus uero ex appetitu potentiæ:quam natura creata non ita perfecte põt recipere:sicut sciẽtiam. Vnde & animæ Xpi cõmunicata ẽ ois scia:sed nõ omnipotẽtia. Et ẽt quãtum ad circũstantiam peccati:quia homo peccans:& de uenia cogitauit:& in aliquo deceptus est: ut dicit Magister in secũdo dist. xxiii. nõ aũt angelus peccãs. Et similiter quãtum ad oc

casionem peccati quam homo habuit:qa alio suggerēte peccauit nō aūt angelus. ¶Quarta rō sumit ex diuina iustitia:qa oēs illi:ad quos corruptio peti primi hoīs uenire debebat:nōdum erāt i actu:sed i uir tute tm̄. Et iō nō decebat:ut priusq̄ eēnt:ultimā dānationē reciperēt: sicut oēs angeli actu existētes,ꝓprio arbitrio peccauerūt. ¶Quinta. Ex diuīa mīsericordia:qa tota natura hūana lapsa erat i uno parēte: nō aūt tota natura āgelica. Et iō magis idecēs erat:ut natura hūana tota relinq̄ret sub dānatiōe:q̄ natura angelica:q̄ ñ tota corruerat. ¶Sexta ē qa angelus nō hūit carnē spiritū aggrauātē:sicut hō. Vñ in libro geneseos sic dr̄ in ꝑsona dei. Nō pmanebit spūs meus in hoīe in æter num:qa caro ē. Spūs meus hoc ē idignatio mea nō pmanebit i hoīe: hoc ē cōtra hoiem in æternū:qa caro est: Ac si diceret. Nolo irasci aut indignari cōtra hoīem in æternū:idest æternaliter:sicut feci cōtra diabolū. Et rationē assignat. Quia caro ē,hoc ē carnalis:& ꝓcliuis ad pec cādum pp pōdus carnis spiritū aggrauātis. Psalmus. Recordatus est q̄a caro sunt:spūs uadēs:& nō rediēs. Spūs uadēs p seipm̄ in peccatū: sed nō rediēs nisi mediāte gratia dei: sicut dat exēplū Chrysostomus de illo:q sua spōte p̄ceps ruit in puteū:a quo nō pōt exire:nisi adiutus sed ut dixi. Præcipua ratio ē ex pte status utriusq;: qa hō nō peccauit in termino uiæ suæ:sicut angelus:cui ad ꝓpriā electionē status uiæ finitus ē. Vñ recte dixit Damascenus. Hoc ē hoībus mors:qđ angelis casus:siue.hoc ē angelis casus: qđ hoibus mors: ¶Hæc aūt ex itētōe theologoꝝ dicta sunt:& p̄cipue sancti doctoris in.ii.sen.di.vii.arti.ii. Item in.iii.di.prima.q.pria.ad scdm. Angelus ergo imobiliter adhæ ret bono uel malo:ita ꝙ nec boni angeli pñt peccare:neq; mali bonū opus facere:nec penitere:aut dolere pñt:Et ita peccatū eoꝝ irremissibile efficit:sed aīa q̄diu in hoc mortali corpore existit:pōt flecti d̄ ma lo in bonū:& e cōuerso. Et peccatū suū fuit remissibile: qđ ut deleret: dñs noster iesus xps:p̄ciosiissimū sanguinem suū in ara crucis effundere non dubitauit.

DIFFERENTIA DECIMANONA.

DECIMA NONA Differētia est:qa natura angelica non fuit assumptibilis a uerbo. Aīa uero rōnalis:cū sit ps hūanæ naturæ:a filio dei assumptibilis fuit. Immo corp⁹ humanū nō fuit assumptibile nisi mediāte aīa:qa corpora inanimata unibilia non sunt:sicuti nec corpora aīam irrationalē hñtia. Diuinitas enim mediāte spiritu aīam assumpsit:sicut assumpsit corpus mediāte

aia. Nã ueluti corpus nõ est assumptibile nisi p hoc q hẽt aiam: ita aia nõ est assumptibilis: nisi p hoc q mens in ea est p quã imaginẽ dei hẽt Spiritus aũt & mens p nũc p eodẽ accipiunt. Sed qrit. Vtrũ humana natura præ aliis fuerit a filio dei assumptibilis. Respõdet q assumptibile dicit: quod põt assumi. Cum aũt dicit. Creatura põt assumi nõ signatur aliqua potentia actiua creaturæ: quia sola potentia infinita hoc facere potuit: ut in infinitum distantia coniungerentur in unitatem personæ. Similiter etiam non signatur potentia passiua naturalis in creatura: quia nulla potentia passiua naturalis est in natura: cui non respondeat potentia actiua alicuius naturalis agentis. Vnde relinquit: q dicat in creatura solam potẽtiam obediẽtiæ: sm quam de creatura põt fieri: qcqd deus uult: sicut de ligno põt fieri uitulus deo operante. Hæc autem potẽtia obediẽtiæ respõdet diuinæ potentiæ: sm q dicit: q ex creatura põt fieri: qd ex ea deus facere uult. Sed potẽtia dei dupliciter cõsiderat. Vel ut absoluta: uel ut ordinata. Loquendo aũt de potentia dei absoluta: deus põt assumere quãcũq creaturã uult. Vnde sm hoc una creatura nõ est magis assumptibilis: q altera. Loquẽdo aũt de potẽtia ordinata: illam creaturam assumere põt: quã cõgruit eũ assumere ex ordine suæ psciẽtiæ & sapiẽtiæ. Ideo illa creatura dicit aslpmptibilis: in qua huiusmõi cõgruitas inuenit. Inuenit aũt in humana natura congruitas præ aliis: qtũ ad tria: q in assumptione requirunt. Primo qtum ad similitudinẽ unibilium: quia ea: q sũt similia: facilius uniunt. In humana enim natura inuenit expressior similitudo diuina: q in aliqua creatura irrõnali: qa hõ: sm q hẽt mẽtem: ad imaginẽ dei factus dicit: cum i creaturis irrationabilibus nõ nisi similtudo uestigii inueniatur: Et etiam quãtum ad quædam in humana natura est diuina similitudo: magis q in angelica. Nam si natura diuina in se absolute cõsideret: ut sic natura angelica ẽ deo similior: q humana: ut superius patuit. Si aũt consideret diuina natura: sm q est i psonis per relationes originis distinctis: sic magis cõuenit cum hoie: & ut sic: humana natura est similior deo: q angelica. Similiter etiam si consideret natura diuina: sm q est exemplar totius creaturæ. Et ita in homine inuenit similitudo cum qualibet creatura: nõ autem in angelo. Habet enim homo esse cõmune cum lapidibus: uiuere cum plantis: sentire cum brutis. Intelligere cum angelis. Similiter deus est finis ultimus omniũ rerum: ita homo finis quodãmõ cæterarum creaturarum. Vnde philosophus in .ii. phisicorum dicit. Sumus enim nos quodammodo finis omnium. Augustin⁹. Omnia fecit deus pter hoiem: hoiem autem propter semetipsum. Marci ultimo. Prædicate euãgelium omni

creature:idest homini:in quo est ois creatura:eo mō quo dictū ē supi⁹ & pp quē facta est ois creatura ꝯm aliam expositionē. Similiter si consideret:inquātum gubernat uniuersa. Quia sicut deus totus ē in qlibet parte uniuersi p essentiam potētiam & psentiam: sic & aīa in qlibet parte corporis. Multas ēt alias habet aīa cum deo similitudines:qs superius enumeraui. Sic ergo humana natura pp aīam maiorē similitudinē hēt cum deo:q̄ qlibet alia natura. Et ideo fuit magis unibilis uerbo & ab ipso assumptibilis in unitatem diuinæ psonæ. ¶ Secūdo quantum ad terminū assumptiōis. Terminat enim assumptio ad unitatem psonæ. Personalitas aūt nō inuenitur in irrationalibus naturis: cum psona sit rōnalis naturæ indiuidua substātia:ut Boetius dicit. In angelis uero est eqdem psona:sed nō ꝯm originē distincta:cum unus angelus ab alio nō trahat originem. In humana uero natura ē psona distincta ēt ꝯm originem. Et ideo cōuenientissime humana natura in unitatem diuinæ psonæ assumit:q̄ distingunt ꝯm relationes originis Tertio quātum ad finem assumptionis. Si enim perfectio uniuersi dicatur finis assumptionis pcipuus:ut qdam dicunt: nulla particularis natura assumi potuisset:p quam ita uniuersum perfici posset: sicut p assumptionem humanæ naturæ:tum quia homo ē ultima creaturaꝝ quasi ultimo creatus:cuius natura assumpta ultimū est coniūctū prio principio per modum circuli:q̄ est figura perfecta:ex eo ꝙ additamētum non recipit: tum ēt qa in hoīe quodāmodo oēs naturæ confluūt: qa cum oibus creaturis aliqd cōe hēt:ut dicit Grego. in uerbis supius inductis. Vnde hoīe unito quodāmodo ois creatura unita est. Hoc āt dictū est ꝯm opionē illoꝝ q dicūt:ꝙ si hō ñ peccasset. filius dei humanam tñ carnem assumpsisset. Quæ qdem opinio ꝓbabiliter sustineri pōt:qa dicit deuteronomii. xxxii. Dei pfecta sūt opera. Sed pfectio nō pōt esse nisi ultimū principio coniūgat:ut sic quasi qdam circulus cōcludat:& alterius additio fieri nō possit. Cum ergo deus sit primū: & homo sit ultima creaturaꝝ & finis quodāmodo oium:ut supius patuit:decuit ad pfectionem uniuersi:ut ēt si hō nō peccasset:deus hō fieret Non tñ assumpsisset carnē passibilem:ut dicit ista opinio. Si uero finis assumptionis ponat liberatio a peccato:sic ēt sola humana natura congrue assumi potuit:qa in irrationali creatura peccatū nō erat. In āgelica uero erat qdē peccatū:sed irremediabile:ut patet ex dictis. In hoīe uero erat remediabile:& ideo solam humanam creaturam congruū fuit assumere. Hoc aūt dicit ꝯm aliam opinionē:q̄ dicit:quod si homo nō peccasset:filius dei humanā carnem nūq̄ assumpsisset: quæ

quidem opinio magis consonat dictis sanctorum: & sacris litteris: in quibus hæc sola assignatur causa incarnationis: redemptio scilicet hominis a seruitute peccati. Mathei. xviii. Venit filius hominis quærere & saluum facere: quod perierat. Vbi dicit Augustinus. Si homo non peccasset: filius hominis non uenisset. Item prime ad thymo. primo. Xp̄s iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere. Vbi etiã dicit Augustinus. Nulla causa fuit dño Xp̄o ueniendi nisi peccatores saluos facere. Tolle uulnera: tolle morbos: & nulla est causa medicinæ: sed remota causa: remouetur effectus: ergo si peccatum non fuisset: filius dei humanam carnem non assumpsisset. Item Apostolus dicit ad hebreos. ii. Q đ xp̄s communicauit carni & sanguini: ut p mortem destrueret eum: qui habebat mortis imperium. Sed mors per peccatum in hunc mundum intrauit. Ad Roma. v. Ergo si peccatũ non fuisset: per incarnationem deus carni & sanguini non communicasset. Item Gregorius dicit. Nihil nobis nasci profuit: nisi redimi profuisset. Sed redemptio non fuisset: nisi peccati seruitus extitisset: ergo si Adam non peccasset: filius dei non incarnatus fuisset. Leo etiam papa in sermone de trinitate dicit. Si enim homo ad imaginem & similitudinem dei factus in suo honore mansisset: creator mundi creatura nõ fieret: aut sempiternus temporalitatem subiret: aut æqualis deo patri dei filius formam serui assumeret. Item Augustinus in oratione ad Beatam uirginem. Vt quid enim nescium peccati pro peccatoribus pareres: si deesset: qui peccasset: aut quid mater fieres saluatoris: si nulla esset indigentia salutis. Item super illud Mathei primo: Ipse enim saluũ faciet populum a peccatis eorum: dicit etiam Augustinus Si homo non peccasset: uirgo ñ pepisset. ℭ Siue igitur finis assumptionis fuerit perfectio uniuersi: siue liberatio a peccato: sola humana natura congrue debuit assumi. Et sic patet ꝙ tribus rationibus prælibatis: humana natura præ aliis fuit assumptibilis. ℭ Angelica uero natura: quãuis potuerit per potentiam absolutam a uerbo assumi: nullam tamen habebat congruentiam: ut assumeretur: præcipue propter duo Primo quia ut dictum est: peccatum eius non erat remediabile. Secũdo quia non decet: ut aliquam perfectionem creaturæ deus assumendo auferat. Personalitas autem q̃dam perfectio creaturæ est. Sed si natura assumpta p̄sonalitatẽ ꝓpriam haberet: post assumptionẽ nõ posset eẽ unio i p̄sona: qa eẽnt duæ p̄sone. Vñ oportet q̃d: q̃d assumptũ est personalitatem nõ habeat: natũ tamẽ habere. In angelica autem

natura nõ iuenit potẽtia ad pſonalitatẽ ſine actu:cũ p generationem angeli nõ pcedãt in eſſe. Et ideo nõ fuit congruũ:ut angelica natura aſſumeret. Similiter etiã congruũ nõ erat ut creatura irrõnalis aſſumeret:qa natura aſſumpta maxĩe beatificat:ut i pſalmo dr. Beatus quẽ elegiſti:& aſſumpſiſti. Cũ ergo beatitudo i actu mẽtis cõſiſtat:nõ põt irrõnalis creatura ipi⁹ capax eẽ. Aia igitur rõnalis ſiue humana natura a uerbo fuit aſſumptibilis:angelica uero minime. ℂ Hæc ex intentione Thomæ in.iii. S. diſt.ii.q.prima.

DIFFERENTIA VIGESIMA ET VLVIMA.

VIGESIMA & ultima differẽtia eſt:quã nõnulli aſſignãt dicẽtes ꝙ numerus angeloꝝ iproportionabiliter excedit numerũ diarum:oĩum hoĩum q ſunt qui fuerũt:quiq; futuri ſũt. Et hoc pbatur auctoritate hieronymi dicẽtis Magna ẽ dignitas animarũ:ut unaquæq; aĩa hẽat angelũ bonũ ad cuſtodiã:& malũ ad exercitiũ ſibi deputatũ:huic etiã cõſonat dauidicũ illud: Angelis ſuis deus mãdauit de te:ut cuſtodiãt te i oĩbus uiis tuis. unde ẽt Virgilius i vi. Quiſq; ſuos patimur manes. Vbi ſeruius dicit ꝙ oẽs nos habem⁹ duos genios: Vnũ qui icitat ad bona:aliũ uero qui deprauat ad mala Angeli ãt iſti cuſtodes ſũt unius ordinis. Ergo cõſtat numerũ angelorũ iproportionabiliter excedere numerũ oĩum hoĩum pſentiũ præteritoꝝ atq; futuroꝝ. Dicit ẽt ſanctiſſimus ille Iob.xxv.c. Nũquid ẽ numerus militũ eius. Milites aũt dei ſũt angeli:ut habet luce.ii. facta eſt cũ angelo &c. Ergo uidet quod numerus angeloꝝ ſit maximus nobiſq; ifinitus & ideterminatus. Sed illud aĩaduertẽdũ eſt: Quod rõ humana deficit a cognitione ſubſtãtiarũ ſepatarũ:q tñ ſũt notiſſima naturæ:ad q itellectus nr ſe hẽt:ſicut oculus noctuæ ad lumẽ ſolis:ut dr in.ii. Metaphiſice. Et iõ dr in.xi aĩaliũ ꝙ de eis ualde pauca ſcire poſſumus p rationẽ:qũis illud:qd de eis ſcirũ eſt:ſit ualde delectabile & amatũ. Et ideo philoſophi nihil de illis demonſtratiue:& pauca probabiliter dixerũt. Et hoc oſtẽdit eoꝝ diuerſitas in ponẽdo numeꝝ ipſoꝝ angeloꝝ. Plato eni poſuit ſubſtãtias ſepatas eſſe ſpẽs hoꝝ ſenſibiliũ: utpote ſi poneremus ipſã naturã humanã eſſe ſepatã. Et ſm hoc oportet dicere: Qd ſubſtãtiæ ſepatæ ſint ſm numeꝝ ſpecieꝝ ſenſibilium. Sed hãc poſitionẽ iprobat ariſtoteles:ex eo ꝙ materia ẽ de rõne ſpecierũ ſẽſibiliũ. Vñ ſubſtãtiæ ſepatæ nõ poſſunt eſſe ſpẽs exẽplares hoꝝ ſenſibiliũ:ſed hñt quaſdã naturas altiores naturis reꝝ ſenſibiliũ. Poſuit tñ

Aristoteles: q̄ istæ naturæ pfectiores hn̄t ordinē ad sēsibilia ista ꝑm rō nem mouētis & finis. Et ideo ipse i. xi. metaphisice. ꝑm numeꝝ primo rū motuū conatus est adiuenire numeꝝ substātiarū sepataꝝ: dicens tot eē substātias sepatas: quot sūt motus cælestiū corpoꝝ. Ratio autē sua de necessitate cōcluderet: si substātiæ sepatæ essent pp substantias corporales. Sic eni ociosæ & frustra essent imateriales substantiæ: nisi eis aliqs motus i rebus inferioribus appareret. Nō est āt hoc ueꝝ: Q d substātiæ imateriales sint pp corporales. Nihil eni fit pp uilius se: qa fi nis est nobilior iis: q̄ sunt ad finē: ut ipse met philosopphus ī phisicis lu is testaf. Et pp hoc in. xi. metaphisicæ dicit q̄ hæc rō nō ē necessaria: ꝫ ꝓbabilis. Coactus aūt fuit hac rōne uti. qa ad cognoscēdū intelligibi lia nō possumus puenire nisi p sensibilia. Auicenna uero in sua meta phisica posuit numeꝝ substātiaꝝ sepataꝝ ꝑm numeꝝ spheraꝝ. Qui dā autē negauerūt oino aliqd esse incorporeū: sicut empedocles & de mocritus & saducei iudeoꝝ. Quidā ēt heretici posuerūt unū tm̄ esse angelū: q diuersa sortif uocabula ꝑm diuersos act⁹. Raby moyses hæ breus cōcordat cū Aristotele in numero substātiaꝝ sepataꝝ. Sed ad dit q̄ angeli i sacris litteris dicūtur ēt hoīes diuina nūtiātes: & iteꝝ uir tutes reꝝ naturaliū: q̄ dei oipotētia manifestant noīans ēt p uim cō cupiscibilē angelū cōcupiscētiæ. Sed hoc est alienū a cōsuetudine sa crarū litteraꝝ. Q d' uirtutes reꝝ irrōnaliū angeli nominenf. Dicēdū est ergo: Q d' angeli ꝑm q̄ sūt imateriales substātiæ: in quadā multitu dine maxima sūt: oēm materialē multitudinē excedentes. Et hoc ex presse dicit gregorius in glosa danielis. vii. Et hoc idē asserit Dionysi⁹ nono capitulo cælestis ierarchiæ dicēs. Multi sūt bti exercitus supna rū mētiū infirmā & constrictā excedētes nroꝝ materialiū numeroꝝ cōmēsurationē. Et huius rō est: qa cū pfectio uniuersi sit illud. qd pre cipue deus intēdit in creatione reꝝ: quanto aliqua sūt magis perfecta: tāto in maiori excessu sī creata a deo sicut āt in corporibus attendif ex cessus ꝑm magnitudinē: ita in reb⁹ incorporeis pōt attēdi excess⁹ ꝑm multitudinē. Videmus aūt q̄ corpora incoruptibilia: q̄ sūt pfectiora i ter corpora: excedūt q̄si iproportionabiliter ꝑm magnitudinē corpo ra corruptibilia. Nā tota sphera actiuoꝝ & passiuoꝝ est qd minimū & modicū respectu corpoꝝ cælestiū. Vñ rōnabile est: Quod substātiæ imateriales excedūt ꝑm multitudinē substātias materiales quasi ipro portionabiliter: Hæc aūt multitudo: q̄ in angelis ponif: nō causaf ab unitate: q̄ est principiū numeri: ꝑm q̄ numerus est discreta quantitas causatus ex diuisione materiæ uel cōtinui: sed conseqtur ad unitatem transcendentem: ꝑm q̄ unum conuertitur cū ente: & non determinaf

ad alquod genus. Et ideo multitudo sequẽs ad tale unũ ad aliqđ gen⁹. nõ determinaẽ. Et talis est multitudo: q̃ poniẽ in angelis: q̃ nõ sequiẽ diuisionẽ materiæ uel quãtitatis: sed distinctionẽ naturarũ. Vñ multitudo angeloꝝ ẽ multitudo trãscendẽs. Et iõ numerus ternarius Michaelis Gabrielis & Raphaelis in nullo pdicamẽto poniẽ: sed est nũerus trascendẽs: qa nõ est causatus ex diuisione: hoc est ex distinctione cõtinui: sed ex distictione formarũ & naturarũ. ¶ Sed uideẽ ꝙ numerus angeloꝝ sit nobis finitus & determinatus: nec sit tãtus: quãtus ꝑhibeẽ: qa diciẽ Danielis. vii. Millia milliũ ministrabãt ei: & decies milliies cẽtena millia assistebãt ei. Respondeẽ ad hoc: qđ hæc Danielis uerba aliter a gregorio: & aliter a dionisio exponũtur: & quãtum ad aliqd eodẽ mõ. In hoc enĩ cõueniũt ꝙ angeloꝝ numerus nõ est determinatus nobis: sed ĩfinitus: Sed ĩ hoc differũt: quia Dionysius uult ꝙ cũ dr̃. Millia milliũ. Vnũ mille multiplicat aliud. Ac si diceret Millesies mille. Et sic equalis numerus ĩportaẽ: cũ dicitur Millia milliũ primo: & decies cẽtena millia secũdo: qđ habet una littera siue trãslatio. Tãtũ eni est decies cẽtum millia quãtum millies millia. Et secũdum hoc datur ĩtelligi: quasi equalis numerus ministrãtium & assistẽtium. Vel secundum aliã litterã: q̃ habet: Millia milliũ ministrabant ei: & decies millies cẽtena millia assistebãt ei: datur ĩtelligi: qđ numerus assistentiũ excedit numerũ ministrãtium ꝑpter suã nobilitatem: quod cõsonat ei: quod supra dictũ est secũdum ĩtẽtionem Dionysii: quod scilicet Nobiliores creaturæ plures sũt: Vnde dicit: quod ĩ hoc numero maximus numerus apud nos nomẽ ꝓpriũ hñs. s. mille multiplicaẽ p oẽs maxiosnumeros supi⁹ noĩatos. s. p seipsũ: cũ dr̃: millia milliũ p đnariũ. cũ dr̃ decies millies: & per cẽtenariũ: cũ diciẽ cẽtena millia. In quo ostẽditur maxima numerositas excedẽs nostrũ ĩtellectum. Sed gregorius uult: quod sit cõstructio ꝑtitiua: cũ diciẽ: Millia milliũ: quasi diceret: millia de numero milliũ. Vñ uult: ꝙ datur ĩtelligi maior numerus ministrãtium: q̃ assistẽtium. per hoc ꝙ ad ministrãtes poniẽ numerus nõ determinatus: ad assistẽtes uero determinatus. Et sic patet: quod numerus angelorũ excedit numerum: nõ solum omnium hominum: sed etiam omnium rerum materialium & sensibilium. Et cõsequenter plus sũt angeli: q̃ animæ creatæ atq; creãdæ: si cuilibet animæ deputatur angelus ad custodiam: nec omnes ad custodiam deputãtur: sed de ĩfimo ordine tãtum. Plures aliæ ĩter angelum & animam rationalem differentiæ possent assignari: sed eas causa breuitatis omitto lias uero uiginti sat mihi sit cõnumerasse: quas breuiter epilogãdo paucissimis perstringam. ¶ Prima est quia anima unibilis est corpori: ut forma. Angelus uero nõ. ¶ Secunda: quia angelus: & si nullum corpus moueat ad for

mam potest tamen mouere localiter:anima uero separata nec ad formam nec ad locum corp⁹ aliquod mouere potest. ℂ Tertia quia anima indiuiduatur per corpus in quo est:angelus uero non. ℂ Quarta:quia omnes angeli non solum numero:sed specie differunt adinuicem: Animæ uero numero solum. ℂ Quinta:quia Angelus est simplicior anima:& consequenter nobilior atq; perfectior. ℂ Sexta:quia cognitio angelica non habet ortum a sensu:nec indiget phātasmate. Cognitio uero animæ ortum habet a sensu:nec sine phantasmate qc q̄ potest intelligere anima corpori unita. ℂ Septima:quia angelus intelligit per species inditas siue innatas:siue sub aliis uerbis per species concreatas aut a deo infusas uel influxas. Anima uero per species acquisitas & a rebus sensibilibus acceptas receptasq; in intellectu mediante sensu. ℂ Octaua:quia anima diuersis uiribus cognitiuis uniuersalia & singularia cognoscit:quia intellectu uniuersalia & immaterialia:sensu uero sensibilia & singularia percipit:& cognoscit. Angelus autem per unam intellectiuam uirtutem & uniuersalia & singularia ītelligit. Similiter anima cognitione intellectiua singularia non potest cognoscere:nisi indirecte & reflexe siue per accidens. angel⁹ uero nō sed directā & irreflexā de singularibus habet cognitionē: ℂ Nona qa intellectus agens & possibilis proprie sunt in anima : in angelis uero non nisi equiuoce. ℂ Decima:quia anima cum discursu:angelus autem sine discursu intelligit. Et ob hoc angeli non rationales sed intellectiui:homines uero non intellectiui:sed rationales proprie nūcupantur. ℂ Vndecima quoniam in anima ponūtur. Sinderesis cōscientia Ratio supior & iferior faciētes quēdam syllogismum. In angelis uero non:licet sinderesim habeant. ℂ Duodecima:qa tam angeli q̄ animę mouentur circulariter directe & oblique circa Bonum & pulchrum: differēter tamen & diuersimode. ℂ Tertiadecima:quoniā angelus q̄busdam nutibus & signis loquit̄:sine uocis expressione: Anima uero per uoces expressas suos cōceptus exprimit. ℂ Quartadecima: quia tā angelus:q̄ aīa sūt ad imaginem & similitudinem dei:sed aliter & aliter. ℂ Quintadecima:qm̄ angelus potest dici persona:sed aīa non. ℂ Decimasexta:qa aīa ante electionē & post mutabilis est:sed angelus ante electionem mutabilis est:post autem electionem imutabilis. ℂ Decimaseptima:qm̄ Angelus peccauit appetendo dei potentiam: anima uero appetendo scientiam. ℂ Decimaoctaua quoniā angel⁹ post peccatū imobiliter adhæsit malo & ī culpa obstiat⁹ fuit:aīa uero nō nisi cū hō puenerit ad terminū uiæ:qa tūc hoc ē hoībus mors:qđ angelis casus. ℂ Decianona:qm̄ humana natura assumptibilis fuit a

uerbo angelica uero nõ. ℭ Vigesima & ultima: qm̃ nũerus angelorum excedit numerum aiarum siue hoium. Et sic terminatur primũ caput huius opusculi nostri. ℭ Nũc aũt ad secũdũ mẽtis nostræ aciẽ defigamus.

ℭ Iacobus Brutus Nouocomensis ex castello ab Aqua clutii Vallis telline artiũ & diuinæ phiæ ꝑfessor de imortalitate aie rõnalis.

DE IMMORTALITATE ANIME.



ECVNDVM Caput principale huius opusculi nostri circa aiæ rõnalis imortalitatẽ q̃si totum uersabitur. Sed anteq̃ imortalitatẽ ipsius demõstremus: ut ueritas magis elucescat: ipam primo nõ nullis paralogysmis ĩpugnabim⁹. Videtur ergo: ꝙ aia rõnalis nõ sit immortalis: sed ad corruptionẽ corpis corrũpatur. Et primo sic arguitur. Oẽ quod ẽ ex nihilo uertibile ẽ ĩ nihilũ Aia rõnalis ẽ ex nihilo: ergo uertibilis ẽ in nihilũ. Minor patet: qa id qđ creatur: ẽ ex nihilo: idest nulla supposita materia: qa creare nihil aliđ est: q̃ de nihilo aliqd facẽ. Sed aia creatur: ut fide tenem⁹: ergo ex nihilo est. Maior ẽt patet: qm̃ finis debet correspondere principio. Probatur ẽt auctoritate Damasceni dicẽtis. Omne: ꝙ a uersiõe incipit: in uersionẽ tẽdit. Creatio ãt ẽ uersio q̃dã: ut idẽ Dama. inqt. Cũ ergo a uersione incepit aia: qa ex nihilo facta ẽ: uidetur ꝙ debeat tẽdere in uersionẽ: hoc est in nihilũ. Et hoc est ẽt qđ dicitur sapiẽtiæ. ii. c. Ex nihilo nati sum⁹: & post hæc erimus: q̃si nõ fuerimus. Q uã opinionẽ ẽt tenuit Ply. nouo comẽsis in. vii. naturalis histo. c. lv. dicẽs. De aiabus facilius certiusꝙ ẽ sibi queq̃ credere ac specimẽ securitatis ã e genitali sumere expimto: Q uasi dicat. Tales erimus post mortẽ: q̃les fuimus ãnq̃ gigneremur Nihil fuimus ãnhac: ergo ẽt posthac nihil erim⁹. Vñ in pricipio illi⁹ capituli dicit. Oibus a suprema die eadẽ: q̃ ãn primũ. A ia ergo rõnalis ĩ nihilũ tẽdet: qđ ẽt pl⁹ ẽ: q̃ corrũpi. Diceres fortasse: ꝙ aia q̃tũ ẽ de se in nihilũ tẽdit: sed tenetur & substẽtatur manu cõditoris. ℭ Cõtra. De⁹ sic res: q̃s cõdidit: admĩstrat: ut eas ꝓprios motus agere sinat: ut dicit Augu. lib. vii. de ci. dei. Si uero de se ad corruptionẽ tẽdit: diuinæ manus potẽtia nõ obsistit. ℭ Secũdo sic arguitur. Q uicqd hẽt uirtutẽ: ut sit semp nõ iueitur qñꝙ eẽ: & qñꝙ nõ eẽ. Oĩs. n. res ẽ: q̃diu uirt⁹ rei expo scit. Ergo: ꝙ inuenitur qñꝙ eẽ: & qñꝙ nõ eẽ: non habet uirtutem: ut sit semper. Sed omne quod incepit esse: inuenitur qñꝙ esse: & qñꝙ non eẽ Ergo nihil quod incepit esse: habet uirtutem: ut sit semper: & ita nihil:

quod icepit eē:pōt eē icorruptibile. Sed aīa rōnalis icepit eē:ergo nō pōt eē icorruptibilis. ¶ Tertio. Nulla substātia pōt esse sine propria operatiōe:ut Damascenus dicit. Propria aūt opatio aīæ rōnalis est itelligere ut patet p philosophum i.iii.de aīa:& i.x.ethi. Quæ quidē opatio idiget corpore:qa sine phātasmate nō itelligit aīa:ut patet p phm i .iii.de aia.ergo destructo corpe substātia aīæ rōnalis nō manet. Vel sic. Cuiuscūq substātiæ opatio ppria desinit esse:& corrūpit:ipsa quoq substātia corrūpitur & desinit esse. Sed aīæ rationalis opatio ppria corrūpitur:ergo ipsa quoq aia corrūpitur. Maior pbatur auctoritate Damasceni supius iducta. Cōstat etiā ex itentiōe philosophi:qui dicit i.ii.celi & mūdi: Qđ qualibet res est pp suā opationē. Ergo nulla res pōt destitui aut priuari sua ppria opatione. Et sic corruptio opationis pprie arguit corruptionē formæ. Minor ēt patet ad sensum sicut uidemus i fatuis & freneticis. Vnde philosophus i.iii.de aīa dicit q itelligere corrūpit:quodā iterius corrupto: Videtur ergo: Qđ etiā ipsa aīa ledat aut corrūpatur ad læsionē aut ad corruptionē corporis:quo læso leditur & ipeditur ipsum itelligere:& quo corrupto ipsum ēt itelligere corrūpitur. ¶ Ab aliis aūt eodem medio sic arguit. Impossibile est aliquā substātiā esse :cuius nō sit aliqua opatio:ueluti supius patuit sed ōis opatio aīæ rōnalis finit cū corpore ergo & ipsa aia cū corpore finitur. Minor iductiue pbatur. Nā opationes aīæ nutritiue operātur p qualitates corporeas:& per instrumētū corporeū:& in ipsū corpus: qđ per aīam pficitur:quodq nutritur & augef:& ex quo deciditur semen ad generationē. Oēs ēt operationes potētiarū:q̄ pertinēt ad animam sensitiuam cōplentur p organa corporalia:& quædam earū cōplentur cū aliqua trāsmutatione corporali:sicut q̄ dicūt aīæ passiōes: ut amor gaudiū:& huiusmōi. Intelligere aūt:& si nō sit opatio p aliqđ organū corporeū exercitatū:tñ obiecta ei⁹ sūt fantasmata:q̄ ita se hñt ad ipsam:ut colores ad uisum. Vnde sicut uisus nō pōt uidere sine coloribus:ita aīa itellectiua nō pōt itelligere sine phātasmatibus. Indiget ēt aīa itellectiua ad itelligendū uirtutibus pparātib⁹ fātasmata:ad hoc q fiāt itelligibilia actu.s.uirtute cogitatiua & memoratiua:de quib⁹ cōstat: qcū sint actus quorundā organorū corporis:p q̄ opatur:q non possunt remanere post corpus. Vnde aristoteles dicit: Qđ nequaq̄ sine phātasmate itelligit aia. Intelligentē eni necesse ē fantasmata speculari. Et iterū dicit. Qđ nihil itelligit aia sine itellectu passiuo:quē uocat uirtutē cogitatiuā:q̄ ē corruptibilis. Propter qđ dictū est superius ex intētione philosophi: Quod intelligere hominis corrūpitur :quodā iterius corrupto:scilicet fantasmate:uel passiuo itellectu. In primo ēt

de anima dicit idem Aristoteles ꝙ intelligere amare & odire non asit illius passiones:idest animæ:sed huius habentis illud:secundũ ꝙ illud habet. Quare & hoc corrupto neq; memoratur:neq; amat. Nõ enim illius erãt:sed communis.idest compositi. Et iterum ibidem dicit: Dicere animam sentire aut intelligere:simile est:ac si quis diceret eã texere uel hædificare. In.iii.etiam de anima dicit. Quod nõ reminiscimur eorum post mortem:quæ scimus in uita: Sic igitur patet: Quod nulla operatio animæ potest remanere post mortem. Neq; igitur substantia animæ remanebit:cum nulla substantia possit esse sine aliqua operatione. Corrumpitur igitur anima rationalis ad corruptionem corporis. ℭQuarto sic instatur. Anima patitur in corpore sicut planũ est. Sed omnis passio magis & magis facta abiicit aliquid a substantia ut dicitur in.vi.topicorum ergo a substantia anime aliquid abicietur Tunc sic. A quacũq; substantia fit aliqua abiectio:fit etiam aliqua corruptio:per quam aliqua inde corrumpuntur:ergo omnis talis substãtia:a qua fit abiectio:corruptibilis est. Corrũpetur ergo aliquando anima rationalis. Quinto sic. ℭAnima alterata in corpe cõpatitur:sicut patet in erubescentibus & timidis. Idem condolet corpori patienti ergo magis patienti magis condolet:& maxime patienti maxime compatitur. Ergo uidetur: Quod etiam morienti commoriatur. Sextum Quorsicunq; est unum esse non potest corrumpi unum:quin etiã alterum corrũpatur:cum corruptio sit mutatio de esse in non esse. Corporis & animæ:sicut materiæ & formæ unum est esse: cũ esse debeatur composito:quod ex utroq; resultat:ergo non potest esse corruptio materiæ sine corruptione formæ. Sed anima est forma corporis ut dicitur in.ii.de anima:& supra etiam fuit demonstratum: animam esse humani corporis formam:ergo corrupto corpore etiam anima corrumpitur. Si dicatur: Quod anima est forma:& est substantia: & post mortem non manet:inquantum est forma:sed inquantum est substãtia. ℭContra. Aut anima est forma per essentiã suã:aut per aliquod accidẽs suũ. Si primo modo:ergo cũ unius rei non sint plures eẽntiæ: si anima post mortem non manet:inquantum est forma:essentia sua penitus anihilabitur:quia quãdo desinit esse forma desinet etiam esse essentia. Mortuo igiť hoĩe cũ desinat esse forma:desinit etiã eẽ essentia Si secũdo mõ:cũ ex aĩa & corpore nõ cõstituať unũ:qđ est hõ:nisi inq̃tũ aĩa ẽ forma corpis sequitur ꝙ cõpositio aĩæ & corpis sit accidẽtalis:sicut hoĩs ad Indumẽtũ. Et sic hõ erit ens p accidẽs:& nõ significabit aliqđ ĩ p̄dicamẽto substãtiæ: Qđ est ualde absurdũ & icõueniẽs ergo

uidet ꝙ post mortē nullo mō anima remaneat. Septimo: Omne cōpositū resoluitur ī ea: ex quibus componitur. Sed anima est cōposita: ergo est resolubilis: & p consequēs est corruptibilis. Maior de se nota ē & minor etiā ꝓbata est supius: ubi de cōpositiōe angeloꝝ: & aīæ rōnalis agebat: qa ſm Boetiū: oē qd est citra primū cōponit ex quo est: & ex qd est. ¶ Octauo. Differētiæ supiores pticipantur uniformiter ab iis: q̄ conueniūt ī aliquo īferiori: sicut oē aīal equaliter se habet: ut dicatur corporeū: Sed corruptibile & īcorruptibile sūt differētiæ entis. ergo eodē mō conueniūt oībus: q̄ sūt ī aliquo determinato genere. Sed in oībus aīalibus accidit corruptio: p hoc ꝙ forma ipsoꝝ in nō ens secedit: ergo uidet ꝙ similiter ēt ī oībus. ¶ Alii aliter hoc formāt argumētū. Quælibet differētia pticipat ab iis: quoꝝ est differētia ſm eandē rōnem. Cū ergo corruptibile sit differētia oīum corpoꝝ inferiorū pticipat ab eis ſm eandē rōnem. Sed alia corpora corrūpunt per corruptionem aīæ: ergo corpus humanū corrūpit p hoc: ꝙ eius forma: hoc est aīa rōnalis: corrūpit. ¶ Nono sic instat. Quæcunq; cōicāt in cā: cōmunicant in effectu. Sed aīa rōnalis & sensibilis cōicant in cā: ergo cōmunicant in effectu. Minor patet: qa cōicant in passionibus corporalibus: q̄ sūt cā corruptionis ergo communicant in corruptione: quæ est effectus illarum: ergo utraq; anima corrumpitur. ¶ Decimo sic. ¶ Hominis compositi ex corpore & anima est quoddam esse: aut ergo prætr hoc esse anima habet aliud esse: aut non. Si habet aliud esse ergo compositio aduenit animæ post esse completum: & sic huiusmodi compositio est animæ accidentalis: & consequēter homo nō erit ens per se: sed ens per accidens: Quod est inconueniēs. Si autem non habet aliud esse anima præter esse compositi: ergo postq̄ deficit eē compositi: anima esse non potest. Sed in morte corporali deficit esse compositi: ergo anima post mortem corporis non remanet. ¶ Vndecimo: Omne illud quod aduenit alicui: & discedit ab eo præter sui corruptionem: aduenit ei accidētaliter. Hæc enim est diffinitio accidentis. Si ergo anima rationalis non corrumpitur abscedente corpore sequitur ꝙ accidentaliter ei unitur: ergo homo qui est cōpositus ex anima & corpore est ens per accidens. Et sequitur ulterius: Quod nō erit aliqua species humana: quoniam ex iis quæ coniungitur per accidēs non fit aliqua species. Homo enim albus non est aliqua species: nec potest diffiniri. ¶ Duodecimo. Animæ multiplicantur secundum multiplicationem eorū corporum: Destructis ergo corporibus: non possunt animæ in sua multitudine remanere. Vnde opportet

alterũ ex duobus ſequi: Vel ꝙ totaliter aĩa eſſe deſinat: aut ꝙ remaneat una tm̃: quod uidetur eſſe ſecũdum opinionem eorũ: qui ponũt incorruptibile ſolũ id: quod eſt unũ in oĩbus hoĩbus: ſiue hoc ſit intellectus agẽs tãtum: ut uoluit alexãder: ſiue cũ agẽte etiam poſſibili ut finxit Aneroys. ℭ Tertiodecimo. ℭ Ratio formalis eſt cã diuerſitatis ſecũdum ſpeciem. Sed ſi remanẽt multæ aĩe poſt corporum corruptionem: oportet eas eſſe diuerſas. Sicut enĩ idem eſt: quod eſt unum ſecũdum ſubſtãtiam: ita diuerſa ſunt: quæ ſũt multa ſecũdũ ſubſtãtiã. Nõ poteſt autem eſſe ĩ animabus remanẽtibus poſt corpus diuerſitas niſi formalis. Nõ enim ſũt compoſitæ ex materia & forma: ut ſuperius patuit. Reliqtur ergo: quod ſint diuerſæ ſecundum ſpeciem. Nõ autem per corruptionem corporis mutãtur aĩæ ad aliam ſpeciẽ: quia omne: quod mutatur de ſpecie ĩ ſpeciem: corrũpitur. Reliquitur ergo: quod añq̃ eſſent a corporibus ſeparatæ: erãt ſecũdum ſpeciẽ diuerſæ. Compoſita autem ſortiũtur ſpeciem ſecũdum formã: Ergo & ĩdiuidua hominũ erãt ſecũdum ſpeciẽ diuerſa: quod eſt falſum & ĩconueniẽs: Ergo impoſſibile eſt ꝙ aĩæ humãæ multæ remaneãt poſt corpora. Corrũpuntur igitur aĩæ corruptis corporibus. ℭ Quartodecimo ſic. Si mũdus fuit ab æterno: motus fuit ab æterno. Sed ſi motus fuit ab æterno: ergo & generatio æterna eſt. Si generatio æterna eſt: ergo: Infiniti hoĩes fuerũt añ nos. Si ergo aĩæ mortuorum remanẽt poſt mortẽ ĩ ſua multitudine: oportet dicere aĩas eſſe ĩfinitas nũc ĩ ãctu hoĩum prius mortuorũ. Hoc aũt eſt ĩpoſſibile. Nam ĩfinitum actu nõ ĩuenitur ĩ natura. Ergo ſi mũdus eſt æternus: nõ poſſunt aĩæ multæ remanere poſt mortem. ℭ Hæc etiã uidetur fuiſſe ĩtẽtio philoſophi de aĩa rõnali ꝙ fuerit corruptibilis. Dicit enim ĩ. viii. phiſicorum ꝙ nulla uirtus infinita poteſtt eſſe in creatura finita. Sed ania eſt creatura finita. ergo uirtus durandi in infinitum nõ poteſt eẽ ĩ ainma. In tertio etiam phiſicorum capitulo de ĩfinito ſic ẽt dicit. Cuius eſt pricipiũ: eius finis eſt. Sed aĩa habuit pricipiũ: ergo habebit finem: Videtur ergo ꝙ fuerit q̃ſi quoddam pricipium apud Ariſtotelẽ: ut Quicqd ĩcipit eſſe: deſinit eſſe. Et omne: quod habet pricipium: habet finem. Vnde ĩ primo cæli cõtra platonem uidetur habere pro ĩcompoſſibili: Q đ aliqd ĩceperat & ſit perpetuum & ĩcorruptibile. ℭ Item ĩ eodem libro ꝓbat philoſophus ĩpoſſibile eſſe ꝙ aliquid habeat uirtutem ad eſſendũ ſemp: quod nõ ſemper fuit: quia uirtus ſemper eſſendi determiatur ad tempus ĩfinitum: & non eſt ad aliquod tempus determinatum. Et quod ĩ tempore ĩfinito poteſt eſſe: nõ habet uirtutem determinatam ad hoc ut quãdoq; ſit: & quandoq; nõ ſit: Quod ĩuenitur ĩ omni eo quod eſſe cæpit

Sed anima rationalis non semper fuit:quinimo cum corpore incepit ergo non semper erit:sed cum corpore finietur. ¶ Item in.vii. metaphisicæ uult ipse Aristo.ꝙ omnes partes:que possunt manere separate a toto:sunt elementa:idest partes elementares:sicut ipse accipit elementa.& præter tales necesse est ponere in toto aliquam formá quæ totum est illud:quod est:quæ non possit manere separata a parte materiali:toto non manente.ergo si concessit animam intellectiuam esse formam hominis:sicut patuit superius:non ponit eam manere separatam a materia:toto non manente. Dicit etiam in.iii.de anima.ꝙ intellectus corrumpitur quodam interius corrupto. Sed si corrumpitur ĩtellectus corrumpitur anima:ergo anima rationalis non est incorruptibilis ſm intentionem Aristotelis. ¶ Præterea ipse etiam philosophus in rhetoricis loquens de anima rationali & corpore dicit.ꝙ corpus opus habet usq ad annos.xxxv. Anima uero intellectiua usq ad annos.l. Videtur ergo ꝙ senescat anima:sicut & corpus. Sed idem est ire ad senium:& ad mortem.ergo anima rationalis non est imortalis ſm positionẽ Aristotelis. In libro etiam de animalibus hoc idem tenuisse uidetur:cum dicit:ꝙ corpus spermatis:cum quo exit spiritus:qui ẽ ultus principii animæ:est separatum a corpore & est res diuia.& talis dicitur intellectus. Videtur ergo:ꝙ anima intellectiua educatur de potentia materiæ:siue ꝙ traducatur ex semine:& sit generabilis:& consequenter:ꝙ sit corruptibilis. Quia omne generatũ aliquãdo corrumpetur:ſm philosophum. Ista enim esse uidetur quedam maxima. Oẽ generabile est corruptibile. Videtur ergo ꝙ Aristoteles tenuerit expræsse animam rationalem cum corpore corrumpi. ¶ Hoc etiam uidetur haberi posse ex dictis sacrarum litterarum. Dicit enim Apostolus Paulus primæ ad thy. Vltimo ꝙ solus deus habet immortalitatẽ. ergo nihil habet immortalitatem:nisi deus. Non est igitur anima rationalis immortalis. Si dicatur hoc esse dictum:quia soli deo conuenit ꝑ naturam:animæ autem rationali non per naturam:sed per gratiam. Contra.gratia non repugnat naturæ:nec naturã uariat:sed potius ꝑficit & cõseruat. Si ergo mortalitas inest omni creaturæ per naturam immortalitas que est conditio opposita nulli creaturæ inest per gratiã ergo nec animæ rationali. Non est ergo anima rationalis immortalis. ¶ Dicitur etiam Ezechie.xviii. Anima:que peccauerit:ipsa morietur ergo anima potest mori quia potest peccare. Item ecclesiastes.iii. ca. habetur unus est interitus hominis simul & iumentorum & æqua utriusq conditio. Sicut moritur homo:sic & illa moriuntur:& nihil habet homo iumento amplius. Sed sic est.ꝙ animæ iumentorum & omniũ

bæluarum corrumpuntur ad corruptionem corporis. Ergo etiam anima hominis corrupto corpore corrumpitur. ¶ Ad istam perdifficilē questionem enodandam: sciendum est ꝙ tripliciter aliquid dicitur esse non ens: ut dicit Commentator in. xii. methaphisicæ. Primo modo dicitur non ens simpliciter: sicut nihil. Illud autem uere & proprie dicit nihil: quod cōtradictionem implicat: quia omne illud: quod non implicat contradictionem aliquo modo est ens: saltem ſm aliquā potentiā. Secundo modo dicitur non ens in aliquo sicut priuatio: quia ſm philosophum in. iiii. metaphisicæ. Priuatio est negatio in subiecto: ergo est non ens in aliquo. Tertio modo dicitur non ens: quod non est ens in actu sed in potentia tm̄. Egidius autem ille romanus melius distinguit ſm propositum nostrum in. ii. S. dist. xix. arti. i. dicēs Tripliciter aliquid dicitur esse non ens: uidelicet. Nō ens simpliciter: nō ens substātialiter & non ens accidentaliter. Quid sit non ens simpliciter: dictum est. Non ens substantialiter est illud: quod ſm suā substantialē formā est corruptum. Non ens accidentaliter dicitur omne illud: quod ē mutabile: quia omne: quod mutatur: aliquid dimittit: & aliquid assumit: Nam mutare ſm Gregorium est de alio in aliud ire. Secundum hoc ergo erit triplex mors: ut dicatur quid mortale omne anihilabile. Et hoc respicit primum modum. Dicitur. ii. quid mortale omne naturale habens priuationem annexam: ratione cuius materia machinat semper ad maleficiū: & ad corruptionem: Et hoc respicit ſm modum Tertio modo dicit quid mortale omne mutabile. Prima & tertia mortalitas sunt generales omni creaturæ: quia omnes sunt de nihilo & oēs sunt mutabiles. Ergo ſm primum modū mortalitatis loqutus est Damascenus: cū dixit. oē quod naturaliter incipit: naturaliter desinit: idest finitur & corrumpitur. Et hoc modo oīs creatura dicit esse mortalis. Sed ſm tertiū modū mortalitatis loquitur Augustinus in libro de trinitate: cum ait ꝙ oīs mutabilitas nōnulla mors est. Iste ergo duæ mortalitates sunt generales conuenientes omni creaturæ. Sed secundus modus mortalitatis non est generalis: quia non omnes creaturæ sunt materiales: nec omnia materialia habent priuationem annexā: ut possint de una forma substantiali mutari in aliam. ¶ Distinguemus ergo duos modos mortalitatis: unum generalem conuenientem omnibus creaturis: & alium specialem. Quantū ad primum loqutus ē apostolus de deo primæ ad Thy. ulti. Qui solus habet immortalitatem. ergo oīs creatura mortalis est. Et solus deus dicitur imortalis. ¶ Tria enim habet i se deus. pp quæ ipse solus dicitur eē immortalis. Et tria habet in se oīs creatura: pp quæ dicit eē mortalis. ¶ Nam deus habet

omnino pfectũ eẽ:iuxta illud philosophi. Quia deus pfectissimus est: in quo cõgregant̃ pfectiones oium generũ. Et ista ẽ pfectio primi pri cipii. Quia ergo nulla ipfectio est i deo:nulla mors i ipso accidere po test quia ex ipfectione cõtingit ꝙ aliqd uadat ad non eẽ. ¶ Secũdo de us nõ pticipat eẽ.sed ẽ ipm eẽ. Et ideo Exo.iii.uolens secernere se de⁹ ab omnibus rebus creatis:cum q̃reret ab eo moyses quod esset nomẽ eius ait. Ego sum qui sum. Et iterũ. Qui ẽ misit me ad te. Et in euãge- lio iohannis legimus. Anteq̃ habraam fieret:ego sum . Propter quod deus qui est ipsum esse: ꝓprie est. Nos uero:q non sumus ipsum esse: sed pticipam⁹ ipm esse:magis non sumus:q̃ sumus. Et quia oĩs morta litas ẽ ex non esse.deus qui est ipsum esse:nullam in se mortalitatẽ po- test habere. ¶ Tertio deus ẽ actus purus:non habens aliquid admix- tum de potentia:ut dicit Commentator in.x.metaphi. Et quia motus est actus entis i potẽtia:nulla mutabilitas in deo potest esse. Et q̃a ubi nulla mutabilitas:nulla mortalitas esse potest:bene dictũ ẽꝙ solus de⁹ habet immortalitatem. ¶ Et sicut sunt tria in deo:per quæ solus ipse ẽ immortalis.sic sunt tria generaliter in omnib⁹ creaturis per respectũ ad deum:per quæ omnis creatura generaliter dicit̃ eẽ mortalis. Nam cum deus sit perfectus omnino & quelibet creatura aliquid habet de i pfectione:cum tamen oĩa imperfectam sumant originem a perfecto: opportet oẽs creaturas a deo habere esse:& ex nihilo eẽ ꝓductas in eẽ Creaturæ ergo de se sunt nihil:& eis competit de se non esse. Et q̃a de ẽt mortale ꝫm se q̃a ꝫm se habet nõ eẽ oẽs creaturæ sũt mortales: q̃a a nõ eẽ icipiẽtes:eis de se cõpetit non eẽ. Et hoc mõ loqutus est Dama scenus in argumentis pallegatis. Oẽ quod a uersione icipit:i uersionẽ tendit. Quia cũ oẽs creaturæ:ut dixi:sint ex nihilo:tenderẽt in nihilũ: nisi manus cõditoris eas substentaret:ut dicit gregori⁹:& Augustin⁹ ẽt dicit ꝙ si ꝓuidẽtia dei ad momẽtũ a gubernatione reꝝ cessarẽt oĩa ptin⁹ ruerẽt i nihilũ. ¶ Secũdo de⁹ ẽ ipm eẽ & ex hoc seq̃t:nõ solũ ꝙ oẽs creaturæ a deo sint ꝓducte i eẽ:sed ꝙ ab eo cõseruẽt̃ i eẽ:oportet .n.ꝙ eẽ alicui uni cõueniat prio & p se:& p illũ cõicet̃ oĩb⁹ aliis:& con seruet̃ i oĩb⁹ aliis.hmõi ãt ẽ de⁹. Iõ ab ipo cõicat̃ eẽ oĩb⁹ creaturis:q̃ñq dẽ ex nihilo eas ꝓducit i eẽ:& p ipm cõseruãt̃ i eẽ clamãt ãt oẽs cãones & scti:ꝙ nr̃m eẽ ad diuinũ eẽ cõpatũ:magis ẽ nõ eẽ:q̃ eẽ:qm̃ oẽs gẽtes in conspectu eius quasi non sint:& q̃si in nihilũ & inane reputatæ sũt omnes ergo creaturæ dicuntur eẽ mortales:nõ solum quia ex nihilo & ex nõ eẽ cæpunt:sed etiã q̃a in nihilum & in non esse tenderẽt nisi a deo cõs̃uarẽt̃ i eẽ.nã hoc ẽ:de se eẽ mortale:de se tẽdere i ñ eẽ tertio di

cebatur ꝙ deus est actus purus nihil habens admixtum de potentia. Ideo ipse solus est immutabilis. Omnis uero creatura: quia habet aliquam potentiam admixtam: de necessitate est alicui mutabilitati subiecta. Et quia omnis mutabilitas nonnulla mors est: ut dicebatur per Augustinum. Ideo omnes creaturæ dicuntur esse mortales. Hæc omnia Egidius romanus in. ii. S. dist. xviiii. arti. i. ad litteram. ℂ Cum ergo tripliciter sit ostensum deum omnino esse immortalem: & tripliciter declaratum omnem creaturam esse mortalē: Cum queritur: utrū anima sit mortalis: uel immortalis: patet quia loquendo de mortalitate: q̄ est in oī creatura gn̄aliter. Aīa ē mortalis & nō īmortalis. Sed de hac mortalitate uel immortalitate non est propositum nostrum. Cū enim queritur utrū anima sit mortalis: uel immortalis: nos loquimur de morte simpliciter: quod pertinebat ad secundū modum mortalitatis: ꝑm quem aliquid potest amittere suum esse substantiale. ℂ Et de hoc est propositum nostrum: cum querimus. A n āīa rationalis sit immortalis. Vbi notandum est ꝙ prisci illi philosophi & naturales antiq intellectum a sensu non discernentes: arbitrati sunt operationem itellectus ita a corpore dependere: sicut operatio sensus ex corpore depēdet: & animam intellectiuam naturam consequi corporalem putauerunt. unde quidam ponebant animam esse ignem. quidam uaporem: quidam armoniam. Et sic de aliis ueluti supra in primo capite recitauimus: ꝑm ꝙ ipsi philosophi antiqui tantum sensus & motus animalium considerabant. & ideo ꝑm eos necessarium fuit ponere animam post corpus non remanere. Hanc autem opinionem Aristoteles sufficienter infringit ostendens intellectum habere esse absolutum non dependens a corpore. Propter quod dicitur non esse actus alicuius corporis & ab Auicenna dicitur non esse forma submersa ī materia. & in libro de causis dicitur non esse forma super corpus delata. Huius autem ꝓbationis media inferius suo loco adducentur. ℂ Epicurus autem duas absurdas & pestiferas protulit opiniones. primam: quia posuit diuinā prouidentiam ad hæc inferiora minime se extendere: asserēs deos nō curare humana. Aliam quia posuit animam cum corpore simul interire. Vnde sæpenumero dicebat ꝙ liberauerat genus humanum a duobus malis magnis: uidelicet metu mortis: & deorum. & ideo summum bonum in corporeis uoluptatibꝰ posuit: uidelicet in re uenerea: & præciosis dapibus atꝙ epulis exquisitis. Quod si uerum esset nihil prohiberet porcos etiam & canes posse esse fœlices: ut ex dictis philosophi & Boetii colligitur. ℂ Sardanapallum etiam: qui fuit trigesimus a Nino & ultimus assyriorum rex: hanc uiam tenuisse ferunt. Voluptatibus

enim corporeis se totũ tradidit. Sed nũc. O mores. O tẽpora. Quot Epicuros & Sardanapallos uidemus quot christiani: nullam aliam ui tam præter istam esse putantes: & nullam aliam uoluptatem atq; dele ctationem præter illam: quæ ſm corpus est: esse arbitrantes: nullum flagitium: nullum libidinis genus turpe esse existimant: credentes ho minum pariter & bæluarum eundem esse interitum: & animam cũ cor pore simul interire. ¶ Quam etiam opinionem Saducei Iudeorum tenuerunt: Quorum dogma pestiferum multos ad sui erroris insani am perduxit. ¶ Sed quid de Plynio nouocomẽsi dicem⁹? qui in septi mo naturalis historiæ capite quinquagesimo quinto asserit nullã ani mam post corpus remanere: irridens eos: qui animorum imortalitatẽ & corporũ resururrectiõem posuerunt. Vnde dicit q; ille: qui asseruit nos resurgere: ipse a mortuis nũq̃ resurrexit. Quidã etiã Poeta: quem lucretiũ appellãt: de quo dicit Quintilianus q; tradidit uersibus præ cepta phie: ab epicuro nullatenus dissentiens: Animã rõnalẽ cũ cor pore pariter emori dictitauit. ¶ Zenon autẽ uidẽs quoniã mortuo ho mine humani corporis mẽbra: ad certũ usq; tempus pdurabant: quia non statim dissoluuntur liniamenta ipsius corporis: dixit animã ratió nalem homine mortuo nõ statim emori: sed post modicum interual lum corrũpi. ¶ Platonici uero & Pyctagorici uidentes esse subsistẽs ipsius animæ: dixerunt equidem ipsam esse incorruptibilem & imor talem: sed transcorporationem posuerunt: asserentes animam de cor pore in corpus migrare. Et hãc opinionem improbat phus in primo de anima: ostendens: q; aĩa est forma corporis & motor eius. Oportet autem: ut determinatæ formæ determinata materia debeatur: & de terminato motori determinatum organum: sicut quælibet ars i agẽ do propriis utitur instrumentis. Vnde hæc anima non potest esse for ma & motor: nisi huius corporis. Impossibile est igitur animã de cor pore in aliud corpus transire: q̃uis opinioni pyctagoricæ poetæ oẽs adheserint. ¶ Sed Auerroys & sui sequaces dicunt animã intellecti uã ſm quid corruptibilem esse: & ſm quid incorruptibilem: quia secũ dũ hoc: quod est huic homini propriũ de anima: corrũpitur corrupto corpore. secundum autem id: quod omnibus est cõmune: incorrupti bilis est. Asserũt ergo isti nihil remanere de anima rationali post mor tem ſm id: quod est proprium huic & illi homini. Id uero de anima so lum remanet incorruptibile post mortem: quod est cõmune in oĩbus hominibus mundi. Ponunt enim ĩtellectũ esse unũ i ſba oĩum homi nũ quidã agẽtẽ sicut Alexãder: quidã uero possibilẽ: sicut Auerroys & hunc esse substantiam incorruptibilem: & in nobis nõ esse nisi fan

dicit. Nunc dubitanti magis: q̃ docenti assimilatur Aristoteles. Nõdũ enim destruxerat opinionem dicentium nõ differre intellectum & sen sum. Vnde in toto illo capitulo loquitur de intellectu: sicut de sensu. Quod patet præcipue ubi probat intellectũ esse incorruptibilẽ p exẽ plum sensus qui nõ corrumpitur ex senectute. Vnde & per totũ sub cõditione & sub dubio loquitur: sicut inquirens semper cõiungẽs ea: quæ sũt intellectus his: quæ sũt sẽsus. Quod præcipue apparet ex eo: quod in principio solutionis dicit. Si enim & q̃ maxime gaudere: aut dolere aut intelligere motus sũt: & unũquodq; moueri aliqd. ℂ Si qs autem pertinaciter dicere uellet: quod Aristoteles loquitur ibi deter- minãdo. ad hoc restat respõsio: quia intelligere dicitur esse actus cõiũ- cti nõ per se: sed p accidens: inquãtum scilicet eius obiectum: quod est phantasma est in organo corporali: nõ q̧ iste actus per organũ corpo rale exerceatur. ℂ Ad aliđ quod obiicit ex textu eiusdem philosophi Dicere aĩam sentire aut intelligere: simile est: ac si dicat eam aliqs tex e re uel hædificare. Respõdet Thomas in prima pte. q. lxxv. ar. ii. ad. ii. q̧ philosophus nõ dicit hoc ex propria sententia: sed ẜm opinionẽ illo rũ: qui dicebãt q̧ intelligere ẽ moueri: ut patet ex iis: q̃ pmisit ibi. Vel dicendum: quod p se ageř cõuenit per se existẽti: ẜ p se existens quan doq; potest dici aliquid: si nõ sit inhærens: ut accidẽs: uelut forma ma- terialis: etiam si sit pars. Sed proprie & p se subsistens diciř: qa neq; est pdicto modo inhærens: neq; est pars: ẜm quẽ modum oculus uel ma nus nõ posset dici p se subsistens: & per consequens neq; p se operans unde operationes ptium attribuuntur toti p partes. Dicimus enim q̧ homo uidet p oculũ: & palpat p manũ aliter q̃ calidum calefacit p ca lorem: quia calor nullo modo calefacit proprie loquẽdo. Põt igitur di ci: quod anima intelligit: sicut oculus uidet: sed magis proprie dicitur: q̧ homo itelligat p animam & q̧ uideat p oculũ. ℂ Hæc ille. ℂ Potes ergo applicare hãc solutionem ad superiorem etiam auctoritatem: in qua dicitur: quod intelligere amare odire & cetæra nõ sunt operatões seu passiones animæ: sed cõiuncti &c. Et p hæc oia patet solutio ad ter tium argumentum: & ad omnes instantias quæ in illa tertia ratiõe ad- ducũtur. ℂ Ad quartum respõdet Dñs Bonauẽtura dicẽs: quod pas sio animæ nõ est propter ipsius læsionẽ sed per cõpassionem respectu corporis læsi. Et hoc nõ ponit aliquid de substantia ei⁹ abiici: sed de sub stantia eius: cui habet uniri. Aliter tamen potest respõderi: q̧ ipsa an ĩa nõ solũ in corpore: sed etiam extra corpus habet pati. Nec tamen seq- tur: quod habeat corrumpi. Non enim est illa passio per partis ademi- ptionem: sed per quietis & pacis cõtinuam impeditionem. ℂ Hæc ille

¶ Ad quintum respondet iterum dominus Bonauentura dicens: qđ illa cōpassio nō est nisi salua unione animæ & corpis. Et quoniā mors separat illam cōiunctionē siue unionē: ideo nō oportet cōpassionem mortis cōmunicare: quia illa cōsequentia nō tenet: nisi manēte causa. Præterea alia consequētia non tenet. Si anima maxime cōpatitur corpori maxime patiēti: ꝙ cōmoriatᷓ moriēti. Aia enim cū sit capax lætitiæ: est capax & doloris: Sed cū sit capax uitæ nullo mō est susceptibilis mortis. ¶ Hæc ille. ¶ Ad sextum Respondet Doctor. S. in. ii. S. Dicendum est inquit: quod sicut dicit Cōmentator in. iii. de aia Intellectus nō eodem modo dicitᷓ forma cū aliis formis materialibꝰ. Qđ quantum ad hoc: dico uerū esse: licet ipse aliud intēdat: qđ anima cum habeat esse absolutum: ut eius operatio ostēdit: nō habet esse p eē cōpositi: qn potius compositū per eē eius. Et ideo corrupto corpore nō corrumpitur per accidens aia: sicut aliæ formæ: q̄ nō suntnisi per esse compositi nec aliquam operationem hn̄t nisi mediante materia: Sed dn̄s Egidius romanus in. ii. S. taliter respondet. Ad illud inquit argumentum: Quorumcūꝙ est unū esse: oportet ꝙ sit unus iteritus. Sed corporis & aiæ est unū esse: ergo erit unus interitus. Respōdeo: quod aiæ & corpis est unū esse: sed illud eē nō hēt aia p corpus: nec ex corpore: sed ex deo tn̄ illud eē hēt corpus p aiam: & cōmunicatur corpori per aiam: ut ēt destructo corpore remaneat illud esse aiæ: ut ꝓpter corruptionem corporis nō corrumpatur aia. ¶ Hæc ille. ¶ Dn̄s aūt Petrus de tarātasio in. ii. S. hoc argumētum sic dissoluit. Quorūcūꝙ est unū eē nō potest corrumpi unū: quin etiā alterum corruumpatᷓ. Hoc inquit uerū est: qn̄ illud eē est utriusꝙ æqualiter: nō qn̄ unꝰ per alterū: sicut idē est eē subiecti & accidētis: sed accidentis p subiectū. Et ideo accidēs corrūpitur manēte subiecto. Sic esse hois nō est corpus: nisi p aiam. Vn̄ sepata a corpore aia corpus corrūpitᷓ ipsa icorruptibili remanēte. ¶ Hæc ille. ¶ Ad replicā illā respōdet p̄fatus dn̄s petrus de tarātasio ubi supra dicēs. Sicut albū disgregat uisum p albedinē effectiue per disgregationē formaliter: sic aia p essentiā forma est corporis effectiue: sed p cōiūctionē ad corpus formaliter. Vn̄ qn̄ sepatᷓ desinit esse forma: sed nō desinit eē eēntia. ¶ Hæc ille. ¶ Sed si forte urᷓ ꝙ argumētū stet i robore suo. Rerspōdet Thomas i. ii. S. dicēs: qđ Anima rōnalis præter alias formas dicitᷓ esse substantia: & hoc aliqđ ſm ꝙ habet esse absolutū. Et quod dicitur: quod anima potest dupliciter considerari: scilicet secundum ꝙ est substantia: & secundum ꝙ est

forma:non est intelligendum quantum ad diuersa:quæ in ipsa sint: q̄ si aliud sit essentia sua:& aliud ipsam esse formam:ut sic esse formam accidat sibi sicut color corpori. Sed distinctio accipitur secundum eius diuersam considerationem. Nō enim ex hoc ꝙ ē forma habet ꝙ post corpus remaneat:sed ex hoc ꝙ habet esse absolutum :ut substātia subsistens:sicut etiam homo nō habet ꝙ intelligat ex hoc ꝙ ē aīal:sed ex hoc ꝙ est rationalis:q̄uis utrūq; sit sibi essentiale. ℂ Sed in.x.quolibet sic breuiter respondet. Anima secūdum suam essentiam ē forma corporis:nec destructo corpore destruitur aīa:secundum id:ꝙ est forma sed solū desinit eē forma in actu. ℂ Hæc ille. ℂ Ad septimū respondet Dominus Petrus de tarantasio loco præallegato dicens:qđ Omne compositum resolubile est intellectu:sed nō actu:nisi sit compositum ex cōtrariis. ℂ Ad octauum respondet Thomas in.ii.S.dicens ꝙ corruptio inuenitur in omnibus corruptibilibus secundum unam rationem cōmunē:quantum ad id:quod per se corruptioni cōuenit:sed nō quantum ad id:quod accidit ei. Cū enim corruptio sit proprie cōpositi trāsmutatio de eē in non esse:p se ad corruptionem pertinet:ut compositum esse desistat. Et quia compositū habet esse ex cōiunctiōe formæ ad materiā. Ideo diuisio formæ a tali materia inuenitur in qualibet corruptione. Sed ꝙ forma ī nihil cedat:uel non: hoc corruptiōi accidit ex ratione ꝓpria huius formæ uel illius. Si enim sit forma talis cuius esse sit absolutū & non depēdēs:in cuius esse participationē materia adducitur:ex hoc ꝙ perficitur tali forma cōtingit ut ex defectu materiæ compositum huiusmodi esse amittat:secūdum hoc ꝙ improportionata ad ipsum efficitur:& tamen ipsa forma remanet in suo eē. Et sic destructio est cōpoiti forma remanente. Si uero forma non habeat esse absolutū:in quo subsistat:sed sit per eē compositi:tūc ex quo compositum desinit esse:oportet ꝙ forma etiam esse amittat:& per accidens corrumpatur. ℂ Hæc ille. ℂ Eandem solutionē dat Petrus de tarantasio loco præallegato. Ad nonum respondetur per eundē dn̄m Petrum de tarantasio. Quæcūq; per se cōmunicant in causa :cōmunicant in effectu:sed nō quæ per accidēs. Nam aīa q̄uis per accidens cōmunicet in motu corporis:nō tamen in calefactione consequente motū. Et similiter contingit in proposito. ℂ Ad decimum respondet Thomas in.x.quolibet dicens Anima esse suum cōmunicat corpi:qđ qdem ita acquirit animæ in corpore:ut secundum ipsum subsistere possit. Quod non est de aliis formis. Et sic ipsum esse animæ fit esse

cōpositi. Et tamen manet composito destructo. ¶ Hæc ille. ¶ Ad undecimum respondet præfatus Thomas in summa contra gentiles libro. ii. dicens. Non sequitur ꝙ si anima manet destructo corpore: qđ fuerit ei accidentaliter unita. Accidēs enim describitur: Quod potest adesse: uel abesse præter corruptionem subiecti compositi ex materia & forma. Si autem referatur ad principia compositi subiecti: nō est uerum. Constat enim materiam primam ingenitam & incorruptibilem esse: ut probat Aristo. in primo phisicorum. Vnde recedente forma manet in sua essentia: nō tñ forma accidētaliter ei uniebatur: sed essentialiter. Vniebatur enim ei secundum esse unum. Similiter autem aīa unitur corpori ꝭm esse unum: ut supra ostensum est. Vnde licet maneat post corpus: substantialiter ei unitur nō accidentaliter ꝙ autem materia prima remaneat actu post formam: nō est nisi ꝭm actum alterius formæ. Anima autem humana manet in actu eodem. Et ex hoc cōtingit: quod anima humana est forma & actus. Materia autem pria est ens in potentia. ¶ Hæc ille. ¶ Notandū hic: quod Scotiste tenent ꝙ materia prima sit ens in actu: sed de actu distinguūt ꝙ est duplex uidelicet actus entitatiuus: qui est extra nihil: cui correspondet potentia obiectiua: & actus formalis: cui correspondet potentia subiectiua. Dicunt ergo ꝙ materia prima est in actu entitatiuo: licet sit ens in potentia subiectiua. ¶ Ad duodecimum patuit solutio plenaria ex iis: quæ dicta sunt superius in primo capite de differentiis anime & angeli: ubi de indiuiduatione animæ rationalis agebatur: sed tamen ad ipsum respondetur ex intentione sancti doctoris i pdicta sūma. Quæcūꝙ inq̄t oportet esse īuicē coaptata & ꝓportionata simul recipiūt multitudinē uel unitatē: unūqđꝙ ex sua cā. Si igit̃ esse unius dependeat ab altero: unitas uel multiplicatio eius etiā ex illo depēdet: alioquin ex alia ca usa intrinseca: formam igitur & materiam semper oportet esse adiuicem proportionata: & quasi naturaliter choaptata: quia proprius actus in propria materia fit. Vnde semper oportet: quod materia & forma consequantur inuicem in multitudine & unitate. Si igitur esse formæ dependet a materia: multiplicatio ipsius a materia depēdet: & similiter unitas. Si autem nō: erit quidem necessarium multiplicari formam secūdum multiplicationem materiæ: idest simul cum materia: & proportōnem ipsius: Non tamen ita ꝙ depēdeat unitas uel multitudo ipsius formæ a materia. Ostensum est autem: quod anima humana est forma secundum suum esse a materia non dependens. Vnde sequitur: Quod multiplicantur quidem animæ: secundum ꝙ multiplicantur corpora non tamen multiplicatio corporum erit causa multiplicatiōis aīarū

Et ideo non opottet ꝙ destructis corporibus cesset pluralitas anima-
rum. ¶ Ad tertium decimum respondetur: qđ non quelibet forma-
rum diuersitas facit diuersitatem ſm speciem sed solum: illa que ē ſm
principia formalia: uel ſm diuersam rationem formæ. Constat enim:
ꝙ alia est essentia formæ huius ignis & illius: nec tamen est alius ignis:
nec alia forma ſm speciem. Multitudo igitur animarum a corporibus
separatarum consequitur quidem diuersitatem formarum ſm substā-
tiam: quia alia est substantia huius animæ & illius. Non tamen ista di-
uersitas procedit ex diuersitate principiorum essentialium ipsius ani-
mæ: nec est ſm diuersam rationem animæ: sed est ſm diuersam com
mensurationem animarum ad corpora. Hæc enim an ma est cōmen-
surata huic corpori: & non illi. Illa autem alii. Et sic de aliis: huiusmodi
autem commensurationes remanent in animabus: etiam pereuntib⁹
corporibus sicut & ipse earum substantiæ manent: quasi a corporib⁹
ſm esse non dependentes. Sunt enim animæ ſm substantias suas for-
mæ corporum: alias accidentaliter corporibus unirentur. Et sic ex ani
ma & corpore non fieret unum per se: sed unum per accidens. Inquā-
tum autem sunt formæ: oportet eas esse corporibus commensuratas.
Vnde patet. ꝙ ipsæ diuersæ commensurationes manent in animab⁹
separatis & per consequens pluralitas. ¶ Hæc beatus Thomas in sum
ma contra gentiles libro. ii. ¶ Ad quartum decimum & ultimum Ar
gumentum dicitur: ꝙ nos negamus æternitatem mundi: cum fides
catholica teneat mundum habuisse principium: quis nulla ratione de-
mōstratiua uel necessaria hoc probari possit. Immo dico: ꝙ ad neutrā
partem nulle rationes necessariæ possunt adduci: sed solū probabiles
& topicæ. Ideo Aristoteles: quia nullam rationem necessariam adinue
nit: quæ æternitatem mundi concluderet: in hoc semper fuit dubius.
Vnde dicit ipse in. i. topicoꝝ. Sunt quædam problemata de quibus ra
tionem nec certitudiem habemus: ut utrum Mundus sit ætern⁹. Aui
cenna uero & Algezal in sua metaphisica: ubi diuidit ens per finitum
& infinitum: dicunt ꝙ non est inconueniens: ꝙ detur infinitum actu
per accidens: Esse enim infinitum actu in iis: quæ non habent adinui-
cem ordinem: est esse infinitum: per quod ponere non reputant in-
conueniens: sicut est de animabus a corporibus exutis: quæ non hñt
dependentiam adinuicem. Sed nullam difficultatem propter hoc pa-
tiuntur catholicæ ueritatis professores: qui mundi eternitatem negant
Et sic patet solutio ad omnia obiecta. ¶ Nunc autem ad auctoritates
philosophi respondere oportet. Ad illam auctoritatem. Nulla uirtus
infinita potest esse in creatura finita. Respondet Alexander de ales in

li. 5. dicens: ꝙ Nulla uirtus infinita actiua est creatura aliqua: sed uirt⁹ infinita passiua bene potest esse: sicut patet in materia prima. Et iō dicit Alexander prædictus ꝙ uirtus durandi in infinitū ē aīa sicut in recipiente tm̄: sed a deo: sicut a dante. Vel dicendum ſm eundē Alexandrū: ꝙ uerū est de uirtute quæ habetur tota simul: non de uirtute: quæ habetur successiue: & est infinita tm̄ in potentia. ¶ Hæc ille. ¶ Ad illam. Cuius est principium: eius finis est. Respondetur. Cuius est principium per generationem: eius est finis per corruptionem. Et sic est intentio philosophi in illo loco: & in aliis in quibus similes propositiones habentur. Et uerū est. ꝙ oē habēs pricipiū naturaliter ab agēte naturali per motū & transmutationem materiæ: habet finem quia omne tale est corruptibile: non aūt habet locū in iis: quæ accipiunt esse a deo per creationem. philosophus autem semper loquitur naturaliter: & nō supernaturaliter. Vnde & naturā diffiniens dicit: ꝙ est principium motus & quietis in eo in quo est. Verificantur: ergo naturaliter tales propositiones in iis: quæ acquirunt esse per motum & mutationem. In iis autem: quæ accipiunt esse per creationem non uerficantur: quia creatio fit ī istanti sine aliquo motu & transmutatione materiæ. Exempli gratia. Dicit philosophus ꝙ accidens non potest stare sine subiecto: uerum est naturaliter loquendo. Et tamen supernaturaliter accidens potest stare sine subiecto per diuinā oīpotētiā: sicut patet in sacramento altaris. Dicitur etiam: ꝙ a priuatione ad habitum non est regressus. uerum est naturaliter loquendo. Et tamen uirtute diuina multi homines a morte ad uitam fuerunt reuocati: & multi cæci nati illuminati. Ergo cuius ē principium per generationem naturaliter: eius est finis p corruptionem. Et hoc etiam Damascenus innuit: cum dicit. Quicquid naturaliter incipit: naturaliter desinit: Omnia enim orta occidūt & aucta quæꝗ senescunt: ut Salustius dicit Anima igitur rationalis nunꝗ corrumpetur: quia non habuit pricipiū p generationē: sed a deo per creationem. ¶ Ad illam auctoritatem. Omne quod incipit esse: desinit esse. Et ad illam. Quicquid habet principium: habet finem danda est similis solutio. Omne eni: quod incipit esse p generationem desinit esse p corruptionē. Et qcqd habet principium per generationē: habet finē p corruptionē. Hæc enī ē rō philosophi in primo cœli: q ostēdit ꝙ oē gn̄atū ē corruptibile loqt̄ enī ibi cōtra platonē qui uoluit ꝙ cœlū siue mūdus esset gn̄abilis. unde dicit textus Solus plato gn̄at mūdū idest dixit mūdū eē generabilē. Probat aūt platonē dixisse falsū p hoc

quia si cœlum esset gñatũ: esset corruptibile. Sed quia est incorruptibi le: ideo non gñatũ. Et ideo loquens ibidẽ cõtra ipsum platonem ha bet pro incompossibili. ꝙ aliquid incœpit esse per gñationẽ naturalis & sit perpetuum & incorruptibile. Dicit autem cœlum esse incorrupti bile: quia nõ est generabile. Cum igitur philosophus ponat animam intellectiuam non habere eẽ p generationem: sed ab extriseco nec fie ri naturaliter: sed iussu dei: ut ex præcedentibus patet: consequens est ut dicamus ꝙ Aristoteles tenuerit animam rationalem esse immortalẽ ¶ Ad illam. Illud non habet uirtutem ad semper eẽndum: quod non semper fuit: patuit solutio ex iis: quæ dicta sunt in solutiõe secundi ar gumenti. ¶ Sed ad illam: quæ ponit in. vii. metaphisicæ. ꝙ omnes par tes: que possunt remanere separatæ a toto sunt elementa idest partes elementares &c. Dicendum ꝙ philosophus loquitur ibi de formis: q̃ educuntur de potentia materiæ: q̃ non habent esse subsistens: & abso lutum: de quibus uerũ est. ꝙ corrumpuntur toto non manente. ꝙ au tem hoc uerum sit patet. Quia quærit ibi philosophus utrum forma totius mixti sit aliqd præter elementa. Et ideo auctoritates ille nihil ꝓ bãt contra nos: cum philosophus loquatur ibi de mixto. sicut est ca ro de quo uerum est. ꝙ non remanet: nisi elementum. unde per illud dictum non intendit dicere philosophus animam intellectiuam esse corruptibilem: cum ipa non sit mixta: neq̧ sit forma elemẽtaris Quo modo etiam intelligatur illa sententia. Intelligere siue intellectus cor rumpitur: quodam interius corrupto. patefactum est superius ex iis: q̃ dicta sũt in solutione tertii argumenti. Quodam interius corrupto scilicet phantasmate uel passiuo intellectu: aut organo imaginatiõis uel fantasiæ. ¶ Sed doctor lucis in. i. p. q. lxxxxix. ar. i. ad primum sic etiam præfata uerba declarat. Si diligententer: inqt uerba philosophi discutiantur: philosophus hoc dixit ex quadam suppositione prius fa cta. s. ꝙ intelligere sit quidam motus cõiuncti: sicut & sentire. Nondũ enim differentiam ostenderat inter intellectum & sensum. Vel potest dici: ꝙ loquitur de illo modo intelligendi: qui est per conuersionem ad fantasmata: quia anima humana impeditur ab intelligendo per liga mentum sensus: & per turbatam imaginationem: sicut supra dictum est. Et quia in morte totaliter sensus & imagiatio corrũpitur: ideo ces sabit ille modus intelligendi: q ẽ per conuersionẽ ad fantasmata: & suc cedet ali⁹ mod⁹ altior: d̃ quo aliqd i fine capitis hui⁹ ptractabit. ¶ Sed ad id: quod ex rhetoricis philosophi obiit. ꝙ corp⁹ op⁹ hẽt usq̧ ad an

nos.xxxv. Anima uero intellectiua usq; ad annos quinquaginta. Respondet dominus Egidius romanus in.ii. S. ꝙ Anima uero senescit ꝫm suam naturam. sed quantum ad actum intelligendi: & quãtum ad usũ rationis: sic potest impediri & tolli totaliter huiusmodi usus ex corruptione organorum corporalium: sicut potest deteminari ex determinatione talium organorum: Propter quod post quinquaginta annos anima in plerisq; hæbetatur in cognitione etiam intellectiua: non propter se: sed propter hebetationem organorum corporalium deseruiẽtium tali cognitioni. ℂ Hæc ille. hoc etiam declaratum fuit in præcedentibus. Illud autem quo ultimo instatur ex libris animalium: ꝙ corpus spermatis: cum quo exit spiritus: qui est uirtus principii animæ est separatum a corpore: & est res diuina: & talis dicitur intellectus. cõtra animæ immortalitatem uim non habet. Debet enim sic exponi ꝫm thomam in opusculis: Idest ille spũs siue uirt⁹ formatiua dicitur intellectus per similitudinem: quia sicut ĩtellectus operatur sine organo: ita & illa uirtus. hæc autem positio est de mente commentatoris in. vii. metaphisicæ super illud. Ergo sicut supra dictum est ꝙ in substantiis ẽ principium & cætera. Et hæc sunt uerba ipsius formaliter que sequuntur. Ideo dicit Aristo. in libro de animalibus. ꝙ uirtutes: que sunt in seminibus sunt similes intellectui. s. quia agunt actione ĩtellect⁹: & ꝙ iste uirtutes assimilantur intellectui in hoc ꝙ non agunt per instrumentũ corporale. ℂ Hæc ille. ℂ Et sic patet solutio ad ea: que Aristotelicis auctoritatibus contra animæ immortalitatem concludere uidebanẗ ℂ Ad Apostolicum dictum. Qui solus habet immortalitatem patuit omnimoda solutio ex iis: quæ superius dicta sunt ex intentiõe egidii post argumenta & auctoritates in oppositum factas. Et tamen ne uidearmur hæc sicco percnrrere uestigio Respondet ad hanc auctoritatẽ dominus Petrus de tarantasio in. ii. S. dist. xviiii. dicens. Immorrale aut priuat actum moriendi solum: uel cum actu etiam potentiam. Primo modo Adam erat immortalis ante peccatum: quia poterat non mori. Sed non erat immortalis secundo modo idest non potens mori: quia mori poterat: cum esset compositus ex contrariis. Illa enim immortalitas non erat ex dono nature: sed ex dono cælestis gratiæ. ℂ Si i mortale priuet moriendi potentiam hoc duobus modis: Aut moriendi large aut moriendi proprie & stricte: ꝫm ꝙ mors dupliciter capitur Vno modo large pro quacunq; corruptione uel mutatione. Alio modo proprie & stricte ꝫm cõem acceptionem ꝓ substãtiali corruptiõe: si ergo Immortale priuet moriendi potentiam large: sic immortalitas est omnimoda immutabilitas: siue incommutabilitas: quæ soli deo cõ

uenit. Et ideo Apostolus dixit eum solum habere immortalitatem: q̄a non cuiusq̄ gratia: sed natura sua: nec potuit nec potest aliqua conuersione mutari: nec potuit nec poterit aliqua cōmutatione peccare. hoc igit̄ mō loquēdo: q̄libet creatura ē mortalis. i oī. n. creatura: ut Aug. dicit Ipsa mutatio ē mors q̄dā: q̄a facit aliq̄d ī ea nō eē: quod erat posse enim mutari: & posse peccare est posse mori. Et si cui creaturæ ratiōali præstat̄: ut peccare non possit: non est hoc naturæ propriæ: sed dei gratiæ. Quelibet igitur creatura mortalis: quia quelibet creatura aliquomodo mutabilis. Solus uero deus est immortalis: quia ipse sol⁹ est omnino immutabilis. Vnde Augustinus in libro de trinitate ait. Cum anima immortalis esse dicatur: & sit non diceret apostolus deū solum habere immortalitatem: nisi quia uera immortalitas & īcommutabilitas est: quā nulla potest habere creatura: quoniam solius creatoris est: unde Iacobus quoq; ait. Apud quem non est transmutatio: nec uicissitudinis obumbratio. Dauid etiam dicit Mutabis ea & mutabuntur: tu autem idem ipse es. Item Augustinus super genesim ad litterā dicit ꝙ deus neq; per loca: neq; per tempora mouetur: Et per tempora moueri est per affectiones commutari. Deus autem nec loco nec affectione mutari potest: qui per prophetiam dicit. Ergo deus & non mutor. unde solus est immortalis: qui solus est immutabilis. ¶ Hæc augustinus & Magister etiam sententiarum in. i. distinctione. viii. sic dicit. Dei autē solius essentia proprie incommutabilis dicitur: quia nec mutatur: nec mutari potest. Vnde augustinus libro quinto de trinitate. Sola inquit substantia uel essentia: que est deus: incommutabilis ē: cui profecto maxime ac uerissime competit esse. Quod enim mutat̄: non seruat ipsum esse. Et quod mutari potest: etiam si non mutet̄: potest quod fuerat non esse. Ideoq; illud solum: quod non tm̄ non mutat̄ uerum etiam omnino mutari non potest: uerissime dicitur esse. Vnde apostolus de ipso loquens ait. Qui solus habet immortalitatem. Si ergo immortale priuet potentiam moriendi large: sic solus deus est immortalis. Si autem priuet moriendi potentiam proprie: hoc etiā duobus modis. Aut ergo priuat potentiam quancūq; moriendi: siue propinquā: siue remotam. Et sic etiam nulla creatura est immortalis. Eo enim ꝙ habet esse de nihilo: habet potentiam reducibilitatis in nihil. Aut priuat potentiam propinquam & dispositam solum. Et sic anima rationalis est immorralis & incorruptibilis: per uiam corruptionis naturalis quia non habet contrarium: nec dependet ab habente contrarium: nec est ex contrariis composita. Et ideo a potentia nuda & remo

ta non denominatur aliqd simpliciter potens:sed a potentia propinq̃ & disposita. Loquitur igitur Apostolus de immortalitate large & communiter accepta:quæ est immutabilitas quæcunq;:non autem de immutabilitate proprie accepta:que est immutabilitas ſm eẽ substantiale. ℂ Hanc solutionem & distinctionem ponit dominus Petrus de tarantasio ubi supra. Sed ego auctoritatibus & sententiis ipsam dillataui ℂ Eandem quoq; ponunt Alexander de ales & dominus Bonauentura dicentes. Immortale dicitur dupliciter. Vno modo large & communiter. Et sic immortale idem est quod immutabile quocũq; modo. Et sic solus deus est immortalis:quia ipse solus est immutabilis. Quelibet uero creatura mortalis est quia aliquo modo mutabilis : ſm illud Boetii Stabilisq; manens dans cuncta moueri. Sed cum quelibet creatura dicitur hoc modo mortalis:mors accipitur large:sicut dicitur etiã de cælis. Ipsi peribunt:tu autem permanes &c. Alio modo dicitur immortale proprie & stricte. Et tunc idem est:quod impossibile corrumpi ſm suum esse substantiale. Et hoc potest esse dupliciter. Vel ex se. & sic etiam solus deus ẽ immortalis:qa ipse solus potest esse suum perpetuare sine alterius iuuamine uel adminiculo. Vel ex alio. Et sic anima rationalis est immortalis:quia cõseruatur a gratuita dei Bonitate:nec repugnat naturæ ipsius aiæ:sed potius cõseruat suum naturalẽ appetitum. ℂ Hæc est Solutio domini Bonauenturæ & Alexandri de Ales In.ii.S.dist.xviiii. ℂ Ad auctoritatem illam Augustini Gratia non repugnat naturæ &c.patuit solutio ex iis:que dicta sunt in solutione primi Argumenti ſm intentionem domini Bonauenturæ. ℂ Ad illud Ezechielis Anima:quæ peccauerit ipsa morietur. Respondetur ꝙ sicut est triplex perfectio naturæ gratiæ & gloriæ:ita etiam est triplex mors:naturæ gratiæ & gloriæ. Mors naturæ ẽ separatio animæ a corpore :seu corruptio rei uiuentis ſm suum esse substantiale. Mors gratiæ est quando anima per peccatum priuatur gratia dei quæ erat uita ipsius. Et ista appellatur mors spiritualis. Hinc dicitur peccatum mortale:quia interficit animam spiritualiter:& mortem sibi infert. Mors gloriæ:est quando anima separatur a corpore cum peccato mortali: quia priuatur æterna uita:hoc est uisione diuinæ essentiæ:& suppliciis deputatur æternis. Hæc autem mors:dicitur mors æterna. Vnde cantat ecclesia. Libera me domine de morte æterna:&c. Mortem gratiæ ĩcurrit anima: quotiesncunq; in statu uiæ mortaliter peccat. Et ab hac morte resipiscere potest:& conuerti ad dominum:si ueram egerit penitentiam. Mortem gloriæ incurrit aĩa in termino uiæ quotiẽscũq; homo moritur ĩ peccato mortali: Et ab hac morte nũq̃ resurgere potest

ueluti:supi⁹ patuitteĩ de differẽtiis animæ & ãgeli ptractaremus. Aĩa igit:q̃ peccauerit:morieť:uel morte gratiæ:si peccauerit ĩ uia:uel morte gloriæ si peccauerit in termino uiæ. Non autem morietur morte naturæ:quia sbatialit mori nõ põt. nec põt amitterre suũ eẽ sbale. Et de hac morte ẽ propositum nostrum. Et sic dicit rõnalem eẽ ĩmortalem quia substantialiter incorruptibilis est. ℭ Alii aũt breui⁹ respõdendo dicũt. ꝙ aĩa q̃ peccauerit ipã morieť: nõ sbaliter: sed accidentaliter: qa pdit grãm dei: q̃ẽ accidẽs. ℭ Ad illã Salomõis un⁹ ẽ iterit⁹ hoĩs simul & iumẽtoꝝ &c. Respondent omnes theologi & doctores ecclesiastici ꝙ Salomõ ibi loqť: ut cõcionator diuersorũ hominũ psonas assumẽs loqť. n. ĩ psona iproborũ & ipioꝝ: q sic dicũt. unde in fine libri q̃si determinando ex psona ꝓpria dicit donec reuertať puluis in terrã suã: unde erat: & spiritus redeat ad deũ: q fecit illũ. ℭ Et hæc de ĩmortalitate aiæ rõnalis dicta sufficiant. Ad laudẽ & gloriã illi⁹: q ne aĩa morte ĩmortali piret pciosissimũ sanguinẽ suũ effundere nõ dubitauit. Qui me & liberos meos Theophrastũ. M. Brutũ. M. Anto. atq Corneliã ad portum salutis eternæ perducere dignetur.

DE COGNITIONE ANIME SEPARATE.



NVNC aũt ẽm ꝓmissa nõnihil de cognitiõe aiæ separatæ ĩ calce hui⁹ secũdi capitis pscrutãdũ ẽ. Videť eni ꝙ a corpe sepata nihil ĩtelligere possit. Nã ẽm philosophũ in. iii. de aĩa. Sicut se hẽt sensus ad sensibilia: sic se hẽt itellect⁹ ad fãtasmata: sed sẽsus nõ põt sẽtire nisi p sentib⁹ sensibilib⁹: ergo nec aĩa itellectiua aliqd põt ĩtelligere: nisi fantasmata ei psenteť. Sed nõ repsentabũť ei post mortẽ: qa illa nõ repsẽtãť: nisi ĩ aliquo orgão corpali: ergo aĩa p⁹ mortẽ ñ pt itelligeř. ℭ Si dicať. ꝙ phs loqťđ aĩa: ẽm ꝙ ẽ ĩ corpe sed nõ ꝓut est sepata. ℭ Cõtra obiectũ potẽriæ determinať ẽm naturã ipsi⁹ potẽtiæ. Sed eadẽ ẽ natura aĩæ itellectiuæ añ mortẽ & post. Ergo si aĩa itellectiua añ mortẽ ordinať ad fantasmata sicut ad obiecta: ut: ꝙ ẽt post mortẽ. Et sic idẽ qđ pri⁹. ℭ Præterea Aĩa nõ põt itelligere si ab ea potẽtia itellectiua remoueať. Sed mortẽ itellect⁹ agẽs & possibilis nõ manẽt ĩ aĩa: qa hmõi potẽtiæ nõ cõpetũt ei: nisi p unionẽ ad corp⁹. Si. n. nõ eẽt unita corpi: nõ hẽret hmõi potẽtias: sicut nec ãgel⁹ ergo anima post mortem non potest intelligere. ℭ Ad hæc ẽm phm in. i. de anima. Intelligere corrumpitur quodam interius corrupto. Istud autem interius de quo philosophus loquitur, corrumpitur in morte. Ergo intelligere post mortem non erit. ℭ Sed contra. Sicut

aliquid ex coniunctione ad corpus materiale redditur passiuum: ita p separationem ab eodem redditur actiuum: Calidū enim & agit & patitur pp coniunctionem caloris ad materiam. Si autem esset calor sine materia: ageret & non pateretur. Ergo & aīa per sepationem a corpore redditur omnino actiua: ſm ꝙ potentiæ aīæ nō possunt p seipsas cognoscere sine exterioribus obiectis. Hoc enim ipsis competit in quantum sunt passiue: sicut dicit phus de sensu in secūdo de aīa. Ergo aīa p sepationē a corpore poterit per seipsam itelligere nō accipiendo ab aliqbus obiectis. ¶ Amplius in libro de spiritu & aīa dr̄ ꝙ aīa a corpore sepata trahit secū suas potētias: Sed rōne suarꝫ potentiarꝫ dr̄ cognoscitiua & itellectiua: ergo post mortē cognoscere & itelligere poterit. ¶ Præterea ſm Damascenum. Nulla substātia destituit̄ sua propriā opatione: sed ꝓpria opatio aīæ rōnalis ē itelligere: ergo aīa post mortē intelligit. Ad hāc qōnē rn̄det Angelicus doctor ī qōnib⁹ disputatis qōne decimanona ar. primo dicēs. Sicut dicit phus ī primo đ aīa Si nulla opationū ipsi⁹ aīæ ē ei ꝓpria: ut scilicet possit eā sine corpore habere. īpossibile ē ipsam aīam separi a corpore. Operatio eni cuiuslibet rei est quasi finis eius: cū sit optimū in ipsa. Vñ in primo cæli dr̄ a phō ꝙ unaquæꝗ res est pp suā operationē. Vnde sicut firmiter per fidē catholicā substinemus & tenemus: ꝙ aīa post mortē remāeat a corpore sepata: ita substinere necesse est: ꝙ sine corpore existens ītelligere possit. Sed modū intelligendi difficile est considerar̄: eo ꝙ necesse ē ponere eī habere aliū modū ītelligēdi: q̄ nūc hēat: cū nūc manifeste apparet: ꝙ ītelligere non possit: nisi ad fantasmata conuertatur: q̄ p⁹ mortē oīno non remanēt. ¶ Quidā enim dicūt: ꝙ sicut nūc a sensibilibus rebus spēs accipit mediantibus sensibus: ita tunc accipere poterit nullo modo interueniente. Sed hoc uidetur impossibile: quia ab extremo in extremum: non fit transitus nisi per media: Species autem ī ipsa re sensibili habet esse maxime materiale: in intellectu autem summe spirituale: Vnde oportet: ꝙ in hanc spiritualitatem transeat mediantibus quibusdam gradibus: ut pote quia in sensu habet spiritualius esse: q̄ ī re sensibili. In imaginatione autem adhuc spiritualius: q̄ ī sensu. Et sic deinceps ascendendo. ¶ Vnde alii dicunt: ꝙ per species rerꝫ a sensibus acceptas: dum erat in corpore: & in ipsa anima conseruatas post mortem intelligit. Sed hæc opinio a quibusdam sequentib⁹ Auicenam improbatur. Cum enim anima intellectiua non utatur corporali organo ratione intellectus: non potest aliquid esse in parte intellectiua animæ: nisi in ratione intelligibilis. In uirtutibus autem utentis

bus organo corporali potest aliquid conseruari: non in ratione cognoscibilis: sed sicut in quodam corporali subiecto: ratione cuius contingit: ꝙ quædam potentiæ sensitiuæ sunt: quæ non semper actu appræhendunt species uel intentiones in se conseruatas: sicut patet de imaginatione & memoria. Et sic uidetur: ꝙ in parte intellectiua nihil conseruetur: nisi quod actu appræhenditur. Et sic nullo modo per species prius receptas a rebus anima post mortem intelligere potest: secundū Auicennam & suos sequaces propter rationem iam per ipsos assignatam. ℂ Sed hoc non uidetur uerum. quia omne: quod recipitur in aliquo: recipitur in eo per modum recipientis. Cum autem substantia materialis habeat esse magis fixum & stabile: q̄ substantia corporea: in parte intellectiua recipientur species firmius & immobilius: q̄ in aliqua re materiali. Et q̄uis recipiuntur in ea secundum rationem intelligibilis non tamen oportet ꝙ semper intelligantur: quia non semper sunt in ea in actu perfecto: nec in potentia pura: sed in actu incompleto: qui est medius inter potentiam & actum: quod est esse aliquid habitualiter in intellectu. Vnde philosophus uult ꝙ anima intellectiua sit locus specierum in tertio de anima: utpote eas in se retinens & conseruans. Illa ergo improbatio Auicenne non est sufficiens. ℂ Sed tamē huiusmodi species receptæ prius & conseruate non sufficiunt ad cognitionem: quam necesse est ponere in anima separata: tum propter animas puerorum: tum propter hoc ꝙ multa erunt cognita ab anima separata: quæ nunc non cognoscuntur a nobis. ℂ Et ideo alii dicunt: ꝙ anima separata: q̄uis a rebus non accipiat: habet tamen potestatem ut seipsam rebus cognoscendis conformet apud rerum presentiā: sic uidemus ꝙ imaginatio aliquas formas componit ex seipsa: quas nūq̄ per sensus accepit. ℂ Sed hoc non potest stare: quia impossibile est: ꝙ sit idem aliquid: quod educat se de potentia in actum. Anima autem nostra est in potentia ad similitudines rerum: quibus cognoscit. unde oportet ꝙ efficiantur in actu: non per ipsam animam: sed per aliquid quod habet illas similitudines in actu: uel per res ipsas: uel per deum in quo sunt omnes formæ in actu. Vnde nec imaginatio aut intellectus aliquam formam componit de nouo: nisi ex aliquibus præexistētibus sensibilibus: sicut compono formam montis aurei ex præexistētibus sensibilibus auri & montis. Et ideo alii dicunt: ꝙ formæ: quibus anima separata intelligit: sunt ei impressæ a deo ab ipsa sui creatione. & sic secundum istos anima separata intelligit per species cōcreatas: per quas etiam nunc intelligimus secundum quosdam: ita ꝙ per sen

sus non acquiruntur animæ: nouæ species: sed tantummodo excitatur anima ad species: quas in se habet intuendas: sm ꝙ Platonici dixerunt: qui uolebant: ꝙ addiscere nostrum nihil aliud erat: q̄ reminisci. Sed huic opinioni experientia contradicit. Videmus enim ꝙ qui caret uno sensu: ꝙ caret una scientia: ut pote carens uisu: non potest scientiam habere de coloribus. Quod non esset: si anima non indigeret a sensibus accipere species: quibus cognoscat. ❡ Secundum alios uero p has species creatas anima corpori coniuncta nihil intelligit: a corpore impedita. Intelligit autē per eas a corpore separata. Sed hoc autem uidetur ꝙ species: quæ naturaliter inditæ sunt animæ: totaliter à corpore impediantur: cum tamen coniunctō corporis ad animam ñ sit accidentalis animæ: sed naturalis. Non enim inuenimus duorum: quæ sunt naturalia uni rei: unum esse totaliter alterius impedimentū alias alterum eēt frustra. Dissonat etiam hæc positio ab opinione philosophi in tertio de anima: qui comparat intellectum animæ rationalis tabulæ rasæ: in qua nihil est scriptum: ❡ Et ideo aliter dicendum ē ꝙ unūquodꝙ recipit influentiam a suo superiori per modum sui eē: Esse autem animæ rationali acquiritur medio quodāmodo inter formas separatas & materiales. Formæ enim imateriales: scilicet angeli recipiunt a deo esse: non dependens ab aliqua materia: nec in aliqua materia. Formæ uero materiales esse a deo accipiunt & in materia existens: & a materia dependens. Sed quia rationalis anima accipit esse a deo in corpore: nec tamen a corpore dependēs: quia sine corpore cōseruari potest: ideo influentiam a deo medio quodāmodo accipit anima rationalis iter angelos & res materiales. Recipit enim intellectuale lumen hoc modo: ut eius intellectiua cognitio habeat ordinem ad corpus: inquantum a corporeis potētiis accipit: & ad eas respicere habeat in actu considerando: in quo inferior angelis inuenitur. Et tamē hoc lumen non est corpori obligatum ut eius operatio per organum corporeum impleatur. In quo inuenitur superior omni materiali forma: quæ non operatur: nisi operationem: cui cōicat materia. Sed quādo anima a corpore erit sepata: sicut esse suum habebit: nec a corpore dependens: nec in corpore existens: ita influētiam intellectualis cognitionis recipiet: ut nec sit corpori obligata. quasi p corpus exerceatur: nec omnino aliquem ordinem ad corpus habeat. Et ideo quando anima primo creata corpori infunditur: non datur ei aliquid de intellectuali cognitione: nisi per ordinem ad corporeas potentias: ut pote:

ꝙ per intellectum agentē possit facere fantasmata intelligibilia i actu quæ sunt potentia itelligibilia: & per intellectum possibilē recipe spēs intelligibiles sic abstractas: & inde est: ꝙ q̄diu habet eē coniunctū cor pori: in statu huius uie non cognoscit illa: quorum species i ipso rege nerantur: nisi inspiciendo ad fantasmata. Et propter hoc nec reuela tiones ei aliquæ diuinitus fiūt: nisi sub speciebus fantasmatum: nec ip sas substantias sepatas intelligere potest: ut pote: quæ sufficienter per sensibilium spēs cognosci non possunt. Sed quādo habebit esse a cor pore absolutum: tunc recipiet influentiā intellectualis cognitiōis hoc modo: quo angeli recpiūt sine aliquo ordine ad corpus: ut scilicet spēs rerum ab ipso deo recipiat: nec oporteat ad intelligendum in actu: per has species: uel per illas: quas prius acquisiuit ad aliqua fantasmata cō uerti: posset nihilominus ipas substantias sepatas: scilicet angelos uel demones naturali cognitione uidere: q̄uis non deum: quod nulli crea ture conceditur sine gratia. ¶ Ex quibus colligi potest ꝙ anima post mortem tribus modis intelligit. Vno modo per species: quas recepit dum erat in corpore. Alio modo per species in ipsa sua separatione a corpore sibi diuinitus infusas. Tertio modo uidendo substantias se paratas: & in eis species rerum intuendo. Sed hoc ultimum nō subia cet eius arbitrio: sed magis arbitrio substantiæ separatæ. quæ suam in telligentiam aperit loquendo: & claudit tacendo. Quæ quidem lo quutio: qualis sit: superius explicatum est: ubi de differentiis animæ ra tionalis & angeli pertractauimus. ¶ Hæc beatus Thomas in questio nibus disputatis. q. decima nona ar. primo. ¶ Ad primum igitur di cendum: ꝙ philosophus in tertio de anima non loquitur nisi de intel lectu corpori coniuncto. Alias enim consideratio de intellectu ad na turalem non pertineret. ¶ Ad replicā dicitur: ꝙ q̄uis eadem sit natu ra aiæ ante mortem & post mortem: quātū ad rōnem spēi: tamē non ē idem modus essendi: & per consequens: nec idem modus operandi. ¶ Ad secūdū dicēdū ꝙ in anima separata remanebit potentia intel lectiua: & intellectus agens & possibilis: huiusmodi enim potētiæ nō causantur in anima ex corpore: q̄uis in anima corpori unita existen tes aliquem ordinem habeant ad corpus: quem non habebunt in ani ma separata. ¶ Ad illud intelligere & considerare corrumpūtur: quo dam interius corrupto &c. Dicitur ꝙ philosophus loquitur de intel ligere: quod nunc nobis competit in ordine ad fantasmata. Hoc enim impeditur impedito organo corporali totaliter: & corrum

pitur eo corrupto. ¶ Sed adhuc unus puus scrupulus restat. Si enim anima separata intelligit per species sibi diuinitus infusas. Quomodo substentari & probiliter teneri potest ꝙ deus infundat dona sua existẽtibus in inferno. Sequitur ergo: ꝙ animæ damnatæ non intelligunt: uel ꝙ non intelligant per species infusas. Dicit ad hoc doctor. S. ubi supra ꝙ infusio donorum gratuitorum non pertingit ad eos: qui sunt in inferno: sed eorum quæ ad statum naturæ pertinent: participatione non priuãť. Nihil enĩ est uniuersalis boni participatione priuatum: ut dicit Dionisius in. ii. ca. ce. hierar. Prædicta aũt specierũ ĩfusio: quæ fit in separatione animæ a corpore pertinet ad conditionem naturæ substantiæ separate. Et ideo huiusmodi infusione nec animæ damnatorũ priuantur. ¶ Hæc ille. Præfatus etiam doctor in pria parte. q. lxxxix. ar. i. ad tertium de cognitione animæ separate sic effatur. Anima separata non intelligit per species innatas: nec per species: quas tunc abstrahat: nec solum per species conseruatas: quia ꝗuis possit intelligere per species: quas in corpore acquisiuit: tamen ille species usquequaꝙ nõ sufficiunt: sed p spẽs: ex influentia diuini luminis participatas: quatũ anima fit ꝑticeps: sicut aliæ substantiæ sepatæ: ꝗuis ĩferiori mõ. unde quã cito cessante conuersione ad corpus ad supiora conuertiť. ¶ Sed. iii. Quodlibet ar. i. de cognitione animæ separatæ sic iterũ inqt. Cũ nulla substantia destituatur sua propria opatiõe & aĩa ĩtellectiua post mortẽ remaneat: necesse est ponere: ꝙ aliquo mõ ĩtelligatᷣ. Impossibile est autẽ ei alterũ trium modorũ ĩtelligendi non attribuere. Vt. s. ĩtelligãt uel abstrahendo spẽs ĩtelligibiles a rebꝰ: sicut nũc ĩtelligit corpori unitas: uel p spẽs ĩtelligibiles in corpore acqsitas: & in ea cõseruatas post mortẽ: uel ẽt p aliqs spẽs cõcreatas: uel qualitercũqꝫ desup ĩfluxas. qdã ergo dicũt: ꝙ aĩæ sepatæ ĩtelligunt abstrahendo species ĩtelligibiles a rebus. Sed hoc esse nõ potest. Abstractio enĩ specierꝝ ĩtelligibilium a rebus sensibilibus fit mediante sensu & imaginatione: quorum operationes: cum sint per organa corporalia: animæ separatæ attribui non possunt. Vnde alii hoc negantes dicunt ulterius: ꝙ nec etiam per species acquisitas a rebus sensibilibus: dum esset in corpore: anima separata intelligit: Ponunt enim Auicennam sequentes: ꝙ species intelligibiles non conseruantur in ĩtellectu possibili: nisi dum actu ĩtelligit: sed conseruantur species particulares reꝝ sensibiliũ solum in imaginatiua & mẽoratiua: ad q̃s dũ ĩtellectꝰ possibilis se cõuertit: d̃ nouo ĩfluũt ĩ ipm spẽs ĩtelligbiles ab ĩtellectu agẽte. Cũ ergo uis memoratiua & imagĩatiua corrũpať corpe corrupto eo ꝙ ẽ uirtꝰ orgãi corpalis: seqť

ꝙ anima post mortem nullo modo intelligere possit per aliquas species a rebus sensibilibus acceptas. Vnde relinquitur ꝼm eos: ꝙ anima separata intelligat per species concreatas: sicut & angeli. ℂ Sed hæc quidem positio irrationalis uidetur quantum ad utrūq; dictorum. ꝙ enim species intelligibiles in intellectu possibili non conseruentur: est contra rationem. Quod enim in aliquo recipitur: est in eo per modū recipientis. Vnde cum intellectus possibilis habeat esse stabile & imobile: oportet: ꝙ species intelligibiles in eo recipiantur stabiliter & imobiliter: Est etiam contra Aristotelem: qui dicit in tertio de anima: ꝙ itellectus possibilis: cum sciat singula: hoc est accipiens species singulorꝫ ut sciens: idest sicut contingit in scientia: uel in eo: qui habet scientiam tunc dicitur ꝼm actum. Hoc autem confestim accidit: cū possit operari per seipsum. Est quidem ergo & tūc potētia quodāmō: nō tñ simpliciter: sicut ante addiscere: aut inuenire. Ex quib⁹ uerbis apparet: ꝙ species intelligibiles quādoq; sunt habitu ĩ ĩtellectu possibili: q̄uis actu nō operentur. Illud etiam: quod dicunt animam humanam habere spēs ĩtelligibiles cōcreatas irrationabiliter dr̄. Si enim potest eis uti: dū est corpori unita: seqtur ꝙ potest homo ĩtelligere ea: quorum sensūm nō accepit: ut puta: ꝙ cæcus intelligat colores: Quod patet esse falsum: Si autem per unionem corporis totaliter ĩpeditur aĩa humana: ut speciebus intelligibilibus concreatis uti non possit: sequitur ꝙ unio corporis: & animæ non sit naturalis: id enim: quod est in natura rei: nō totaliter impeditur per aliquid: quod est rei naturale: alioquin natura faceret alterum illorum frustra. ℂ Sic ergo dicēdum est: ꝙ anima sepata intelligere potest quædam per species ĩtelligibiles: quas per sensus a rebus acquisiuit: dum esset in corpe. Sed ille modus cognoscendi non sufficit: quia multa cognoscit anima sepata: quæ nos in hac uita non cognoscimus. maxime quia inconueniens uidetur: ꝙ animæ illorum: qui in maternis uteris moriuntur: quæ forte nullum intellectus usum habuerunt: & per consequens nec aliquas species intelligibiles acquisitas: nihil post mortem intelligant. Vnde oportet addere: ꝙ anima in sui sepatione a corpore recipit influxum specierum intelligibilium a natura superiori: scilicet diuina ꝼm naturalem ordinem: quo experimur: ꝙ anima humana: quanto magis a corporeis sensib⁹ abstrahitur: tanto magis potest esse pticeps superioris influxus: sicut patet in dormientibus & alienatis: qui etiam quædā futura preuident. ℂ hæc ille. Sed nūquid aĩa sepata oĩa naturalia cognoscat? Respondet p̄fatus doctor ĩ prima pte. q. lxxxix. arti. iii. Aĩa ingt sepata itelligit p spēs sepatas: quas recipit ex influētia diuini luminis: sicut & an-

agere possunt:hoc est s̃m formam. Et ideo per eas non possunt singularia cognosci:nisi forte inquãtum recipiũtur in aliqua potẽtia utẽte organo corporali:i qua quodãmõ materialiter:& sic pticulariter recipiũtur. In itellectu uero:q ẽ a materia imunis: nõ potest esse principium uniuersalis cognitiõis:nisi forte p quãdã reflexionẽ ad fantasmata:a qbus itelligibiles spẽs abstrahũtur:q̃ reflexio post mortẽ corruptis fantasmatibus esse nõ poterit. Poterit tñ oĩa huiusmodi uniuersalia ad singularia applicare:quorũ notitiã p aliã cognitionẽ habet hæc ille. ¶Et nota:ꝙ localis distãtia nõ ipedit cognitionẽ animarũ separataꝝ. Vñ Thomas in prima parte.q.lxxxviiii.arti.vii. Anima ingt separata per influxum specierũ ex diuino lumine singularia itelligit. Q̃d quidẽ lumen equaliter se habet ad propinquũ & distãs. Vñ distãtia localis nullo mõ ipedit animæ sepatæ cognitionẽ hec ille. ¶Aliqs etiã ambiguus fortasse ẽ: Vtrũ animæ sepatæ cognoscãt ea:quæ hic agũtur. Et uidetur ꝙ sic. Nisi enim ea cognoscerent:de eis curam non haberent. Sed hñt curam de hiis:quæ hic aguntur:s̃m illud lucæ.xvi.habeo qnqꝫ fratres:ut testetur illis:ne & ipsi ueniant in hunc locum tormẽtorum. Ergo animæ sepate cognoscũt ea:quæ hic agũtur. ¶Preterea frequẽter mortui uiuis apparent:uel dormientibus uel uigilãtibus:ut eos admoneãt de iis:quæ hic agũtur:sicut samuel apparuit sauli:ut habetur primi regum.xxviii. Sed hoc nõ esset:si ea:q̃ hic sunt:nõ cognoscerent. Ergo ea:quæ hic fiunt cognoscunt. ¶Ad hæc. Animæ separatæ cognoscũt ea:q̃ apud eas aguntur. Si ergo:q̃ apud nos aguntur:non cognoscerent:impediretur eorum cognitio per localẽ distantiam. Quod supra negatum est. Ad hoc respondetur ex int n tione sancti doctoris in prima parte.q.lxxxix.arti.viii.ꝙ s̃m naturalem cognitionẽ:de qua nunc hic agitur:animæ mortuorum nesciũt quæ hic aguntur. Et ratio est:quia anima sepata p influentiã specierũ a deo nõ cognoscit singularia:nisi,p hoc.ꝙ quodãmõ determinatur ad illa: Vel per uestigium alicuius precedentis cognitionis:uel per aliquã effectionẽ:uel p naturalẽ uel p diuinã ordinationẽ. Animæ autẽ mortuorũ s̃m ordinationẽ diuinã & s̃m modũ essendi segregate sunt a conuersatione uiuentium:& cõiuncte conuersationi spiritualiũ substãtiaꝝ:q̃ sũt a corpore sepatæ. Vnde ea:q̃ apud nos agũtur ignorãt. & hãc rõnẽ assignat Grego.i.xii.moraliũ dicẽs. Mortui uitã i carne uiuẽtiũ post eos qualiter disponaƭ nesciũt:qa uita spiritus lõge ẽ a uita carnis:& sicut corporea atqꝫ icorporea diuersa sunt genere:ita distincta cognitõe: ¶Hæc ille. Et hoc etiã uƭ Augustinus tãgere i li. de cura p mortuis agẽda dicẽs. Animæ mortuoꝝ reb⁹ uiuẽtiũ nõ itersunt

enim corpora consumit natura ignis secundum Auicennam: quia nullum cor pus diu in igne durare potest quin laedatur & corrumpatur: Unde phi losophus in .iiii. Metaurorum dicit quod ignis est maxime uirtutis inter reliqua elementa: & caetera corpora consumit: & ea sibi assimilat pro pter actiuitatem suam. Cum ergo ignis sit ualde afflictiuus: & cor pora sensibilia plus affligat: quam nullum aliud corpus: maxime ac comodatur damnatorum hominum corporibus excruciandis: quae quidem diuina ita exigente iustitia summo dolore: & maxime afficien da sunt supplicio. Eadem igitur pena corpus & anima puniri debent: quae in culpa pariter exarserunt. Sed damnatorum corpora post iudi cium ueraciter ab illo igne torquebuntur: ergo etiam ante iudicium damnatae animae debent ab illo igne puniri. Has rationes tangit Di uus Thomas in uigesima prima questione libri de anima dicens. Pae na ignis non solum est animarum sed etiam corporum. Propter hoc ponitur ignis maxime paena infernalis: quoniam ignis est maxime cor porum afflictiuus: nihilominus tamen etiam animae erunt afflictae. cõ petit etiam amori inordinato: qui est principium peccandi: ut sicut cae lum empireum idest igneum respondet igni charitatis: ita ignis infer ni respondet igni illiciti desiderii & inordinati amoris. Haec ille. Est er go ignis conueniens damnatorum paena: non solum corporum: sed etiam animarum plusq̃ aer uel terra: aut aqua Qui quidem ignis nõ ẽ imaginarius: uel metaphoricae dictus: sed uerus ignis corporeus & ma terialis eiusdem speciei existens cum igne: qui apud nos est quantum ad id: quod habet de natura ignis: ut dicit Thomas in quarto. Habet ta men quasdam proprietates differẽtes ab igne nostro, sicut quod lignis nõ nutritur: nec ab homine succenditur. Sed iste proprietates non osten dunt diuersitatem in specie: quantum ad id: quod pertinet ad naturam ignis. Utrum autem sit in propria uel in aliena materia. theologi ne sciunt. Et secundum hoc potest materialiter differre ab igne nostro: sicut flã ma: carbo & ferrum ignitum materialiter differũt licet formaliter sint unum & idem. ¶ Ab hoc igitur igne puniuntur & patiuntur nunc demones & animae scelestae corporibus suis exutae: cum ipsa ueri tas ignem illum hominibus malis & spiritibus lapsis paratum esse dicat dicens Mathei uigesimoquito. Ite maledicti in ignẽ aeternum: q

paratus est diabolo & angelis eius. ¶ Sed qualiter anima corporis ergastulo soluta: aut reprobi spiritus ab illo igne pati possint: curiosa ac diligenti indagine perscrutandum est. Prima igitur opinio est nonnullorum poetarum: & aliquorum: qui in ipsos commentarios ediderunt dicentium. Animam post mortem ab igne pati: nihil aliud esse q̄ animam in corpus terrenum intrare: eo ꝙ ignis causatur a re ex terra ortum habente. Non enim: ut aiunt nonnulli professores huius opinionis: omnes animæ ad corpora redeunt: sed ille duntaxat: quæ uitiorū illecebris implicitæ fuerunt: Quæ uero bene & ꝯm uirtutem uixerūt ad corpora non redeunt: ergo ꝯm istos: pati animæ post mortem nihil aliud est: nisi animam iterum ad corpus redire ꝙ si sit terrenum corpꝰ hoc sit animam ab igne pati. earum autem: que ad corpora remigrāt animarum triplex est discretio siue distinctio ꝯm ipsos. Nam quæ male uixerunt in corpora uolucrum & uolatilium intrāt: quæ deterius ī pisces: quæ autem pessime & scelestissime uixerunt: in terrena corpora remigrant. Hāc igitur opinionem tenet & recitat Seruius grammaticus in sextum librum Virgilii in expositione horum carminum: de penis animarum differētium. ¶ Ergo excercentur pænis: ueterumq; malorum. ¶ Supplicia expendunt. Aliæ pandūtur inanes. ¶ Suspēsæ ad uentos. Aliis sub gurgite uasto. ¶ Infectum eluitur scelus: aut exuritur igni. Per ignem ergo intelligit seruius terrena corpora: quia ignis: qui apud nos: est: habet corpora terrena pro materia. Per aquā marina corpora: idest pisces: per uentos autem aerea corpora uult intelligi: quæ sunt uolatilia. Primus inuentor huius opinionis ut hieronimus dicit: fuit pythagoras. Ipse enim primus transcorporationem posuit. Quā postea etiam diuinus ille plato. Plotinus. Porphirius Archytas ille tarentinus. Macrobius: & poetæ quasi omnes tenuerunt. Vnde Virgilius. in. vi.

¶ Has omnes: ubi mille rotam uoluere per annos.
¶ Læthæum ad fluuium deus euocat agmine magno.
¶ Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant.
¶ Rursus & incipiant in corpora uelle reuerti. De platone & porphirio testatur Augustinus libro. x. de ci. dei. ca. xxx. Platonem inq̄t animas hominū post mortem reuolui usq; in corpora bestiarum scripsisse certissimum est hanc sententiam plato doctor tenuit & platonis discipulo porphirio tamen iure displicuit. In hominum sane: non sua: q̄ dimiserant: sed in alia corpora redire humanas animas arbitratus est. Puduit scilicet illud credere ne mater fortasse filium in mulam reuoluta uectaret: aut filius patrem in turdum conuersum manducaret: &

nō puduit hoc credere:ne reuoluta mater in filiam:filio forsitan nuberet. ¶ Hæc autem opinio sui originem erroris sumpsit ex hoc quia p̄fati uiri alioquin doctissimi credidere humanas animas ab æterno semper fuisse in diuinis thesauris: & sic putauerunt animam esse talis naturæ:ut necessario semper alicui corpori uniatur & ſm diuersa temporum spacia:ac uarias orbium reuolutiones corpus mutare. augendo conditionē:si bene uixisset:uel diminuendo si male. ¶ Seruius tamen in expositione illius uersus. ¶ Animæ:quibus altera fato corpora debentur:dicit non omnes animas ad corpora reuerti. Sed paulopost dicit:ꝙ animæ:quæ male uixerunt:statim redeunt ad corpora:quæ melius:tardius:quæ uero optime: diuitissimo tempore sunt cum numinibus. Dicunt etiam isti deum optimum maximumq; creasse corpora in pænam animarum:& spirituum:quos apostatas appellant. Et quoticiescunq; anima in corpus terrenum intrabat.hoc erat animam ab igne pati:quæ quidem opinio reprobata est supius in scdo capite ex ītētiōe Aristotelis: ꝗa sicut unū corp⁹ nō potest habere duas animas: ita una anima non potest duo corpora informare:nec simul & in eodem tempore neq; successiue. Corpora enim quæ resument animæ in resurrectione:erunt numero eadem:quæ prius fuerunt:non ꝙ omnia corpora erunt unum corpus numero:sed ꝙ unaquæq; anima resumet idem corpus:numero:quod prius habuit. Et ideo impossibile est unam animam duobus corporibus conuenire. Non igitur pati anime ab igne:ē animam in terrenum corpus remigrare:sicut prædicta fingit opinio. ¶ Secunda opinio est dicentium animam non cruciari:nisi per priuationem desiderati boni ex qua priuatione:tanq̄ quodam malo præsenti:uehemens in ea tristitia generatur :huius opinionis fuit Algazel libro.v.phisicorum.c.iiii. Vbi dicit de anima:quæ in corpore fuit amatrix corporalium uoluptatum:ꝙ illa dispositio propter usum ip̄rimit in ea: & inhæret uehæmenter desiderium eius ad illam. Postea uero p̄ mortem instrumento rei desiderate amisso:remanet desiderium eius & amor. Et hic est cruciatus ineffabilis. Ergo ſm istam opinionem nō accipitur hic ignis proprie:sed transsumptiue & metaphorice ſm quādam translationem oratoriam:ſm quā ignis significat amorem & desiderium. Vnde Virgilius in.iiii. At regina graui iandudum saucia cura. ¶ Vulnus alit uenis:& cæco carpitur igni &c ibi enim ignis significat amorem. Terētius in eunucho. Accede ad hunc ignem:& iā calesces plus satis. Ardere etiam significat desiderare. Cicero in epistolis Ardeo cupiditate incredibili nomen ut nostrum scriptis illustretur:& celebret tuis. Accipit igitur Algazel ignem:quo affligitur ani-

ma post mortem: ſm quandam translationem uidelicet pro amore & desiderio. Quae quidem positio falsa est ex iis: que superius annotata sunt: quia infernalis ignis non est similitudinarius uel metaphorice dictus: Sed uerus ignis materialis & corporeus. Deficit etiam i hoc haec secunda opinio: quia diabolus & angeli eius patiũtur ab illo igne: qui nunq̄ habuerunt corpora sibi naturaliter unita. Et ideo stante ista opinione: non posset ignis infernalis ad demones applicari. ¶ Tertia opinio est eorum: qui dixerunt animam corpore exutã cruciari igne corporeo: inquantum uident ipsum praeparatum ad hoc, ut eo crucietur postq̄ corpus iu resurrectione resumpserit: sicut latro aliquo patibulo cruciandus: uel in furca suspẽdendus: uidendo ipsum patibulum: uel furcam mentaliter cruciatur: anteq̄ corporaliter puniatur. Et saepenumero timor futurae mortis paenalior est ipsa morte: ut dicit Ouidius. Adiudicati enim ad mortem ex consideratione ipsius futurae mortis maxime affliguntur & dolent. Cum igitur animae damnatorum sciãt infallibiliter: ꝙ resumpta corpora ipsarum ab illo igne cruciabuntur per ueram immissionem: ex ipsa consideratione ignis nocituri uerissime cruciantur mentaliter. Et hae quidem plus: aliae uero minus: ſm ꝙ maiori uel minori afflictioni corporali sciunt resumpta corpora esse adiudicanda. Sed haec opinio sicut & praecedens in hoc deficit q̄a hoc nõ põt ad malos angelos applicari cum sint incorporei: qui tamẽ ipa ueritate attestante: ab illo igne puniuntur. Est ergo repudianda tanq̄ falsa. ¶ Et ideo opinio quarta dicit: ꝙ aliter pũitur anima: & aliter diabolus ab illo igne: quia ignis inferni non ponitur corporeus: nisi q̄a afflicturus corpora damnatorum post resurrectionem. Si eni post mortem puniretur solum anima: nullus ignem inferni posuisset corporeũ Dñt ergo isti: ꝙ aĩae reprobae patiunt̃ ab illo igne ſm ueritatẽ eo mõ: quo dicit ꝑcedẽs opĩo: quã imediate recitaui: eo ꝙ ignis ille corpe⁹ añ resurrectionẽ tiorẽ & horrorẽ: & cõsequẽter tristitiã uere aĩe igerit q p⁹ resurrectionẽ corpa ueraciter exuret: nec tamẽ ea consumet. Sed ſm istos. Demones patiũt̃ ab illo igne ſm quãdã adaptationem .i. p quandã anologiã & similitudinẽ: eo ꝙ nos sumus paupes uocabulorũ: nec possumus exprimere res supnaturales: nisi p terminos & uocabula horũ iferioꝝ p similitudinẽ quãdã in ipsis reptam. Et sic spũs angelicus: qui nũq̄ unit̃ corpori: ut forma: affligit̃ p quãdã similitudinẽ & adaptationem. Spiritualis eni angor & tristitia: cum nõ possit a nobis sufficiẽter exprimi: necesse est ꝙ per tristitias & dolores corporales figuraliter exprimatur iuxta propheticum illud. Ibi dolores ut parturientis:

quia mulier cum parit:dolorem & tristitiam habet.Et sic cum summu⁹ dolor sensibilis sit ille:quem infert ignis:qui est maxime actiuus:& cō sequenter afflictiuus:ut diximus:Tristitia & dolor spiritualis in ange lis:& si non sit ab igne ſm rem: tamē pp suam uehementiam dicitur ab igne ſm quādā similitudinem & adoptationem.Et pp imēsitatē tri stitiæ:spiritualisq; doloris uehementiam dicuntur pati ab igne:ita q; p ignem illa doloris spiritualis magnitudo exprimitur. Anima uero pa‑ titur ſm rei ueritatem eo modo:quem supra dixim⁹.Sed hæc opinio non est tuta:ut dicit Petrus de palude:quia ut sic demones affligerēt solum dolore carētiæ diuinæ uisionis propter suum peccatum. Et sic non paterentur ab igne:quod non uidetur tutum in fide:cū ille ignis uideatur esse principaliter pp demones Mathei.xxv.Ite male.in ignē æternū:qui paratus est diabolo & angelis eius. ¶ Quinta opinio est nonnullorum::qui putauerunt spirituales substātias pati ab igne cor poreo inquātū itellectui demonis uel animæ imprimitur superexcel lens ignis similitudo.Sed neq; hec opinio satisfacit:immo stare nō pōt qa ſm phm.in.iii.de aia:q̄uis excellēs sensibile corrūpat sensum:& p̄ cipue sensibile ſm tactum:tamen excellens itelligibile nō corrumpit: imo magis perficit intellectū.Sensus enim per organum corporeum appræhendit:itellectus autem non:cum non sit potentia organo affi xa:ut sæpenumero superius fuit explicatum:¶ Præterea ſm Ricar‑ dū dici nō pōt:q; ignis ille qcūq; sit:improportionatum intellectus sit obiectum: cum possit intelligere:id quod est igne supius inferius.Sen sus enim post excellēs sensibile ipedit in sentiēdo:sed itellect⁹ post ex cellēs itelligibile nō impedit i itelligēdo: nec minus itelligit isima:sed magis.Et iō nullus ignis pōt eē obiectū non proportionatum intelle‑ ctui.¶ Sexta opinio ē origenis:q attēdēs passionē in aia proprie esse non posse:dixit:Omnia quæ dicuntur in sacris litteris de penis corpali bus damnatorum:intelligenda eē metaphorice & spiritualiter:ut sci‑ licet p huiusmodi corporales pœnas apud nos notas significarentur afflictiones spirituales:quib⁹ damnati spiritus & animæ puniuntur: si‑ cut econtrario per corporales delectationes repromissas in scripturas intelligimus spirituales delectationes beatorum.Sed hanc opinionē impugnat doctor.s.in q̄stiōibus disputatis de ueritate. q.xxvi. Quia inquit resurrectionem credentes:non solum credimus futuram esse pœnā spirituū:sed ēt corpoꝝ.Corpa uero puniri ñ possūt: nisi corpali pœna.Eadē aūt hoib⁹ post resurrectionē:& spiritib⁹ debetur:ut patet: Mathei.xxv.Ite maledicti &c.Iō oportet dicere ut probat Augustinus

xii.de ciuitate dei.Ipsos spiritus pœnis corporalibus aliqualiter affici. Nec est simile de gloria beatorum:& pœna damnatorum:quia beati sublimantur in id:quod eorum naturam excedit. Vnde beatificātur per fruitionem diuinitatis. Dānati uero deprimuntur in id:quod sub eis est. Vnde corporalibus pœnis puniuntur. ¶Hæc Thomas ibidē. ¶Septia opio fuit Auic.dicētis aīam separatā affici qdē aliqbus pœnis nō quidem corporalibus:tamē corpalib⁹ similib⁹qb⁹ similes sunt illæ pœne:per quas affliguntur dormientes. Vnde præfatus Auicenna ī nono methaphisicæ suæ capitulo ultimo de pœnis animarum:corporis ergastulo solutarum sic dicit. Animæ male uident pœnam quam imaginauerant in hoc mundo:& affliguntur ea. Forma enim imaginata non est debilior sensibili:sed est maior in impressione:sicut uidemus in somniis. Fortasse enim somniatum maius ē pro modulo suo: q̄ sensibile. Et nos aliquando expti sumus:ꝙ aliquis magis cruciatur ex somnio ex tali appræhensione fantastica alicuius disconuenientis q̄ affligeretur quandoq̧ in uigilia ex præsentia eiusdem. Quāto magis illud:quod est in alio sæculo:fortius est:q̄ quod est ī somnis ꝑpter paucitatē ipediētiū:& explicationē aīe:& claritatē recipiētis. Hæc ille. Hanc opinionem impugnat Thomas in questionibus disputatis.q.xxvi.dicens:Hoc esse impossibile:quoniam huiusmodi similitudines corporum non possunt esse intelligibiles:quia ille sunt uniuersales: ex quarum consideratione afflictio animæ non infertur:sed magis io cūditas in consideratione ueritatis. Vnde oportet ꝙ intelligatur de similitudinbus imaginariis:quæ quidem esse non possunt:nisi in organo corporali:ut probatur a phīs:quod quidem & animæ separate: & spiritibus diabolicis deest: ¶Hæc ille. Scotus etiam in quarto. S.dist. xliiii.q.secunda.contra prædictam opinionem Auicennæ sic arguit. Aut inquit uera appræhensione apprehendit ignem:ut disconuenientem sibi:aut falsā. Si uera oporteret ponere modum illius disconuenientiæ:qui non apparet possibilis:quia tāq̄ contrarium realiter corruptiuum :nullo modo potest esse disconueniens:nec a ratiōe:nec a uoluntate:qa obiectū:ut obiectū est cōueniēs potētiæ: Si falsa sequit̄ primo:quod non ab igne:sed a sua falsa estimatione cruciatur. Secundo si illa falsa aut uana estimatio ē a deo:deus erit imediata causa deceptionis. Si autem ab ipso angelo:non uidetur probabile:quia secūdū Dionysium de di.no.Naturalia sunt in eis splēdidissima:ergo possūt naturaliter apprehendere: ꝙ ignis non est eis disconueniens. Vnde Gregorius ubi supra anima non solum uidendo:sed etiam experiēdo incendium patitur. ¶Hæc Scotus ad litteram loco præallegato.

¶ Octaua opinio uidetur esse beati Gregorii in quarto dialogorum uel si non est sua: ipsam tamen recitat dicens. Eo ipso patitur aia: quo ignem uidet. Ergo ṡm illam opinionem: hoc ipsum : quod est ignem uidere: est animam ab igne pati. Sed contra: Anima non potest uidere ignem nisi intelligibiliter: sed intelligibile est perfectio intelligētis: ergo ex tali uisione non punitur anima: sed magis perficitur. Vnde Thomas in quarto & in questionibus disputatis contra prædictā opinionē sic arguit. Omne uisum: ex hoc: qđ est uisum: est perfectio uidentis. Ergo ex hoc: ꝙ ignis est uisus: nō dicit afflictionem: sed magis delectationem: & ideo nō potest ignis in pœnam animæ cedere: in quātum uisus. Sed quandoꝙ uisum est punitiuū & contristans per accidens: in quātum scilicet apprehenditur: ut nociuū. Vnde oportet: ꝙ pter hoc: ꝙ aia ignem illum uidet: sit aliqua proportio animæ ad ignē siue cōpactio ṡm quam ignis animæ noceat. ¶ Et ideo pro nona opinione alii dixerunt: ꝙ q̄uis ignis corporeus non potest animam exurere: tamen anima apprehendit ipsum: ut nociuū sibi: & ad talē apprehensionē afficitur timore & dolore: iuxta dauidicum illud. Illic trepidauerunt timore: ubi non erat timor. Vnde Gregorius ibidē. Quia anima cremari se conspicit: crematur. ¶ Contra: Si hoc eēt uerum: passio animæ non esset ab igne ṡm rei ueritatē: sed ṡm apparentiā tm̄ Quāuis eni esse possit uera passio tristitiæ uel doloris ex aliqua falsa imaginatiōe: ut dicit Augustinus. xii. super geñ. ad litterā: tñ non pōt dici: ꝙ ṡm illā passionē uere patiatur a re: sed a similitudine rei: quam concipit. & iterum iste modus passiōis magis recederet a reali passiōe q̄ ille: qui ponitur per imaginarias uisiones: cum ille dicatur per ueras imagines rerum esse: quas anima secum defert: iste autem per falsas conceptiones: quas anima errans fingit. et iterum non est probabile: ꝙ animæ separatæ uel saltem demones: qui subtilitate & acumine ingenii pollent: putarent ignem illum corporeum sibi obesse aut nocere posse: si ab eo nullatenus pati aut grauari possent. ¶ Decima opinio est Henrici de gandauo: qui in suis quodlibet questiōe. xxxiiii. octaui quodlibet tenet: ꝙ tā aia q̄ diabolus patiunẗ ab igne corporeo p ueꝛā imissionem: siue per imissionē noue dispositionis. Passio per imissionem: seu passio imissiua nihil aliud est : nisi passio physica: siue passio abiiciens. Dicitur autem passio immissiua seu passio per imissionem: quia talis consistit in immissione formæ disconuenientis: eo ꝙ agens semper aliquid imprimit in paciente: ratione cuius dicimus: ꝙ patiens semper aliquid recipit ab agente: & omnis passio est receptio quædam. sit deo passio imissiua: seu passio per imissionem non iniu-

ria appellatur. Dicitur etiam ut dixi: passio abiiciens: quia talis passio: sicut consistit in immissione formæ disconuenientis: ita etiam consistit in abiectione formæ conuenientis: ratione cuius dixit philosoph⁹ in topicis: ꝙ passio semper adiicit aliquid a substantia. Et ideo passio ēt abiiciens appellatur. Passio igitur physica: siue passio proprie dicta: nihil aliud est: nisi abiectio formæ conuenientis: & imussio seu introductio formæ disconuenientis. Dicit ergo Henricus de gandauo: ꝙ tali passione patitur anima & diabolus ab igne inferni. ponit enim modū cōem patiendi utriqꝫ. Sed contra predictam opinionem sic arguit dominus Petrus de palude in quarto. S. Nam principium passionis: q̄ est per imissionem: semper est aliqua forma ipsius angentis: quia passio per imissionem semp est aliqua forma ipsius agentis: quia passio per immissionem fit per receptionem alicuius formæ in pātiente: ut diximus. Illud autem quod non dat alicui nouam formam: non dat ei ꝙ possit pati aut affligi per imissionem formæ. Sed ignis nullam formam nouam imittere potest in animam: neqꝫ substantialem: neqꝫ accidentalem: quia anima nec calefieri: nec exsiccari potest ab igne: ergo ignis non agit in animam per formam imissam. ¶ Preterea si anima uel diabolus affligerētur per imissionem formæ: forma imissa: aut esset corporalis: aut spiritualis: non corporalis: quia spiritus non est susceptiuus alicuius formæ corporalis: nec spiritualis: quia illa non posset esse afflictiua: quia nihil abiicit: quod sit natura conueniens: eo ꝙ non habet contrarietatem ad aliquam formam naturalem: ergo ꝑ ueram imissionem non affligitur anima. ¶ Si dicatur. ꝙ ignis non imittit aliquā formam: nisi afflictionem. ¶ Contra obiectum præcedit actum ordine saltem naturæ: ergo oportet ꝙ ille ignis sit prius animæ nociuus: ut possit sequi afflictio i anima. Si ergo ignis affligit animam separatam per imissionem afflictiuam: oportet ꝙ prius aliquid imittat: quod noceat: q̄ ꝙ cognitum causet afflictionem. Ergo idem: quod prius. ¶ Præterea. Afflictio uerus consistit in abiectione formæ conuenientis q̄ in receptione cuiuscūqꝫ formæ: quia receptio cuiuscūqꝫ formæ non est disconueniens: & consequenter non est afflictiua: nisi quatenus abiicit aliam formam naturæ conuenientem. In assignando ergo modum: quo anima patitur ab igne uera & reali passiōe per immissionem: potissime deberet dici: quæ est forma uel perfectio animæ separate conueniens: quæ aufertur per formam ab igne imissam. Hoc autem non potest fieri: nec facile est hoc fingere. Non ergo anima separata uel demones possunt pati ab igne materiali per imissionem. ¶ Hæc omnia Petrus de palude loco prætallegato. ¶ Non

nulli igitur prædicta inconuenientia declinare cupientes dixerunt q̃dem animam corpore exutam affligi ab igne materiali & corporeo per ueram & realem immissionem: sicut præcedens opinio: sed dicũt isti: ꝙ uirtute diuina superadditur animæ separatæ uel demoni aliqua uirtus seu habitus supernaturalis propter noxam & reatum peccati: & per illum habitum subiicitur corpori agenti: hoc est ipsi igni corporeo: ut possit ab eo pati: quia secundum se spiritus non posset ab eo affligi. Et hæc est opinio undecima: ratio huius opinionis est sola ut dixi: fuga inconuenientium: quia cum isti non possint ostendere qualiter anima separata posset aliquid recipere: per quod affligeretur adinuenerunt nouam uiam: ꝙ hoc poterat fieri mediante aliquo sibi diuinitus adiuncto. ¶ Sed contra prædictam opinionem iterum sic arguit dominus Petrus de palude dicens: aut illud additum animæ ẽ corporeum: aut spirituale. Si spirituale: equalis dubitatio est: qualiter anima separata: quæ est spiritus: possit pati ab igne corporeo mediante illo: sicut sine illo: quia ubiq; est eadem ratio. Si autem illud additũ sit corporeum: aut facit unum suppositum cum anima: aut non. Si ñ tunc anima ratione ipsius non poterit pati: quia distinctorum numero sunt distinctæ actiones & passiones. Si uero sunt unum secundum suppositum: aut illud est subiectum animæ: aut anima est subiectum illius. Non primum: quia subiectum animæ non est nisi suum corpus ex quibus coniunctis resultat homo. Et sic non esset separata de qua loquimur. Si dicatur: ꝙ anima sit subiectum illius additi: quod ponitur corporale accidens: tunc dubitamus: qualiter potest recipere causalitatem: uel quãcũq; qualitatem corpoream. ¶ Hæc ille. Hanc etiã opinionem Scotus sic impugnat. Dicitur ꝙ spiritui datur quidam habitus supernaturalis propter demeritum peccati: & per illum habitum subiicitur corporali agenti. ¶ Contra hoc. Aut ille habitus est forma corporalis: aut spiritualis. Si corporalis ita potest deus dare illum habitum angelo: ut inhæreat: sicut ꝙ angelus sit albus: uel lapis sapiens: quia æqualis est repugnantia utrobiq; suscipientis ad susceptum. Si spiritualis: ergo non per illum magis est passum proportionatum corpori: ut agenti. q̃ prius. ¶ Præterea habitus non est: quo simpliciter possumus: sed quo aliqualiter possumus. Ergo in quo nõ est potentia simpliciter ad agere uel pati: in eo non est potentia ad sic agere: uel pati. Sed ĩ natura illa nõ ẽ sufficiẽter potẽtia ad pati. nec ille habit⁹ põt dare posse: qa nõ ẽ potẽtia. ¶ Præterea illa pœna reciperetur imediate ĩ illo habitu: tanq̃ in proximo receptiuo: imo nec mediate in ipsa natura angeli si repugnet illi naturæ. Et si detur primum:

sequitur: ꝙ ille habitus separatus ab angelo posset puniri eadem pœna Si secundum sequitur ꝙ nullo modo angelus punitur: sed tantum ille habit⁹. ¶ Hæc ille in .iiii. di. xxxxiiii. ¶ Alii uero dixerunt ꝙ anima separata suis sensibus utitur. Vnde ignem materialem sentiendo: ab igne punitur. Et hæc est opinio duodecima. Sed contra istam opinionem sic arguit doctor sanctus in questio. dispu. de ueritate. q. xxvi. Istud inquit non uidetur uerum: primo quidem quia actus sensitiuarum potentiarum esse non possunt: nisi mediantibus organis corporalibus: alias animæ sensibiles brutorum eẽnt incorruptibiles: utpote per se suas potentes habere operationes. ¶ Hæc ille. Sed assertores huius opinionis uidentes naturaliter substineri nõ posse. qđ anima separata sensus corporeos habeat dicunt ꝙ diuina uirtute possunt remanere in anima separata potentiæ sensitiue & secundum eas pati. Quod sic probant. per diuinam potentiam Absolutum accidens potest separari a subiecto: ut patet in sacramento eucharistiæ. Sed secundum istos potẽtiæ sensitiuæ sũt quædam accidentia absoluta. Ergo uirture diuina possunt separari a composito: in quo sunt: tanq̃ in subiecto: & remanere in anima separata. Et tunc arguunt sic. Verus dolor sensibilis perficitur in actu appetitus sensitiui prima cognitione sensitiua. Sed remanentibus sensitiuis potentiis in animabus separatis: potest in eis esse sensitiua cognitio: & appetitus consequens. Ergo in eis potest esse uerus dolor sensibilis: & uera tristitia. ¶ Sed contra istos sic arguit Petrus de palude. Esto inq̃t ꝙ deus possit separare accidens absolutum a subiecto: non tamen potest ponere ipsum in quocunq; alio subiecto: sicut quantitatem separatam a substantia panis non posset ponere subiectiue in angelo. Et eodem modo potentiam sensitiuam: que est accidens organi corporei non potest ponere in anima separata. ¶ Quare alii aliud sẽtientes dixerunt animam pati ab igne realiter per ueram experientiã: ut dicit sanctus Gregorius in .iiii. dialogorum: colligere ex dictis euãgelicis possumus: ꝙ anima non solum uidendo: sed etiam experiendo ignem patiatur. Et hæc est tertiadecima opinio. Sed hoc tali mõ posse fieri ostendunt. Dicunt. n. ꝙ ille ignis põt duplicit cõsiderari. Vno mõ secundum se absolute: secundum ꝙ est res quædam corporea: & hoc modo ignis in animam agere non potest. Alio modo: ut est instrumentum diuine iustitiæ uindicantis. Et. sic in ui spiritualis atq; uniuersalis agentis: põt ignis ille agere ĩ spiritũ hominis uel demonis. Instrumentum enĩ nõ solũ agit in uirture ꝓprie naturæ: sed ẽt in uirtute principalis agentis Videmus. n. res multas habere actiones in uirtute principalis agentis: quæ eis non competerent absolute. Exẽpli gratia. Calor naturalis

qui est instrumentum aiæ præter suam uirtutem calefactiuam: quam habet a se: habet ab aia: cuius ẽ instr̃m: uirtutẽ cõuertẽdi nutrimẽtum in carnẽ. Lumen solare a luna receptũ: cũ uirtute lunæ deriuatũ ab ipsa generat humiditatẽ. Fantasma in uirtute luminis itellectus agẽtis mouet intellectũ possibilẽ: Corpora cælestia: cum inanimata sint. i uirtute intelligẽtiarum motricũ: generãt in iis inferioribus uitam: ut patet i generatis p pu refactionem. Securis in uirtute motoris lignum scindit Dolabra habet ab artifice uirtutem inducẽdi in ligno formã arcæ uel nauis ad quã nõ posset ex se attingere. Similiter sacramẽta inquãtum instrumenta animam sanctificant. ¶ Dicũt ergo isti q aia exuta corpore patitur ab igne: non p uirtutẽ naturæ illius ignis absolutæ: q de se non potest agere in spiritum: sed inquantum est instr̃m diuinæ iustitiæ. Vnde a simili sic arguũt. ¶ Sicut sacramenta sunt instrumẽta diuinæ misericordiæ iustificantis: ita ignis inferni est instrumẽtum diuinæ iustitiæ punientis: Sed sacramenta: quatenus sunt instrumẽta diuinæ misericordiæ agunt iustificando animam: Ergo ignis inferni: ut est iustrumentum diuinæ iustitiæ agit in demonem: uel i animam separatam. ¶ Sed hæc opinio: ut dicit; Thomas deficit. Et ideo contra ipsam sic arguit. Nullum instrumentum potest agere aliquid i uirtute principalis agentis: nisi circa illud possit ponere suam propriam operationẽ. Sed ignis de se nullam actionẽ potest habere circa aiam uel demonem: ut etiam ipsimet confitentur: ergo ignis ille: ut instr̃m solum: non potest agere in animam uel demonem. Maior patet: quia omne instrumentum non solum habet actionem: s̃m quam agit i uirtute principalis agentis: sed etiam habet propriam actionem & operationem sibi cõnaturalem in id: circa quod instrumentaliter operatur imo dico q nullum instrumentũ potest agere in aliquid in uirtute pncipalis agentis: nisi exercendo suam actionem sibi propriam & cõnaturalẽ: quã exercẽdo efficit aliã: sicut aqua lauando corpus i baptismo sanctificat aiam: & serra &c. serra seccando lignum pducit ad formã arcæ: & dolabra similiter habet suam actionem naturalẽ circa trabes: in quibus: ut mota ab artificæ perducit ad formam nauis. ¶ Oportet igitur assignare igni aliquam actionem sibi propriam & connaturalẽ secundum quam ex ui propriæ naturæ agat in animam uel demonẽ: ad hoc ut possit esse instrumentum diuinæ iustitiæ peccata punientis. ¶ Et ideo: ne quartam & decimam opinionem reticere uidear: dicũt aliqui: q in illo igne est naturalis aptitudo: ut eius speciẽs recipiatur i intellectu spiritus sepati: sed q per talem modum in illo intellectu imprimatur. & cum uehementia tali: q ita ad se reuocet: seu conuer-

tat intentionem ipsius spiritus: ꝙ per hoc ita notabiliter impediatur in aliarum rerũ consideratione contra suam uoluntatem: & ꝙ tale ĩpedimẽtũ sit sibi pro graui onere: hoc est per uirtutem iustitiæ increatæ. Ergo ẜm istam opinionẽ naturalis actio ignis ẜm quã ex ui ꝓprie nature agere potest ĩ spiritũ: hoc ẽ qa põt ĩprimere suã speciẽ ĩ itellectu spũs sepati: qa quelibet res corporea ẽ apta nata causare suã similitudinẽ ĩ itellectu. Ista ergo naturalis aptitudo: quæ est in igne: ut ei⁹ species recipiatur in itellectu spiritus sepati: est actio cõnaturalis ipsi igni quia omne corpus de se hoc habet. Sed ignis de se non habet: ꝙ possit detinere spiritum occupatum in tali consideratione: & impediatur a consideratione aliarum rerum contra suam uolũtatem: habet autem hoc prout est instrumentum diuinæ iustitiæ uindicantis & punientis quia hoc non competit igni ex ui proprie nature. Exemplũ de aqua: cuius naturalis actio est lauare corpus: & hoc habet de se. Sed ꝙ sanctificet animam in baptismo hoc sibi non competit ex propria natura: sed ut est instrumentum diuinæ misericordiæ. Secundum hoc igitur anima separata uel demones ueraciter patiuntur ab igne: quia semꝑ detinentur occupati circa talem considerationem: & impediũtur a cõsideratione aliarum rerum. Et tanta est intensio & uehementia istius considerationis: ꝙ mens ad aliud dirigi non poterit: nisi ad quod nis cogitationis illius ignis impellit: Hoc autem erit grauissima pœna: & cruciatus ineffabilis. Intellectus enim noster est quodãmodo omnia secundum philosophum. Agens enim est quo omnia facere: possibilis uero est: quo omnia fieri: & ideo ꝙ species ignis recipiatur in itellectu cum tanta uehementia: ꝙ anima uel spiritus semper occupentur in tali consideratione: & nũq̃ aliquid aliud cogitare possint: hoc erit maxima pœna: & tristitia inefabilis. Patet exemplum etiam in uiuentibus: quãdo aliquis afficitur aliqua magna cura & solicitudine: & ꝙ talis cogitatio fixa inheret animo: propter aliquid maxime repugnans uolũtati. puta propter mortem filiorum: uel magnum dedecus: siue ꝓpter amissionem rerum temporalium: ita ꝙ non potest euellere curã illam ex animo: tunc ipsum maxime tristari & dolere dicimus. Et sæpenumero homines incurrunt mortem propter hoc: quia ob nimias curas & solicitudines colera nigra seu melancolicus humor: naturæ inimic⁹ excitatur: & mortem infert. Quanta igitur tristitia afficientur animæ damnate uel demones: si semper occupabuntur & detinebuntur ĩ cõsideratione illius ignis: & impedientur a consideratione aliarum rerũ

contra ſuam uoluntatem. Triſtitia enim:ut dicit Auguſtinus:eſt de iis:quæ nobis nolentibus accidunt. ℂHanc ego opinionē impugnare non auſim:quia multi celebres theologi ipſam tenent:uidelicet Ricardus: Scotus & nōnulli alii:quorum dicta inferius recitabo. ℂDurum tamen uidetur quibuſdam ꝙ anima ſeu demones poſſint a conſideratione aliarum rerum impediri:quia nulla res poteſt deſtitui ſua propria operatione:ut Damaſcenus dicit. Propria autem operatio animæ intellectiue eſt intelligere.ergo &c. Item dictum eſt ſupra ꝙ ſciētia remanſit in ſpiritibus lapſis:& ꝙ naturalia ſunt ſplendidiſſima in demonibus ſecundum Dionyſium. Dictum eſt etiam ꝙ in animabus ſeparatis remanent habitus ſcientiarum & actus. Et ita uidetur nonnullis:ꝙ hæc opinio tollerari non poſſit. ℂQuintadecima & ultima opinio eſt Auguſtini in primo de ciuitate dei dicentis animam ſeparatā uel ſpiritum diabolicum pati pœnam per alligationem quandam ab ipſo igne corporeo. Pro cuius opinionis declaratione:& intellectu etiam eorum:quæ dicentur:notanda eſt quædam magiſtralis diſtinctio ꝙ aliquid dicitur eſſe in loco tripliciter. Vno modo repletiue. Et ſic ſolus deus eſt in loco:qui ubiqꝫ exiſtens replet omnem locum ſecundū illud Ieremie. Cælum & terrā ego impleo dicit dominus. ℂVirgiliꝰ Iouis omnia plena. ℂLucanus. Iupiter eſt:quodcūqꝫ uides:quodcūqꝫ mouetur. Secundo modo aliquid dicitur eſſe in loco diffinitiue:ideſt ita in uno loco diffiniri. Tertio modo aliquid dicitur eſſe in loco circūſcriptiue. Et ſic ſolum corpus eſt in loco:& quicquid eſt ī loco ē corpus. Ideo Boetius dixit ꝙ eſt cōmunis animi conceptio apud omnes doctos & ſapientes:incorporalia non eſſe in loco. Et ideo qui dicit angelos nuſq̄ eſſe:non mentitur. ℂHis igitur patefactis aduertendum eſt:ꝙ ignis inferni ex ſui natura habet:ꝙ ſpiritum hominis uel demonis loco diffinire poſſit:ſed non habet de ſe:ꝙ poſſit ſpiritum loco diffinitum detinere. Detinet autem ipſum:prout eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ. Et cum ſpiritus contra uoluntatem ſuam detineatur ab igne uere pati dicitur. Spiritum igitur ab igne pati:nihil aliud eſt: q̄ ſpiritum contra uoluntatem ſuam ab igne detineri. ℂHūc modum paſſionis animarum & ſpirituum ab igne corporeo: omnes theologi celeberrimi ponunt & affirmant. Eſt enim hæc opinio de mente ſancti doctoris in plurimis locis. Et ꝙ uerum ſit:ſententias ipſius quas in propoſito cōmemorat fideliter recitabo. Dicit enim primo ſic in quarto. S. diſtin. xliiii. queſtione tertia. Omne inquit inſtrumentum in id

circa quod instrumentaliter opaꝛ:habet propriam actionē sibi cōna‑turalē:& nō solū actionē:ꝑm quē agit i uirtute principalis agētis:imo exercēdo primā actionē:oportet ꝙ efficiat hāc secūdā:sic aqua lauan‑do corpꝰ i baptismo: sanctificat aīam: & serra secādo lignū pducit ad formā domꝰ. Vñ oportet dare igni aliquā actionē i aīa:q̄ sit ei cōnatu ralis:ad hoc ꝙ sit istrumētū diuinæ iustitiæ peccata uindicātis. Et iō di cēdū:ꝙ corpꝰ i spiritū naturaliter agere nō pōt:nec ei aliquo mō ob esse:uel ipm grauaꝛ:nisi ꝑm ꝙ aliquo mō corpori uniꝛ. Sic eni iueni‑mꝰ:ꝙ corpꝰ:qđ corrūpiꝛ:aggrauat aiam Sapiētie.ix. Spiritꝰ aūt uni tur corpori dupliciter. Vno mō:ut forma materiæ:ut ex eis fiat unū simpliciter. Et sic spiritꝰ unitus corpori:& uiuificat corpꝰ:& a corpoꝛ aliq ualiter aggrauaꝛ. Sic āt spiritꝰ hois uel demōis igni corporeo nō uniꝛ. Alio mō sicut mouēs mobili:uel sicut locatū loco:eo mō:quo in corporalia sunt i loco. Et ꝑm hoc spūs icorporei creati loco diffiniunꝛ ita in uno loco existētes:ꝙ nō i alio. Quāuis aūt res corporea ex sua natura hēat:ꝙ spiritū icorporeū loco diffiniat:nō tñ habet ex sua na‑tura:ꝙ spiritū icorporeū loco diffinitū detineat:ut ita alligeꝛ illi loco ꝙ ad alia diuertere nō possit:cū spiritus nō ita sit i loco naturaliter ꝙ loco subdaꝛ. Sed hoc supadditꝛ igni corporeo:inquantum ē instrm̄ di uinæ iustitiæ uindicātis:ꝙ sic detinet spiritū alligatū:ut alio migrare nō possit. Et ita efficiꝛ ei penalis ꝓhibēs eū & retardās ab exequtiōe ꝓ prie uolūtatis: ne.s. possit opari ubi uult. & ꝑm ꝙ uult. Et hunc ēt mo dū ponit Grego. i quarto dialo. Exponēs enim quomodo anima incē dium expiendo patiatur sic dicit. Cum ueritas peccatorē diuitem dā natum in igne prohibet:quisnam sapiēs reproboꝝ aias teneri ignibꝰ neget. Et hoc etiam Iulianus dixit:ut in littera magister dicit. Si uiuē tis hominis incorporeus spūs detinetur in corpore:cur etiam nō post mortem corporeo igne teneatur. Augustinus etiam. xii. de ci. dei dicit ꝙ sicut aīa iungitur corpori:ut dans ei uitam:q̄uis illud sit spūale: & hoc corporale:& ex illa coniunctione uehementer concipit amorem ad corpus:sic ligatur igni:ut accipiens ab eo pœnam:& ex illa coniun ctione concipit horrorem. Oportet ergo omnes prædictos modos in unum colligere:ut perfecte uideatur:quomodo anima ab igne corpo reo patiatur ut scilicet dicamus ꝙ ignis ꝑm naturam suam habet:ꝙ spi ritus incorporeus ei cōiungi possit:ut loco locatum:sed inquantum ē instrumētū diuinæ iustitiæ:habet ut ipm quodāmō retineat alligatū. et in hoc ueraciter ignis ille est spiritui noxius. Et sic anima ignem ut no xium sibi uidens ab igne cruciatur. Vnde Gregorius in quarto dia‑logorum omnia ista per ordinem tāgit:ut ex dictis eius patet. ¶ Hec

ille ibidem. Sed in q̄stionibus disputatis de ueritate. q. xxvi. ar. primo in hæc uerba ꝓrupit. Ad euidētiam inq̄t huius q̄stionis scire oportet qd ꝓprie sit passio. Sciēdum ē igit̄ ꝙ nomē passionis dupliciter sumit̄ cōiter & ꝓprie. Cōmuniter q̄dē dicit̄ passio receptio alicuius quocū q; mō. Et hoc seq̄ndo significationem uocabuli. Nam passio dicit̄ a pathin græce: qd est recipe: ꝓprie uero dicit̄ passio: ꝑm ꝙ actio & passio in motu cōsistunt: ꝓut scilicet aliqd recipit̄ in patiēte p uiam motus. Et q͞a oīs mot⁹ ē inter cōtraria: oportet illd: ꝙ recipit̄ i patiēte eē cōtra- riū alicui: qd a patiēte abiicit̄: Secūdum hoc aūt: ꝙ recipit̄ in patiente patiēs assimilat̄ agēti: & inde est ꝙ ꝓprie accepta passione agēs cōtra- riatur patienti: & oīs passio abiicit a s͞bā. Huiusmodi aūt passio non est nisi ꝑm motum alterationis. Nam in motu locali nō recipit̄ aliq̄d ī mo- bili: sed ip̄m mobile recipit̄ in aliquo loco. In motu aūt augmēti & de- crementi recipit̄ uel abiicit̄ nō forma: sed aliqd substātiale: utpote ali- mentū: ad cuius additionē uel substractionē seq̄tur q̄titatis magnitu- do uel paruitas. In generatiōe aūt & corruptione nō ē motus nec con- trarietas: nisi rōne alterōnis p̄cedētis. Et sic ꝑm solā alteratione ē ꝓprie passio: ꝑm quā una forma cōtraria recipit̄: & alia expellit̄. Quia ergo actio ꝓprie accepta ē cum quadā abiectiōe: ꝓut patiēs a pristina qua- litate transmutat̄ in cōtrariū: ampl᷑ at̄ nomē passionis ꝑm usum loq̄n- tium: ut qualitercū q; aliq̄d impediat̄ ab eo: qd sibi cōpetebat: pati di- catur: sicut si dicam⁹ graue pati ex hoc ꝙ ꝓhibet̄: ne deorsum mouea- tur: & hoīem pati: si ꝓhibeat̄ suā facere uolūtatem. Passio igit̄ primo mō accepta inuenit̄ in aīa & in qualibet creatura: eo ꝙ oīs creatura ha- bet aliq̄d potētialitatis admixtū: rōne cuius oīs creatura subsistens est alicuius receptiua. Passio uero secūdo mō accepta nō iuenit̄: nisi ubi est motus & cōtrarietas. Motus aūt nō inuenit̄: nisi in corpibus: & cō- trarietas formaꝝ uel qualitatū i solis generabilibus & corruptibilib⁹: Vñ sola huiusmōi ꝓprie hoc mō pati pñt. Ideo aīa: cū sit īcorpea hoc mō pati nō pōt: & si ēt aliq̄d recipiat: nō tñ fit p transmutationem a cō- trario in contrarium: sed p simplicem agentis influxum: sicut aer illu- minat̄ a sole. Tertio uero mō: quo nomē passionis trāssumptiue sumi- tur: aīa pōt pati: eo mō: quo eius opatio pōt impediri. Quem quidem modū aliqui assignant hoc mō dicētes ignem corporeum: ut est istru- mentum diuinæ iusticiæ in aīam agere posse: q̄uis hoc ꝑm naturā nō possit. Multa enim sunt: q̄ ad aliq̄d efficiendum non sufficiūt ex ꝓpria natura: qd efficere pñt: ut sunt instrumēta alterius agentis: sicut ignis elementaris non sufficit ad generationem carnis: nisi ut instrumentū uirtutis nutritiue. Sed hoc sufficiēs non uidetur. Nam instrumentum

non agit illam actionem: q̄ ppriam naturam excedit: nisi excedēdo ali quam cōnaturalem. Vnde oportet inuenire aliquem modum: p quē aliqualiter naturaliter patitur anima ab igne corporeo. Quod qdem hoc modo intelligi pōt. Substantiam enim corpeam corpori uniri cō tingit dupliciter. Vno modo: ut formam: inquātum uiuificat corpus Alio modo: ut motorem mobili: uel locatum loco p aliquam opatio nem: siue p aliquam habitudinem. Quia uero formæ & eius: cuius ē forma est unum esse: unio substātiæ spiritualis ad corpalem p modū formæ est unio quantum ad esse. Nullius autem rei esse est suæ pote stati subiectum. Et ideo non ē in potestate substantiæ spiritualis uniri corpori uel ab eo separari p modum formæ: sed hoc lege nature agiē uel uirtute diuina. Sed quia opatio rei est in potestate opantis uolun tarie: ideo in potestate naturæ spiritualis est uniri corpori p modum motoris aut locati: & separari ab eo secundum ordinem naturæ: & qa substantia spiritualis hoc modo corporali unita ab ea detineaē & im pediatur: & quasi ligetur: est supra naturam ignis. Ideo ignis ille cor poreus: ut instrumentum diuinæ iustitiæ facit aliquid supra uirtutem naturæ: scilicet animam detinere uel ligare: sed ipa unio p modum p̄ dictum est naturalis. Et sic patitur anima ab igne corporeo illo tertio modo supradicto: put dicimus pati omne id: quod impeditur a ppria actione: uel ab alio sibi competenti. Et hunc modum passionis ponit Augustinus in. xxi. de ciui. dei sic dicens. Cur non dicamus: quāuis miris & cætera. Et Gregorius in. iiii. dialogorum sic dicens. Dum ue ritas & cætera. Quæ auctoritates supius recitate fuerunt. ¶ Hæc di uus Thomas loco pallegato. ¶ Sed attende quid dicat p̄fatus doctor in summa contra gentiles circa finem ultimi libri. Non igitur inquit sic extimandum est: quod substantiæ icorporeæ ab igne corporeo pa ti possint: q̄ earum natura corrumpatur p ignē uel alteretur: aut qua litercunq̄ alio modo transmutetur: sicut nunc corpora nostra corru ptibilia patiuntur ab igne. Substantiæ enim incorporeæ non habent naturam corporalem: ut possint a rebus corporeis immutari: neq̄ ēt formarum sensibilium susceptiuæ sunt: nisi itelligibiliter. Talis aūt susceptio non est pœnalis: sed magis pfectiua & delectabilis. Neq̄ etiā potest dici q̄ patiantur ab igne corporeo afflictionem ratiōe alicuius contrarietatis: sicut corpora post resurrectionem patientur: quia sub stantiæ incorporeæ organa sensuum non habent: neq̄ potentiis sen sitiuis utuntur. Patiuntur igitur ab igne corporeo substantiæ icorpo reæ p modum alligationis cuiusdam. Possunt enī alligari spiritus cor poribus: uel p modum formæ sicut anima corpori humano alligatur

ut det ei uitã. Vel etiam absq̃ hoc: q̃ sit eius forma: sicut Nicromãtici uirtute demonum spiritus alligãt imaginibus uel annulis: aut huiusmodi rebus corporeis. Multo igitur magis uirtute diuĩa spiritus damnati igni corporeo alligari possunt. Et hoc ipsum est eis in afflictionem quod sciunt se rebus infimis alligatos in pœnam. ¶ Hæc ille. ¶ In secundo uero quodlibet ar. xiii. a pdictis non discrepando sententiis dicit. Pati multipliciter dicitur. Vno modo pati cõmuniter dictum idem est quod recipe: secundum q̃ itelligere & sentire est quoddam pati secundum philosophum in. iii. de anima. Et in primo pyermenias interiores animi conceptus passiones appellat: cum dicit. Voces sunt earum: quæ sunt in anima passionum notæ. Hoc modo anima corpori coniuncta patitur a rebus corporeis sentiendo & itelligendo. Pati autem hoc modo: est perfici: & non puniri aut affligi: nisi forte p accidẽs iquantum id: quod sentitur uel itelligitur repugnat uolũtati: sed ipm sentire uel itelligere secundum se consideratum pœnale nõ est. Alio modo dicitur pati ꝓprie loquendo secundum contrarietatem agẽtis ad patiens: ꝓut scilicet pati dicimur: cum aliquid nobis aduenit: quod est contrarium naturæ uel uoluntati nostræ. Et secundum hoc infirmitas & tristitia passiones dicuntur: & hæc quidem passio dupliciter esse potest. Vno modo per receptionem formæ contrariæ: sicut aqua patitur ab igne: inquantum calefit: & p consequens diminuitur qualitas naturalis eius. Hoc mõ aĩa sepata nõ põt pati ab igne corporeo: quia nec calefieri põt: nec desiccari: nec secundum formam aut qualitatem quamcũq; ignis corporei immutari. Alio modo dicit pati omne illud: quod quocũq; modo impeditur a suo proprio impetu uel inclinatione: sicut dicimus lapidem descendentem pati: cum impeditur ne deorsum perueniat: & sicut dicimus hominem pati: cum detinetur uel ligatur: ne uadat: quo uult. Et ita per modum alligationis cuiusdam anima patitur ab igne corporeo: ut Augustinus dicit. xxi. de ci. dei. Non enim hoc est contra naturam spiritus alligari: cum uideamus animam naturaliter alligari corpori ad uiuificandum ipsum demones etiam per Nicromantiam potestate superiorum demonum alligãtur aliquibus imaginibus: uel aliquibus aliis rebus. Vnde multo magis possunt spiritus alligari diuina uirtute igni corporeo: nõ ut dent uitam: sed ut accipiant pœnam sicut Augustinus dicit. *Sed quia* quod est minoris uirtutis: non potest uirtute sua ligare id: quod ẽ maioris uirtutis: inde est: q̃ nullum corpus potest ligare spiritum: qui est maioris uirtutis: nisi aliqua superiori uirtute. Et propter hoc dicitur.

quod ignis corporeus agit in aiam sepatam nõ uirtute ꝓpria: sed inq̃tũ est instrumẽtum diuinæ insticiæ uindicãtis. Argumẽta uero .q̃ cõiter in oppositum fieri solẽt: ꝓcedunt de passione: q̃ est p susceptionẽ formæ cõtrariæ. ℭHæc ille. ℭIn tertio uero quolibet ar. xxiii. iterum sic Thomas inqt. Anima patiť penã ab igne corpeo: sicut fides chatolica docet. Quod aũt ignis corpeus agat in aiam sepatam: hoc non habet ex natura sua: sed inq̃tum est ĩstrumẽtum diuinæ iusticiæ: ut dicitur cõiter. Aduertẽdum tñ est: ꝙ nullum ĩstrumẽtum agit ĩ uirtute supioris agẽtis: nisi exercẽdo aliquã actionẽ sibi cõnaturalem: alioqn frustra adhibereť ad effectum: sicut serra: inq̃tum est instrumẽtum artis: facit arcam secando: & aqua baptismalis abluit aiam: ut instrumẽtum diuinæ misericordiæ corporaliter abluendo. Si ergo ignis corporeus agit in aiam: ut ẽ instrumẽtum diuinæ insticiæ punietis: necesse est ꝙ hoc fiat p aliquam actionem igni corporeo cõnaturalem. Non aũt põt dici ꝙ ignis alteret aiam calefaciẽdo uel desiccãdo aut ignienдо ipam: qa nec calorem: nec siccitatem: neq; ardorem uel adustionẽ põt recipere aia ab igne corporeo. Relinquiť ergo modus: quẽ Aug. ponit in primo de ci. dei: ut scilicet aia sepata uel spiritus demonis patiatur pœnã p alligationem quãdam ab igne corporeo. Videmus enĩ spiritum corpori alligari qñq; qdem naturaliter: sicut aia alligať corpori. Quãdoq; aũt quadam supiori uirtute: sicut p uirtutem supiorũ demonum inferiores demones alligãť arte nicromãtiæ imaginibus: uel annulis: uel aliis huiusmodi rebus. Multo ergo magis uirtute diuina demones uel ẽt aiæ alligari pñt igni corporeo: ut ab eo assumãt penam. Si qua uero argumenta in contrarium obiiciuntur ꝓcedunt de actiõe ignis: q̃ est p alterationem. ℭHæc ille loco ꝑallegato. ℭHæc igitur sunt lector candidissime: q̃ ex diuersis libris sancti doctoris fideliter recitaui: ut patefacerem qualiter aia sepata uel demones ab igne corporeo patianť. ℭEx ꝑdictis aũt talem potes formare distinctionẽ. Triplex est passio: uidelicet passio ꝑficiens: passio corrũpens siue abiiciens: q̃ ẽt alio noie diciť passio imissiua: uel passio p imissionem. Ab alberto aũt passio phisica appellať. Tertia uero passio diciť passio ꝓhibens: uel ipediẽs: siue alio noie passio cõtristãs uel detinẽs. Pria passio accipiť ſm oimodã extẽsionẽ uocabuli: ꝑut q̃libet receptio passio põt appellari. Et hec ĩproprie passio appellať: qa spẽs ĩtelligibiles & habit⁹ sciẽtifici atq; morales ꝑficiũt aiam: & delectãt: nec passionẽ ingerunt. Forma ẽt: q̃ recipiť in materia: ꝑficit ipam & actus potentiã. Hac igiť passione pñt pati ẽt angeli & aiæ beatæ. Est. n. passio perficiẽs: ut dixi q̃uis nõ ois receptio passio ꝑficiẽs possit appellari: qa nõ oẽ qđ recipiť

in aliquo pficit ipm. ¶ Secunda passio non iuenitur nisi i corporibus nec in omnibus: sed in illis duntaxat: quæ susceptiua sunt qualitatum contrariarum actiuarum & passiuarum. Quæ aũt ex contrariis non sunt composita: nec hñt cõtrarietatem ad aliquam formã naturalem passione phisica pati nõ põt: sicut sunt corpora cœlestia: quæ sunt igenerabilia & incorruptibilia: quia nõ sunt suceptibilia pegrinarum impræssionum. Tertia uero passione patiũtur animæ sepatæ uel demones eo mõ: quo supra diximus. Et sæpenumero hæc tertia passio plus affligit: q̃ secũda. Multi enim grauius ferunt conuiciis aut ludibriis afficii: uel sufferre aliqd huiusmodi: quod suæ uolũtati repugnet: q̃ passione abiiciente alterari. Multi etiam homies mortem potius obire uoluerunt: q̃ uiuere in dedecore: & perpeti ea: quæ suæ uoluntati repugnabant sicut. M. Cato mori maluit: q̃ Iulio Cæsari subiici: cui dgnitate & uirtute non erat iferior. Idem fecit. M. Brutus nullius secte hplosophorum inscius: nulliusq͂ uirtutis expers. ne. M. Antonio: & Cæsari augusto subderetur: quibus uirtute: & animi pstantia erat supior Hoc idem. M. Antonium fecisse legimus: ne Augusto subiiceretur: quem uirtute & rei militaris peritia excellebat. Et ideo Lucius ille Cathilina apud Salustium sicut dixit. Nonne per uirtutem emori pstat: q̃ uitam miseram atq͂ inhonestam: ubi alienæ superbiæ ludibrio fueritis p dedecus amittere? Sic ergo patet q͂ passio tertia maiorem sæpe numero afflictionem & cruciatum infer: q̃ scunda. ¶ Hæc ideo dixisse uoluerim: ut scias & cognoscas animam separatam & demones magnopere affligi summaq͂ tristitia & sollicitudine angi: quãuis ab igne non possint exuri: Quis enim effari posset tristitiam & angorẽ: quo spiritus hominis uel demones afficiũtur: p hoc q͂ ab ipo igne detinentur in loco uilissimo & abiectissimo attenta & considerata natura spiritualis excellentie. Et quia hoc repugnat summopere uoluntati spirituum: maxime tristantur & affliguntur: quia tristitia est de iis quæ nobis nolentibus accidunt: ut dicit Augustinus. Et ideo diligenter aduertendum est: quod in anima separata & demonibus nõ potest esse dolor: sed tristicia. Et ratio est: quia dolor ꝓprie pertinet ad corpus non autem ad animum: tristitia uero non ad corpus: sed ad animum defertur. Unde Augustinus libro decimoquarto de ciui. dei. c. xxv. Dolor carnis inquit est tantũmodo offensio animæ ex carne: & quadam ab eius passione dissensio: sicut animæ dolor qui nuncupatur tristitia est ab iis rebus quæ nobis nolentibus accidunt. ¶ Hæc ille. ¶ Unde etiam Thomas in tertio sen. dstinc. decimaqnta: arti. tertio: secũde quæstionis sic dicit. De ratione doloris duo sunt: quorum unũ

se habet:ut materiale:aliud uero ut formale. Materiale in dolore ē ipsa læsio:& ut sic dolor quodammdo etiam ad animam pertinere pōt:ad quam etiam læsio corporis peruenit:secundum ꝙ est eius forma For male uero in dolore est ipsa perfectio læsionis:& ut sic i solo tactu cō sistit:cuius solius est percipere læsiuum iquantum lædit:scilicet iquā tum corporaliter coniungitur. Sicut enim delectatio sensibilis causat ex coniunctione conuenientis secundum sensum:ita dolor sensibilis causatur ex coniunctione eius:quod non est conueniens sensui. Sed inter omnes alios sensus solus tactus est discretiuus eorum ex quibus consistit temperamentum corporis. Vnde quod est conueniens secū dum tactum:est couueniens ipsi temperamento corporis. Et propter hoc completa delectatio sensibilis est in sola perceptione tactus. Et si militer illud:quod est iconueniens tactui:est contrarium temperamē to corporis. Et ideo dicit philosophus in. iii. de anima. Quod corrum pentia tactum corrumpunt animal:non āt corrūpentia auditum nisi simul contingat ex accidenti:& tactum corrumpi. Et ideo i solo tactu est dolor:qui accidit ex læsione temperamēti ipsius corporis. ❡ Hæc ille loco præallegato. Ex quo patet ꝙ dolor proprie loquendo non est nisi secundum sensum:& ideo in spiritibus proprie oquendo non po test esse dolor. ❡ Quomodo autem & in quot differāt Dolor & trist tia:declarat præfatus doctor ibidem dicēs. In dolore & tristitia duo in ueniuntur:scilicet contrarietas contristantis & dolorem inferentis ad contristatum & dolentem:& perceptio eius. Et quantum ad hæc duo tripliciter differunt. Primo quantum ad contrarietatem:quæ quidem in dolore attenditur quantum ad ipsam naturam dolentis:quæ per læ siuum corrmpitur:sed in tristitia quantum ad repugnantiam appeti tus ad aliquid:quod qs odit. Secundo quātum ad perceptionem:quæ quidem in dolore semper est secundum sensum tactus: ut dictū est. In tristicia autem secundum apprehensionem iteriorē. Tercio quā tum ad ordinem istorum duorum:quia dolor incipit in læsione: & ter minatur in perceptione sensus:qa ibi completur ratio doloris:sed ra tio tristitiæ incipit in apprehensione:& terminatur i affectione. Vnde dolor est in sensu:sicut in subiecto:sed tristicia in appetitu. Ex quo pa tet ꝙ tristitia est passio animalis:sed dolor est magis passio corporalis. quandoꝗ tamen tristitia large loquendo dolor dicitur. Vnde etiam Augustinus distinguit dolorem animæ secundum se:qui proprie di citur tristitia:& dolorem animæ per corpus:qui proprie dicitur dolor. Tristitia autem non potest esse in ratione sicut in subiecto: sed solum sicut in ostendente id:quod est uoluntati repugnās:nisi ratio accipiat

prout comprehendit uim apprehensiuam & affectiuam: in qua est tristitia sicut in subiecto: q̄uis non tristitia: quæ est passio: quæ solum est in sensitiua parte. Hæc Thomas in tertio sen. dist. xv. Et sic habes: ꝙ in animabus separat s uel demonibus proprie loquendo dolor nō potest esse: sed tristitia. ¶ Hoc idem asserit. Scotus in quarto dist. xliiii. dicens. Dolor est passio consequens apprehensionem sensitiuam: & in appetitu sensitiuo. Tristitia autem est proprie in appetitu itellectiuo: aut in uoluntate & consequens apprehensionem ītus alicuius obiecti noliti. Primum scilicet dolorem proprie dictum non oportet quærere in spiritibus siue angelis siue aīabus separatis: nisi fingatur ꝙ i spiritu separato sit appetitus sensitiuus: & pari ratione sensus: & tunc ēt posset sibi inesse passio: tam ꝑm appetitū illum: q̄ ꝑm sensum. Quod trufaticum est ꝑm Aristotelem in primo de anima. Nihil aliud est dicere aīam tristari uel gaudere: q̄ texere uel hædificare: Quod utiꝗ uerum prout sunt passiones appetitus sensitiui: qa ille sunt passiōes totius cōiuncti: sicut & sentire: ad quod conseqtur passio. De tristitia aūt dico ꝙ est in uoluntate ex apprehensione existentiæ obiecti disconuenientis secundum rationem. ¶ Hæc Scotus loco præallegato. Patet igitur ꝙ in aīabus separatis uel demonibus nō est dolor: sed tristitia causata ex detentione illius ignis apprehensi: ut nociui & disconuenientis ꝑm rationem. ¶ Tribus āt modis cāt ignis ille infernalis tristitiā i spiritibus uidelicet detinendo siue impediendo subiugando & inimicando.

¶ Primo modo detinendo aut retardando uel impediēdo ab exequtione ꝓprie uoluntatis: sicut lapis dicit̄ pati: cum ipeditur ne deorsum tendat. Et homo dicit̄ pati: cum detinetur uel ligat̄ ne uadat quo uult: ut arguat̄ sic p rationem. Quicq̄d ipeditur a suo ꝓprio motu uel iclinatione ab aliquo: patitur ab illo. Sed aīa separata ipeditur per ignem corporeum a sua ꝓpria iclinatione. Ergo aīa separata ab igne patit̄.

¶ Secūdo ignis inferni ifert aīæ pœnam subiungēdo. Nam scut aīa uel spūs p hoc ꝙ coniungitur superiori deo essentialiter præmiat̄: ita p hoc ꝙ priuat̄ diuina uisione: & coniūgit̄ atꝗ subiicit̄ rebus ifimis. s. igni: & loco ifimo atꝗ abiectissimo terræ astringit̄: maxime affligit̄ patitur & anxiatur. Vnde Thomas i q̄stionibus de aīa. q. xxi. sic dicit. Maxima ergo afflictio damnatorum erit ex eo: quod separabuntur a deo. Secūda uero erit ex hoc: ꝙ rebus corporalibus subdētur: & in ifimo atꝗ abiectissimo loco icludent̄. Hæc ille. ¶ Tertio ignis ille ifert pœnam spiritui inimicādo. Nam cū spiritus uidet & apprehēdit ignē illum: ut instrumētum diuinæ iustitiæ u ndicātis esse sibi nociuū: & p consequens inimicum interiori tristitia affligit̄ & anxiat̄: non ꝙ ignis

ille noceat aiæ uel spiritui eo ipso ꝙ uidetur itellectualiter :quia nihil est cõtrarium & cõtristabile itellectui i eo ꝙ aliquid itelligitur ab ipso: sed fit cõtristabile inquãtum appræhẽditur & itelligitur:ut repugnãs uolũtati. ℭHũc etiam modum patiendi ponũt Scotus & Ricardus i .iiii. disti. xxxxiiii. licet addatur etiam illum modum:qui dictus i quartadecima opiniõe. Nam secũdum ipsos nõ solum patitur spiritus ab igne per alligationem quãdam:ueluti declarauimus i hac ultima opinione ex uerbis thomæ:sed etiam patitur secũdum illũ modum: quẽ recitauimus immediate añ hãc quitãdecimam & ultimam opinionẽ. Et sic aia separata uel demones dupliciter patiũtur ab igne corporeo secũdum opinionem scoti & Ricardi. Et ideo ipsorum dicta silẽtio pretereũda esse minime duxi. Primo igitur uerba Ricardi. Secũdo autẽ positionem Scoti fideliter recitabo. ℭIn illo enim igne iquit Ricardꝰ est naturalis aptitudo:ut eius species recipiatur i itellectu spiritus separati. Sed ꝙ per talem modũ i illo itellectu imprimatur:& cum uehæmẽtia tali:ꝙ ita ad se reuocet:seu cõuertat itentionẽ ipsius spiritus ꝙ ꝑ hoc ita notabiliter impediatur i aliarũ rerum cõsideratione cõtra suã uolũtatem:& ꝙ tale impedimẽtum sit sibi pro graui onere: hoc ẽ per uirtutem iustitiæ icreatæ. In illo etiam igne est aptitudo naturalis :ut i ipso sit spiritus separatus: sicut i loco diffinitiue. Sed ꝙ spiritũ separatũ detineat cõtra uolũtatem suam:hoc ei cõuenit i uirtute iustitiæ icreatæ. Illa enim inuolũtaria detẽtio est ipsi reprobo spiritui inefabilis cruciatus. Per peccatũ aũt est i spiritu dispositio ut igni ifernali mõ prædicto patiẽdo subdatur: q̃uis ille ignis sua uirtute naturali tãtum non posset i spiritu separato causare dispositionem repugnãtem illi dispositioni: quæ cõuenit essentiæ spiritus secũdum debitũ statum suæ naturæ. Et ideo i eius causatione cooperaẽ uirtus icreate iustitiæ:inquãtum ignis est instrumẽtũ ipsius. Et appræhẽsione aũt prædicte dispositiõis: q̃ cõtraria est bono statui naturæ:generaẽ i ipso reprobo spiritu cruciatus experimẽtalis: sicut dicit gregorius i. iiii. li. dialo. ꝙ aia nõ solum uidendo: sed etiã experiẽdo icendiũ patiẽ: hoc est qa experiẽ ꝙ detineẽ ab igne cõtra uoluntatẽ suã:& subdiẽ ipsi:a quo libera eẽ deberet ẽm statum naturæ suæ: ideo patiẽ. ℭHæc Ricardus loco præallegato: Animã igiẽ ab igne pati est aiam ab igne cõtra uoluntatem detineri:& ipsi igni semp subiici. ℭHoc etiã: ut dixi: tenet Scotus ibidem dicẽs. Cũ i spiritu separato nõ sit dolor: sed tristitia: q̃ cũ sit in uoluntate ex appræhẽsione existẽtiæ obiecti discõuenietis ẽm rationem uel oportet querere obiectũ qđ stati ostendaẽ: ut disconueniẽs ꝑ rõnẽ & tũ positũ: uel si nõ põt ostẽdi: ut disconueniẽs: nisi a rõne errante qa

nō eſſet diſconueniens michaeli:& nō uidetur rōnale:ꝙ illa aflictio ſe quatur appræhēſionē erroneā:oportet ibi īuenire obiectū diſcōueniēs ſm rationē:& nolitū:& tñ poſitū. Dico aūt ꝙ ignis ille eſt obiectū ſic diſcōueniens. Et hoc dupliciter. Primo ut detinēs ſpiritū diffinitiue:ſe cūdo ut īmutans obiectiue. De primo nullū corpus:ut locās:eſt loca to diſcōueniēs:niſi qa aliud corpus eſt ſibi cōueniens. Spiritus autem ſicut cū nullo corpore habet naturalē cōueniētiā:qa tūc illud eēt natu rale ſaluatiuū eius:ita ad nullū corpus hēt naturalē diſcōuenientiā:ꝓ pter quā detineri ibi ſit naturæ ſuæ diſcōueniens. Vñ ſi michael cuicū ꝙ corpori eſſet ex diuino præcepto cōiūctis localiter diffinitiue: etiā ꝑpetuo & hoc appræhēderet:nullo mō appræhenderet:ut diſcōneni ens:nec ut materiā triſtitiæ. Ergo ad habendū triſtitiā de igne detinē te:oportet ut inueniat primo rō noliti. Sic angelus malus hēt nolle de tineri ꝑpetuo ab igne:& ſpecialiter ab illa rōne ex ſentētia dinina uel uolūtate diuina illic effectiue detinēte. Et ab illo nolle declinat affectō cōmodi:ſm quā appetit liberū uſum potētiæ:ut ſicut natura ſua eſt ī differens ad qđcūꝙ corpus:ſic faceret ſe præſentem cuicūꝙ corpori Promouet aūt ſupbia:pp quam appetit uti ꝓpria ptāte. Cōſumit īui dia pp quā nūq̄ uellet determinate eē pp ſentētiā uel actionē diuinā. Iſtud nolle præcedit detētio & appræhenſio detētionis. Iſto aūt nolle li cet iordinate poſito ī uolūtate eius ſeqtur appræhēſio certa de euentu iſtius noliti & ex hoc tertio uel q̄rto cōputādo iſta duo:q̄ precedūt nol le:ſeqtur triſtitia. Si q̄ras nūqd illā triſtitiā effectiue cauſat ignis deti nēs. Reſpondeo. Ignis nō detinet ſpūm effectiue:qa qđ nō locat aliqd effectiue:nec ipedit ipſū amoueri ab hoc loco:nō detinet ipſū effectīe. Hæc domus qdem nō detinet me effectiue quātū ad primū:qa nō lo cat me effectiue:tñ ipedit me ammoueri ad aliū locū:& iō pōt dici quo dāmō effectiue me detineret:ſicut ꝓhibēs aliā detētionē formalē. Sed neutro mō pōt aliqs locus corporalis detinere angelū. Ergo tm̄mō il le ignis formaliter detinet:ita ꝙ nulla eſt detētio ignis ptinēs ad gen⁹ actionis:ſed tm̄mō reſpectus extrīſecus aduenīēs reducibilis ad gen⁹ ubi. Detinens aūt actiue ſiue primo mō:qa determinās actiue ad locū illū ſiue ſecūdo mō:qa ꝓhibens ab illo loco ad aliū locū deus ē imedi ate:cā qa cō ra uolūtatē angeli nō hñtis ſaltē angelū ſupiorem ñ poſ ſet fieri ſic detentio niſi a deo īmediate. Sed ulteri⁹ angel⁹ nō tm̄ odit detentionē actiuā dei:& ſuā paſſiuā a deo:ſed etiā odit detentionē for malem ꝑpetuā ab illo igne. Nec tm̄ apptæhendit illam detentionē acti uam uel paſſiuam ut poſitā:uel continuandā:ſed illam etiā detētionē formalem. Et per conſequens de illa detentione formali triſtatur. Ob

iectum autē tristabile ꝓprie causa est ipsius tristitiæ qa nō uoluntas i-mediate. Tūc enim esset i potestate eius imediate tristari: uel nō tristari: quod nō est uerū posita nolitione & appræhensione noliti: ita ꝙ de tētio illa formalis: uel ignis ille detinēs formaliter effectiue contristat. Et sic ultra: cū tristari sit formaliter cruciari eo mō quo possibile ē spiritum cruciari: sequitur: quod ignis: ut formaliter detinens: spiritū effectiue cruciat. Et secūdum illū modum potest saluari dictū illud: quomodo ignis est istrumētum dei cruciādo: qa principalius odit detētionem actiuā dei & suam passionem a deo: q̄ detētionem illam formalē ignis: quia secūda nō agit: nisi i ordine ad primam. Et ita affligit obiectiue. scdo affligit i uirtute primi: & ita istrumētalit. Nec seqtur Ignis nō detinet effectiue: sed tātum formaliter: ergo nō affligit effectiue: qa ipsum: ut detinēs formaliter: est obiectum nolitum & appræhensū: ut positum. Et ideo effectiue infert tristitiā. Si dicas hoc est nō tātum: qa nolitū: sed qa obiectū est secūdū se discōueniens: qa spiritui cōuenit libertas ac indifferētia ad quęcūq; locū corporalē. Añcedens est falsū ut dictū est supra de michaele: si appræhēderet se ꝑpetuo determinari ad certū locū, unum a sentētia diuina: nō tristaret: qa & si i eo sit libertas uel idifferētia ad loca: ñ tñ ad illa ut i actu: tāq̄ ꝑfectio naturalis: qa sicut nec unus locus: ita nec idifferentia ad quæcūq; loca naturaliter ꝑficit angelū. Et ideo determinatio ad unū nō est cōtra naturalem inclinationē angeli. Exemplū istius modi tristandi pōt esse i hoibus desiderātibus mori: qbus uita ifert tristitiam. Hoc modo odiūt aiam i corpore: suo esse usq; ad instans mortis naturalis ꝑpter aliquod odibile cōcomitans uitam mortalē: & scdo apphendit istud nolitū fore. Et iō tertio seqtur tristitia de detētione aiæ i corpore: seu de corpore: ut detinēte aiam: nō ꝙ corpus detineat effectiue aiam: sed quomodocūq;: ut susceptiuū forme. Et ut sic detinet est obiectum nolitū. Et ut sic appræhēsum effectiue cōtristat. Et istud pōt haberi a gregorio dialogo. iiii. si uiuētis hominis spiritus icorpore⁹ tenetur i corpoř: cur nō post mortem icorporeus spiritus corporeo igne teneař. Et augustinus. li. ii. de. ci. dei. c. x. Si spiritus hominum ꝑfecto icorporei nūc potuerūt includi corporalibus membris: & tūc poterunt corporum suorum uinculis insolubiliter alligari. ¶ De secūdo modo scilicet qualiter ut obiectum immutans cōtristat cōsimiliter quo ad aliqd dicēdum est esse. Intellectus eni angeli determinař ꝑpetuo ad itense cōsiderādum ignem i rōne obiecti. Scdo apphēdit istam determinationem ad talē consideratio-nem. Tertio odit. Et sicut prius: istd odiū oritur ex affectione cōmodi: ex qua uult quodcūq; obiectū: prout sibi delectabile fuerit: conside

rare nunc hoc:& nunc illud. Et promouetur ex superbia ex qua uult uti itellectiua potentia suᵉᶜ secũdum imperium uoluntatis proprie. Et consumitur ex iuidia propter quam odit determinari a deo ad aliquã considerationem unicã. Quarto sequitur appræhensio:nõ tãtum nuda istius considerationis:sicut in.ii.sed appræhensio certa de euẽtu isti us cõsideratõis itense & ꝑpetue. Quito ex hoc seqtur tristitia. ℂ Hæc Scotus loco præallegato. ℂ Habemus igitur concludere secũdũ theologos:quod maxima & principalis dãnatorum spirituum pœna consi stet i hoc ꝙ separabuntur a deo. Secũda uero ꝙ detinebuntur ab illo igne corporeo cõtra uoluntatem suam. Et hæc explicata fuere superi us ex itentione sancti doctoris i quæstionibus de aĩa quæstione. xxi. ℂ Hoc idem tenet ioannes scotus i.iiii.dist.xxxxvi.q.iiii. Quia sicut probatum est i spiritibus non potest esse dolor:sed tristitia:quæ causa tur ex presentia obiecti noliti:uel ex ab entia obiecti noliti. Ex hoc enĩ aliquis tristatur:qa uel habet:quod habere nollet:uel nõ habet :quod habere nellet. Et qa damnati spiritus priuantur sũmo bono:quod na turaliter appetitur a creatura rationali:& detinentur præter naturam suam:& contra uoluntatem ab illo igne:ideo ex hoc affliguntur. Et ꝙ hoc uerum sit uerba etiam scoti i præallegato libro formaliter adducam. Punitio iquit est perceptibilis carentia boni conuenientis i natu ra intellectualis:uel perceptibilis præsentia mali discõuenientis i eadẽ Bonũ aũt itellectuale i genere duplex est. Bonũ scilicet cõmodi & bo num honesti. Bonũ quidẽ utile:quod ponitur tertiũ ad alterũ illorum reducitur secundum ꝙ ad ipsum ordinatur. Et licet in eodem concur rant rationes boni commodi & honesti:ut n fruitione dei in patria: imo generaliter omne honestum sit commodum:licet non econuer so:tamen summum commodum est beatitudo. Et esset commodum: licet per impossibile non esset honestum. Summum etiam honestum est charitas:& esset honestum. licet per impossibile non esset commo dum. Ergo in natura intellectuali est duplex punitio per priuationem duplicis boni. Prima uocatur malum iiustitiæ siue culpe:& potest dici obstinatio i peccato. Secunda uocarur pœna damni:uel damnum seu dãnatio. Malũ discõueniẽs i natura mere itellectuali nõ põt eẽ aliqua operatio illius naturæ secũdum se accepta:qa q̃libet est cõueniẽs. Oẽ qdẽ itelligere ẜm se acceptũ cõuenit itellectui communiter : & omne uelle uoluntati.& similiter omne nolle secũdum se acceptũ:quia ita li bere habet nolle:sicut uelle. Et etiã comparãdo hãc potentiam illi opa tio unius nõ ẽ discõueniẽs alii. Nihil ergo iueĩt ibi qđ sit positiuũ discõ

ueniens tali natu ræ:nisi passio distincta cõtra opationem.uel opatio disconueniens:non qdem secundum se:sed qa nolita:imo generaliter Omne nolitum positum tamẽ i effectu causat tristitiam. Huiusmodi operatio nolita est imediata cõsideratiõis.sicut dictum est prius: quæ est cõtra iperium uoluntatis uolentis libere uti itelligentia sua ad applicandum nunc ad istud obiectum:nũc ad illud. Determinatur aũt itelligentia contra istud uelle ex semper itensa consideratione ignis:p quod ipeditur a consideratione aliorum obiectorum:ut dictum est. Tristitia aũt i genere est ibi quadruplex.Duplex de priuatione boni duplicis.Vna quidem de priuatione boni honesti:siue gratiæ per culpam.Tristatur enim de obstinatione sua i peccato:quæ est prima priuatio.Vel saltem tristatur de peccato:quod commisit i uita:i quo nũc sine remissione derelictus est.Non quidem tristatur de hoc uel illo secũdum se:qa talis priuatio: sed quia demeritum respectu pœnæ damni::hoc est:tristatur:nõ qa deum offendit:sed qa cõmodo:quod imoderate appetit se peccando priuat.Et illa tristitia ꝓprie põt dici pœna uermis:uel tristitia ex remorsu de peccato cõmisso:nõ qa peccatum: sed qa causa demeritoria respectu pœnæ damni. Tristitia de carẽtiã boni cõmodi scilicet beatitudinis:uel nõ est nominata:sed põt dici tristitia absortiua:qa eius desiderium maxime inest naturæ:& specialiter sibi sine freno iusticiæ derelictæ.Eius ꝑpetua carẽtia ꝑcepta contristat totaliter absorbendo:uel nominatᷣ pœna damni:ut sit constructio trãsitiua:idest pœna de damno.Nam uocando solam carẽtiam cõmodi pœnam damni cõstructio est itransitiua.Duplex est aũt tristitia de positiuo disconueniẽtie.Vna de detẽtione ignis ꝑpetua:tanq̃ diffinitiue locantis:alia de detentione itelligentiæ in cõsideratione intensa ignis ut obiecti:quæ duo positiua:scilicet duæ detentiones sunt nolita:& iõ disconuenientia:non sic ꝙ destruant naturam potẽtiæ:cui insunt:sed sicut est disconueniens graui esse sursum:& eẽt sibi triste:si esset ab eo perceptum.Et ille duæ tristitiæ de duplici detentione possunt sic nominari pœna incarcerationis prima:pœna excæcationis:secunda:ut sit constructio transitiua:accipiendo pœnam pro tristitia: & illud additum in genitiuo pro obiecto contristante. Sic ergo habemus in genere duas punitiones per priuationem duplicis obiecti boni : & quattuor per positionem quadruplicis tristitiæ respestu quarꝫ sũt causæ duo positiua: scilicet duæ detentiones nolitæ & duæ priuationes illæ nolitæ & ꝑceptæ. ℂ Hæc Scotus in.iiii.dist.xlvi.q.iiii. ℂ Habes igitẽ de pœnis dãnatorꝫ spirituũ:& quomõ ignis materialis iferni agere possit i spũm hois uel demõis:qa nõ agit igniẽdo:aut calefaciendo

uel deficcando:sed impediẽdo detinẽdo:& alligando. Sed secũdũ Scotum & Ricardum spiritus dupliciter detinetur ab igne. Vno mõ quia locat̃ diffinitiue:& detinet̃. Secũdo modo detinetur ĩ consideratõe intensa ignis:ut obiecti:& impeditur a cõsideratione aliarũ rerũ. Sed secundũ Augustinũ & Thomã:detinetur solũ primo mõ. Et hæc pœna potest nominari pœna detẽtionis siue icarcerationis. Concludẽdum est igitur secũdum Augustinũ Thomã Scotum & Ricardum:q̃d spiritum ab igne pati nihil aliud est:q̃ spiritũ ab igne detineri. Et qa hoc ualde repugnat uoluntati spiritus:ideo ex illa detẽtione ualde tristat̃. Et hæc est passio aiæ uel demonis:q̃ ab igne infernali infert̃. ¶ Sed contra prædictam determinationẽ sic arguit Durandus. ¶ Hæc opinio inqt probabilis est ponẽdo:quod anima separata uel Angelus sit ĩ loco p suam essentiã:qa tunc põt uirtute diuina detineri ĩ loco:ne moueatur ad aliũ ad quem uellet. Non tñ bene apparet:quomõ uirtus detentiua sit in igne:hoc non obstante:tñ posset dici ꝙ detinet̃ ab igne: qa in igne detinetur:& sic ab eo patitur:eo modo quo desiderãs mortẽ & fastidiens uitã dicit:quod aia sua patitur a suo corpore: in quo detinetur. Et nihilominus graue uidetur aliqbus:quod iste sit totus modus:quo anima uel demones patiuntur:qa secundũ hũc modũ equaliter pateretur aia uel demon si detinerẽtur in pulcherrima camera & optime ornata:sicut patitur ab igne:& æque posset affligi ĩ lapide uel sole:aut in cælo empyrreo:si detinerentur diffinitiue ab illis: sicut ab igne affligit:qa nõ ponitur pati:nisi quatenus detinetur:hoc aũt non reputat̃ adeo graue:sicut nos prædicamus grauem esse pœnã dãnatorũ hominũ & demonũ. ¶ Item sicut aiæ dãnatorũ detinẽtur in ĩferno:sic aiæ puerorum ĩ originali decedẽtium detinẽtur in limbo. Si ergo sola detẽtio est afflictio seqtur ꝙ aiæ decedentium ĩ solo originali tantum affligũtur:quantum demones:uel aia. Inde pditoris cæterorũ ꝙ damnatorũ. Quod est ĩconueniens. ¶ Tertium. Cum omnes demones & omnes animæ equaliter detineãtur:seqtur ꝙ omnes equaliter puniãtur:& crucientur. Cõsequẽs est falsum ergo antecedẽs Falsitas cõsequẽtis patet per Augusti. xxii. de ci. dei. ca. xvi. q dicit ipsum æternũ ignẽ p diuersitate meritorũ:q̃uis malorũ:aliis leuiorem:& aliis futurũ esse grauiorẽ:siue ipsius uis atq; ardor p pœna digna cuiuscũ q; uariet̃:siue ipse æqualiter ardeat:sed nõ equali molestia sẽtiat̃. Item gregori⁹ libro nono moraliũ uersus finẽ dicit. Sicut uno sole omnes tãgunt̃:nec tñ sub eo uno ordine omnes æstuamus:qa iuxta qualitatẽ corporis:sentitur etiam põdus caloris:sic damnatis:& una est gehẽna quæ afficit:& tamen non una qualitate omnes comburit: quia quod

hic agit dispar ualitudo corporum: hoc illic exibet dispar causa meritorum. ℭHæc ille. ℭNō igitur animæ uel demones ab igne patiuntur: eo ꝙ ab igne detinentur: nec aiam ab igne pati ē animam ab igne detineri. ℭSi uero dicatur ꝙ spiritus est in loco solum ꝑ operationem tunc nō bene apparet qualiter patiatur a loco per detētionem. Quia operationum quedam manēt in agente ut intelligerē & uelle: & ꝑ istas non potest spiritus magis esse in loco: ꝙ per essentiam. Aliæ uero sunt quæ transeunt in materiam exteriorem: ut mouere: Et ꝑ has solas potest spiritui competere eē in loco: quatenus mouet: uel facit aliquid circa locum: uel circa corpus existēs in loco. Hæc autē operatio licet possit conuenire angelis: nō tamē potest conuenire animabus separatis: quia anima separata non mouet ad formam: quod est sibi commune & angelis: nec potest mouere aliquod corpus ad locum: quia cum habeat determinatum mobile: cui unitur: ut forma: mediāte quo mouet separata ab ipso nihil aliud potest mouere. Si ergo spiritus nō sit in loco: nisi per operationē: & nullam talem potest habere anima separata: sequitur ꝙ ipsa nō sit in loco: & consequenter nō detineatur: nec ꝑ detētionē affligatur. Idem probatur de anima separata & angelis simul. Esto ꝙ utrisque cōueniat opari circa locū: ñ tñ affligunē ꝑ detētionē i loco qa si eē i loco ē opari i loco eē seu detieri uiolēt i loco: est opari in loco uiolenter uel cōtra uoluntatem. Sed illud nō potest competere aiæ separatæ uel angelo. Ergo nullo modo aia sepata uel demon possunt ab igne detineri: Maior de se patet. Minor uero probatur: quia magis potest cogi homo ad operādū: ꝙ angelus uel aia separata. Sed homo non potest cogi coactione simpliciter dicta ad operādum ea: quæ depēdēt ex libero arbitrio: ꝙuis possit impediri: ne faciat: quæ uult: aut quæ uellet facere. Nam si per uiolētiam manus alicuius hois applicetur ad percutiēdum aliū talis nō ꝑcutiet actiue: quia principium actiuū opatiōis nō est in illo: sed mere passiuum. Et multo magis uidetur: quod aia separata uel angelus nō possit cogi ad aliquam actionē depēdentem ex libero arbitrio. Talis aūt est ois actio: quam hēt uel habere potest aia separata uel angelus circa locū. Quare si esse in loco est opari in loco & detineri in loco est operari in loco uiolenter: patet ꝙ nec Angelus: nec anima separata possunt uiolenter detineri in loco: nec per consequens affligi per uiolentam detētionem. Si uero dicatur: quod nō sūt in loco nec detinentur in loco per actionem suā in loco: sed potius per actionem: quam recipiunt a loco. ℭContra. Detineri in loco supponit esse in loco. Si ergo passio spiritus in loco est per detentionem in

loco sequitur quod pati in loco supponit esse in loco. Sed posterius p̄supponens suum prius p̄ est causa eius: ergo pati a loco non est ratio animæ uel angelo q̄ sit in loco. ℭ Hæc igitur sunt: quæ subtiliter quidem & argute obiicit durandus contra prædictā Augustini Thomæ. Scoti & Ricardi determinationem. ℭ Contra quam etiam sic arguit henricus de gandauo. viii. Quodlibet. q. xxxiiii. dicens. Quidam dicunt: quod spiritus alligatur igni & non potest separari & impeditur ab agendo: quæ agere cupit: & in hoc summe affligitur & tristatur. Sed hoc modo non patitur ab igne inferni passionem: nisi occasionaliter: sed ipse in se huiusmodi dolorem excitat: sicut cor hoīs excitaret passionem iracundiæ ad præsentiam repugnantis. Ideo dicūt alii: quod patitur ab igne: nō prout est natura inflictiua: sed ut est instrumentum diuinæ iustitiæ & sic non plus pateretur ab igne: inquantum ē calid⁹: q̄ ab aere uel lapide. Ideo dicēdum est q̄ ignis affligit spiritū: inquantum calidus: & eodem genere afflictionis: quo affligit sensus. ℭ Hæc henricus de gandauo ad litteram. ℭ Posset etiam sic argui. Nam si spiritus non nolit: uel non odiat sic detineri: non tristabitur: Ac per hoc cum in potestate eius sit non nolle: in potestate eius erit non cruciari ℭ Item quicquid alligatur alicui: & detinetur ab eo: impeditur per ipsum a sua propria operatione. Sed propria operatio animæ intellectiuæ est intelligere: a qua impediri non potest per alligationem ad aliquod corpus: quia intelligibilia sua in se habet: ut dicitur in. iii. de anima: ergo ab igne corporeo detineri non potest anima. Et iterum contra illud: quod dictum est: quod ex tali detentione anima tristatur: q̄a contra uoluntatem suam detinetur est illud philosophi in. iii. de aīa Dicere animam gaudere uel tristari: simile est: ac si quis dicat eam texere uel hædificare. Ergo in anima separata non potest esse tristitia. Ergo non potest pati: si non potest tristari cum dictum sit passionem spirituum nihil aliud esse nisi tristitiam: Quæ est de iis: quæ nobis nolentibus accidunt secundum Augustinum. Hæc igitur sunt: quæ contra hanc theologicam determinationem obiici solent: Ad quæ per singula respondere necessarium duxi. ℭ Ad argumenta igitur & obiectiones Durandi Respondet Dominus petrus de palude in. iiii. Senten. dicens spiritus uel est in loco per essentiam: uel per operationem. Si primo modo sunt tria inconuenientia. ℭ Primum est quia sequeret: cum omnes eq̄aliter detineantur: q̄ omnes equaliter puniātur. Hoc inquit non sequitur: quia quanto quis est maior & grauior peccator in inferno tanto plus odit deum: & plus ei displicet diuina iu-

stitia:& per cõsequens plus affligitur de alligatione illa:q̃ quãto est magis iuoluntaria:tãto magis pœnosa. Et ideo q̃uis detentio sit æqualis: nolle tamen nõ est equale:imo intensius i his q̃ magis peccauerunt:& ideo maior tristitia. ℭ Secũdum incõueniens est:qa dãnatus i camera pulchra uel i sole:ita affligeret:sicut i igne: Dicitur:ꝙ cũ alligari cuicũq; loco:sit eis penosum:qa iuoluntaria & cõtra dignitatẽ atq; libertatem suã: Alligari tñ uilissimo & abiectissimo loco:ẽ eis pœnosissimũ Huiusmodi aũt ẽ cẽtrum terræ maxime distãs a cælo nobilissimo corporũ. Sed ulterius ibidem alligari igni: quo debẽt affligi uilissima dãnatoꝝ corpora:adhuc est eis magis pœnosum. ℭ Tertia instãtia de pueris & patribus in limbo adhuc facile soluitur:qa uolũtas eoꝝ:cum sit iusta:uult illũ carcerem:Et sic nõ affligebat patres:nec nũc affligit pueros:qa nihil uolitũ est pœnosum:quod si de aĩabus purgatorii istetur:dicitur:quod ideo ille carcer est eis pœnosus:qa licet uoluntarius: tamẽ est pœnosus ꝓpter peccatum ꝓprium :quod cõtinue est contra uolũtatem ipsorum:qa de peccatis cõtinue dolent:& per cõsequẽs de cõsequente pœna. Secus autem de peccato originali:cui nõ debet cõtritio. Sed i ista prima parte deductionis aduertendum est: quod nũq̃ dicẽdum:quod spiritus sit i loco per essentiã:ita ꝙ essentia sit sibi ratio essendi i loco sic:scilicet ꝙ idigeat loco ad sui cõseruationẽ: sicut graue uel leue:sed diffinitiue:qa sic est hic:ꝙ nõ alibi licet possit esse nusq̃. ℭ Si autẽ angelus est i loco ꝑ operationem:sic scilicet:ꝙ sicut quantitas est substãtiæ ratio essendi i loco:sic & spiritus operatio:potest respõderi ad istantias dato etiã ꝙ essentia angeli esset nusq̃ uel ubiq;. Vnde illud:quod dicit de operatione manẽte potest dici:ꝙ dato ꝙ eius itelligere & uelle secũdum situationem & diffinitionẽ abstraherent a loco: sicut essentia: si tñ necessario haberet cogitare cõtra uolũtatem de iferno & igne ꝓpter quod ipediretur cõsiderare alia:quæ magis uellet cõsiderare hoc esset ei pœnosum. Quia enĩ nõ itelligit oĩa simul: ipedit ab itellectione unius per itellectionẽ alterius. Et cõstat:quod magis est spiritui desiderabile & delectabile contẽplari altissimas causas q̃ corporalia. Vñ pœnosum ẽ ualde spiritui si contra uolũtatẽ cogitat de iferno:uel de igne ipsius cõtinue:& de ipso semp hẽbit cogitare : sicut etiam hoĩ bono & frugi est pœnosum:quãdo sibi occurrunt carnales & turpes cogitationes:uel quæcũq; cõtra uolũtatem suam de re odio habita:& de qua nũq̃ uellet recordari. Hoc autem est possibile:quia sicut spiritus separatus semper actu intelligit se propter actualem præsentiam suæ essentiæ:sic deus potest facere ꝙ intelligat aliquid aliud: uel per speciẽ:quæ semp sit in actu, uel aliter:Et propter hoc : uel non

cogitat alia: uel nō delectatur in eis. Quod nō faceret: si nihil cōtra uolūtatē suam cogitaret. Et sic diceretur diabolus semper secum ferre suum ignem per continuam eius cogitationem: per quam ipe ꝑm intellectum appræhendentem & uoluntatem renitentem esset semper alligatus etiam ante diem iudicii. ℭ Secunda instantia est de operatione transeunte: si per eam sit angelus in loco: ut sic detentus affligatur: ut canis uel equus: cum est alligatus ad mouendum rotam pistrini: uel: qua trahitur aqua de puteo: uel damnatus ad fodienda metalla: quia hoc non potest conuenire animæ: quæ non est nata mouere corpus: nisi mediante suo corpore. Et dicendum ꝙ si ita esset: q̄uis nesciamus: quæ sit operatio illa: Nam non esset ignis succensio: quia ignis ille succensione nō indiget: nec esset motio eius circularis: sicut in spæra sua mouetur: quia ad hoc sufficeret unus demon: Tamen quæcunqꝫ sit illa motio uel operatio: si competit angelo naturaliter: posset conuenire animæ supernaturaliter. Si enim deus dedit adamanti & magneti uirtutem mouendi ferrum sine contactu: quam alia corpora non habent miraculose etiam posset dare alii corpori eandem uirtutem. Et similiter si spiritus angelicus hēt a natura mouere corpus nullum inconueniens aut impossibile uidet: ꝙ hanc urturem supernaturaliter det deus animæ: uel ad bonum suum: sicut in corporibus assumptis pro petendis suffragiis: uel ad malum suum: ut in damnatis. ℭ Tertia instantia est cōmunis utriqꝫ: scilicet ꝙ non possit spiritus seperatus uiolentari nec compelli ad operationem: sicut nec hō ad illam: quæ ex libero dependet arbitrio. Dicendum est primo: ꝙ si in spiritu esset uirtus naturaliter motiua alia ab intellectu & uoluntate cessaret instātia. Sed supposito: ꝙ per liberum arbitrium: & non necessitate nature moueat: dicendum ꝙ non potest esse in libero arbitrio aliqua uolitio ah ipo elicita contra uoluntatem. Esset enim cōtradictio: ꝙ uellet aliquid elicitiue & electiue: & ipsammet uolitionem nollet. Sed non est impossibile: ꝙ deus possit imprimere in libero arbitrio actū intelligendi & uolendi respectu cuius liberum arbitrium se habeat pure passiue: sicut forte in patria. In patiendo autem nihil est liberum. Et ut sic cogi potest: unde uidetur non impossibile contra uoluntatem imprimere necessario uolitionem mouendi aliquid: ad quam uolutionem necessariā ita sequatur motio: sicut ad liberam. Et sic spiritus erit alligatur ad operandum Si dicat: ꝙ imo esset contradictio: ꝙ eēt act⁹ uoluntari⁹ & n̄ uolūtarius dicēdū ꝙ eēt uolūtari⁹: qa a uolūtate: sed cōtra: qa ab alio. uel si de⁹ nō potest sibi imprimere actum: & nō placitū: posset tamen sibi imprimere aliquam aliam qualitatem: ad quam ita necessario sequeret motus:

&

ſicut ad ſuũ uelle liberũ. ℭ Ad quartã iſtantiã de paſſione dicẽdũ: ꝙ cũ dr̃ ſpiritũ eẽ i loco p paſſionẽ no itelligit: ꝙ hoc ſit p receptionem aliquã formæ naturalis a loco: ſed dicit eẽ in loco p paſſionem ideſt p diffinitionẽ: ſicut locatũ patit a loco: a quo circumſcribitur licet diffini ri loco: non ita ponat aliquid in diffinito: ſicut circũſcribi ponit in cir cũſcripto uel locato. Vlterius autẽ quando ſic a loco diffinit: ꝙ ẽt inui tus detinetur: tunc dicitur pati pœnã: qa contra uoluntatem & liberta tem eius eſt. Et ſicut ad gloriam beatorum eſt: ꝙ ſint prælati nobiliſſi mo corpori: ita econuerſo: ad triſtitiam malorum eſt: ꝙ ſint alligati ui liſſimo corpori. Prout ergo dicit afflictionem: ſic non ſunt ipſi in loco per paſſionẽ. Sed econuerſo patiuntur & affligunt per hoc: ꝙ ſunt in loco contra uoluntatem. Sed prout paſſio dicit quãcũq; habitudinem paſſiuam ad locum: ſic ipſi ſunt in loco per paſſionẽ: ideſt per diffinitio nem ſuæ eſſentiæ: quod eſt commune bonis & malis. Qua ſuppoſita nec eſt ſibi liberũ petere alium locum: nec poſſunt petere locum nobi liſſimorum corporum: quem prius habebant: uel habituri erant: qđ eſt eis ualde triſtabile. Nec uidetur impoſſibile dare corpori uirtutem detinendi ſpiritum ſuppoſita diffinitione eẽntiæ & limitatione urtutis ex quo dicitur ꝙ fortior angelus poſſet ſiſtere minus fortẽ. uirtus ergo creata ſiſtendi angelum uidetur etiam commũicabilis corpori ſm ali quos. Vel ſi illa uirtus non eſſet in corpore: ex quo tamẽ uirtute aliq̃ detineretur: diceretur a corpore detineri & pcõſequens affligi: quia in de oritur ſibi materia triſtandi. ℭ Hæc omnia petrus de palude ad lit teram pro ſolutione argumentorum Durandi: & uide q̃ bene: q̃uis di cat unum: quod difficultatem patitur: & ego fateor me non intelligere uidelicet: ꝙ deus poſſit imprimere in libero arbitrio actum intelligen di & uolendi reſpectu cuius liberum arbitrium ſe habeat pure paſſiue ſicut forte in patria: & cetera: quæ ſequuntur uſq; ad illum locum. Ad quartam inſtantiam &c. ℭ Sed uir ille mirabilis & doctiſſimus Magi ſter ioannes capreolus toloſanus dicit intẽtionẽ fuiſſe doctoris ſancti in .i. quodli. articulo quarto: ꝙ non ſola eſſentia ſpirit⁹ ſeparati ſit ei ra tio eẽndi i loco: nec ſola actio in locum: nec ſola paſſio a loco: ſed etiã uirtualis contactus. Nam ſicut corpus eſt in loco per contactũ dimẽ ſiuæ quãtitatis. ita ãgelus eſt in loco per contactum uirtutis. Si quis au tem uelit contactũ uirtutis operationem uocare: propter hoc ꝙ opera ri eſt ꝓprius effectus uirtutis: dicatur ꝙ angelus eſt in loco per opera tionem: ita tamen ꝙ per operationem non intelligatur ſola motio: ſed quæcũq; unio ſiue unitio: qua ſua uirtute ſe unit corpori præſidendo

uel continendo aut continuando:seu qñocunq; alio modo.Ex quo pa tet:ꝙ spiritus potest esse in loco corporali non solum per actionem i̅manentem uel transeuntem: sed etiam per qualemcunq; unitionem eius ad locum factam uirtute propria: & multo fortius uirtute diuia. ¶Hæc Magister Ioãnes capreo.in.iiii.S.Ex qbus uerbis patet:ꝙ multipliciter spiritus potest esse in loco.uidelicet per diffinitiõem essentiæ uel uirtutis:per operationem transeuntem uel immanentem:per unitionem.Et hoc etiam multipliciter:sicut multiplex est unitio.Patet ẽt ex prædictis:ꝙ petrus de palude non solum adhæret quintæ decimæ & ultime opinioni de modo patiendi spirituum ab igne corporeo:sed etiam quartam decimam opinionem fouere & complecti uidetur:imo melius ipsam elucidat & declarat:q̃ scotus & ricardus:ut patet intuẽti: si pspicaciter uerba eius cõsiderentur. ¶Ad illud autem quod obiicit henricus de gaudano dicens:ꝙ hoc modo anima non patitur ab igne inferente passionẽ nisi occasionaliter.:Respondet resolutissimus Doctor Ioãnes capreolus negando consequentiam.Nam in spiritu alligato corpori est duplex passio.Prima ẽ qua determinat:& ista est ab igne immediate.Secunda uero est tristitia existens in appetitu.Et ista non causatur immediate ab igne:sed mediante prima passiõe.ꝙ autem ulterius obiicit præfatus henricus:ꝙ non plus pateret ab igne:q̃ ab aere negatur.Vnde thomas in uigesima prima questione libri de anima sic dicit.Quidam dicunt:ꝙ si anima non punitur nisi per detentionem & alligationem eius:pœna non debet soli igni attribui:sed magis aliis corporibus.Sed dicẽdũ est:ꝙ pœna ignis nõ solum ẽ animarum: sed etiã corporũ.Et pp hoc ponit ignis maxime pœna ĩfernalis:qm̃ ẽ maxime corporum afflictiuus:nihilominus tñ etiã aiæ erũt afflictæ ſm illud.Ignis sulphur & spũs pcellaꝝ.Competit etiã amori inordinato:q ẽ principium peccandi:ut sicut cælum empyreum correspondet igni charitatis:ita ignis inferni respondet igni inordinate concupiscentie & illiciti desiderii.¶Hæc ille.Et per hoc patet solutio ad obiectiones henrici.¶Ad illud argumentum. Si spiritus non nolit &c.Respondet Ioannes Scotus in.iiii.dicens ꝙ nõ ẽ ĩ potestate eorum illud nolle uel non nolle:sicut est de continuatione mali actus cuius causa forte ẽ actio continua causæ superioris agentis ad aliquid uniforme in eis pp demeritũ pcedens:ad qd uniforme seqtur uniformiter afflictio eorũ.Et propter hoc non potest aliquis remissius nolle: q̃ mõ nolit: quia sicut non est in potestate eius actus: ita nec modus actus. Et sicut

causa superior uniformiter agit ad nolle: propter quod cā inferior nō potest difformiter agere ab ipa: ita uniformiter agit ad intensionem huius nolle. ¶ Hæc scotus: ¶ Ad illam instantiam. Quicquid alligatur alicui & detinetur ab eo: impeditur &c. Respondet thomas in uigesima prima questione libri de anima dicens: Quod licet anima non impediatur ab intellectuali operatione: impeditur tamen a quadam naturali libertate: qua est absoluta ab omni alligatione ad locum corporalem. ¶ Hæc ille: Ad illud autem: quod ultimo obiicitur ex auctoritate philosophi dicere animam tristari uel gaudere &c. Patuit solutio ex iis: q̄ supius annotata sunt & maxie in illo loco ubi declarauimus ex itentione Augustini thomæ & Scoti: ꝙ in spiritu nō ē dolor: sed tristitia. Alibi ēt fuit explicatum: quomodo debeat dictū illud itelligi: dicere aiam tristari uel gaudere &c. ¶ Sed iam tēpus ē: ut ad pricipalia argumēta in oppositū facta respondeamꝰ. ¶ Ad primū igitur patuit solutio ex distinctione: q̄ data ē supius de passione: ex itētione thomæ. Concludit eni de passione: q̄ ē per susceptionē formæ cōtrariæ. Et sic cōcedimꝰ aiam nō pati isto mō: sed patitur per detētionē: eo mō: quo dictū ē. ¶ Ad secūdū eadē daẜ solutio. Verꝫ ē eni: ꝙ nullus spiritꝰ patitur a corpore passione ꝓprie dicta: q̄ ē p abiectionē formæ cōuenientis: & imissionē formæ discōuenientis. ¶ Ad tertiū respōdet thomas i iiii. & in questioībus disputatis: ꝙ q̄uis aia simpliciter sit nobilior igne: ignis tn̄ ẜm quid est nobilior aia: uidelicet iquātū est instrumētū diuinæ iustitiæ. Nō eni oportet: ꝙ oē agēs sit simpliciter præstātius patiēte sed ẜmꝗd uidelicet inquātū est agens: Et ideo ignis inquātū detinens spiritū pstantior est: q̄uis oīs spiritus simpliciter sit pstātior & nobilior oi corpor. Aliter rn̄dēt Scotus & Ricardus dicētes. Duplex ē agēs: uidelicet pricipale & instrumētale. Verū ē: ꝙ oē agēs principale ē nobilius & pstātiꝰ patiēte: sed nō ē uerū de agēte istrumētali: qualis ē ignis spiritū detinēs. ¶ Ad quartū dicit: ꝙ obiectio illa ꝓcedit de passiōe ꝓprie dicta: q̄ i motu cōsistit: de q̄ nūc nō loquimur. ¶ Ad q̄ntū respōdet thomas i q̄stioībus disputatis: ꝙ spūalis ad corpale nō ē q̄dē ꝓportio: si ꝓportio ꝓprie accipiaẜ ẜm determinatā habitudinē quantitatis ad quātitatē: uel dimēsiuæ ad dimēsiuam: uel uirtualis ad uirtualem: uel sicut duo corpora adinuicē sunt ꝓportionata ẜm dimensionem & uirtutē. uirtus eni spūalis ſꝫæ nō est eiusdem generis cum uirtute corporali. Large tamen accepta ꝓportione pro qualibet habitudine: sic ē aliqua proportio spiritualis ad corporale: per quam spirituale naturaliter agere potest i corporale: q̄uis nō ecōuerso: nisi diuia uirtute. Breuius tn̄ respōdet pfatus doctor ad hoc argumētū. vi. quodlibet ar. xxiii.

dicens, ꝙ procedit de actione ignis: que est per alteratiōem. ℂ Ad sextum etiam respondet thomas in quarto dist. xliiii. dicens: ꝙ Damnati spiritus nunq̄ sunt extra infernū: nisi ex dispensatiōe diuina: uel ad instructionem: uel ad exercitium electorum. Sed ubicunq; extra infernum sint: semper tamen uident ignem inferni: ut eis in pænā præparatum. unde cum ista uisio sit imediate affligens: ueluti declarabitur in sequentibus: ubicuuq; sunt: ab igne inferni affliguntur: sicut & captiui extra carcerem: existentes: quodammodo a carcere affliguntur: dū uident se ad carcerem damnatos. Vnde sicut gloria electorum in nullo minuitur: nec quantum ad præmium essentiale: nec quantum ad premium accidentale: si aliquando extra cælum empyrreum sint: ita etiam in nullo minuitur pæna damnatorum: si extra infernū ex diuina dispensatione ponantur ad tempus: Et hoc est quod dicit glosa sup illud iob. iii. Inflammat rotam natiuitatis &c. Diabolus ubicunq; sit: siue sub aere: siue sub terra: secum fert tormenta suarum flammarum. Obiectio autem ꝓcedit: ac si ignis corporeus affligeret spūs imediate sicut affligit corpora. ℂ Ad septimum respondetur iterum per eundem doctorem in quarto dicentem: ꝙ philosophus & Boetius loquuntur de illa actiōe: per quam patiens transmutatur in naturam agentis: Talis autem non est actio ignis in animam. Et pp hoc ratio non concludit. Sed aliter respondet in questionibus disputatis. Ad hoc inquit ꝙ sit passio ꝓprie loq̄ndo: oportet ꝙ aliqd hēat naturā cōtrarietati subiectā ut dictū ē. Et ad hoc ꝙ sit mutua passio: oportet ꝙ sit materia cōis Tamen aliquid potest pati ab altero cum quo nō cōmūicat in materia sicut corpora inferiora a sole. Et aliquid potest aliquo modo pati: quod nullo modo habet materiam: sicut ex prædictis patet. ℂ Ad octauū dicitur: ꝙ ignis agit in animam: non per modum influentis: sed per modum detinentis: ut ex prædictis patet. Et ideo ratio illa non est ad propositum. ℂ Ad illud: uisio intellectualis non potest esse causa tristitiæ &c. Dicitur ꝙ in uisione intellectuali non est tristitia ex hoc ipso ꝙ aliquid uidetur: cum illud: quod uidetur nullo modo intellectui possit esse contrarium: inquantum uidetur. In sensu autem hoc: quod uidetur: ex ipā actione: qua agit in uisum: ut uideatur: potest esse corruptiuum uisus per accidēs: inquantum corrumpit armoniam organi. Sed tamen uisio intellectualis potest esse contristans: inquantum id: quod uidetur: appræhenditur: ut nociuū: non quasi noceat eo ipō ꝙ uidetur: sed alio quocunq; modo. Et sic anima uidendo ignem affligitur: ℂ Ad auctoritatem philosophi in primo topicorum: Delectatiōi que est in considerando: non est tristitia contraria. Respondet thomas

in.iii.Sen.distinctione.xv.ar.iii.q.secunda ad tertium. Delectatio inquit intellectus dupliciter dicitur: uno mō ita q̄ erit itellectus quantum ad subiectum: & q̄tum ad obiectū. Et hæc ē illa delectatio: qua intellectus delectatur in hoc q̄ intelligit. Et qa utrumq; contrariorum intelligit̃ ſm q̄ ē intelligibile: & perfectio itellectus: nullam læsionem intellectui afferre potest: sicut in sensu accidit. Ideo tali delectatiōi nō ē tristitia cōtraria. Alio modo delectatio intellectus dicit̃ quantum ad subiectum: sed non quantum ad obiectum: quia non delectat̃ per hoc q̄ intelligitur: sed de aliquo delectabili apprehenso: quādo scilicet intellectiua pars delectatur de aliquo: quod in ipsis rebus accidit consonū uoluntati. Et sic hæc delectatio non est de uno contrariorum: ſm q̄ ē in anima: ſm q̄ non habet contrariū: qa intentiones contrariorum in anima non sunt contrariæ: cum sint simul: sed ſm q̄ est in re: ſm q̄ habet contrarietatem: unde & tali delectationi rationis potest esse tristitia contraria in parte intellectiua existens: sicut est in demonibus & aiab? dānatoꝝ. Hæc ille. ℂAd illam replicam. Si dicatur: q̄ ex tali uisione &c. Et quia apprehendit ipm: ut nociuū &c. Respondet̃: q̄ q̄uis ignis ille non exurat uel exsiccet: aut calefaciat animam: ipsam tamen detinet. Et ideo apprehenditur: ut nociuus: inquantum est detinens uel ligans. Et sic eius uisio potest esse afflictiua. ℂAd aliam instantiam. Ex hoc aliquid nocet q̄ aliquid adimit: dicitur q̄ ignis ille nocet anime non ita q̄ adimat ei aliquam formam absolute inhærentem: sed inq̄ntum eius substantiæ actionem ipedit: ut dictum est: ipsam detinens.

